ſtat de bona fama,& per duos teſtes probetur infamia, non tene
tur iudex teſtes recipere de bona fama,cum etiam,ſi probaretur,
per multos plures non releuaretur is,qui per duos teſtes probatur
infamis,cum poſſit eſſe bonæ famæ apud aliquos, & malæ apud
aliquos pp quos eſſet purgatio indicenda.ii.q.iiii.omnibus. Bene
tn̄ facit iudex,ſi ſuper bona fama teſtes recipiat,& ei morē gerat:
nam & aliquo modo poterit ex dictis eorum inſtrui, arg.ii.q.vii.
cum paſtoris.& q.iiii.omnibus.xii.q.j.ſunt manifeſte.xviii.q.ii. in
decima.in Auth.de mona.§.cogitandum.collat.j.& quod hic di
cit dicta paucorum expone.i.duorum,vel trium non iuratorum
vel etiam iuratorum , ſed de infamia apud bonos & graues nihil
dicentium , vel ſi dicunt , non ſpecificant : alias autem ſi ſpecifi-
carent , & ſine iur̄o hoc audiret iudex ab eiſdem bonis, & graui-
bus ſpecificatis,& ab aliis communiter:poſſet probari infamia p
duos,vel tres teſtes, (ẜm do.no.) iuratos & idoneos,ac ſufficienter
hoc probantes,arg.in eo quod hic dicit dicta paucorum, & in q.
11 s̄.eo.verſ.& vtrum vbi dixit duo,vel tres, aut etiam plures: † nam
hæc dictio plures ad modicum refertur.ff.de verb.ſigni.hæc adie-
ctio. & pluralis locutio duorum, vel trium numero eſt cōtenta.
ff.de teſti.vbi numerus.nam & per duos probatur fama,arg.s̄.de
teſti.tam literis. reſpon.j. ſicut & ſolennitas (ſ.ſubſcriptio ſeptem
teſtium) teſtī.C.de bon.poſſ.ẜm tab.l.ii. arg.C.de fideicom. quæ-
ſtionem . ad fi. ſed iſti iurati deponebant de fama apud ſe tātum
orta,& non apud bonos & graues,& de propria credulitate , quæ
non ſufficit ad pęnam inſtigendam.lxxxvj.diſt.ſi quid. xv.q.vii. ſi
quid.ſaluis exceptionibus quæ etiam competunt.j̄.eod. qualiter.
rn̄.j.& §.debet.vbi de hoc.& verſ.necnon.Qui autem dicantur bo
ni & graues,& quæ dicatur ſufficiens probatio huius famę.dic,vt
plene no.s̄.eo.cum oporteat.§.fi.reſpon.j.

*S V M M A R I V M.*

1 *Legatus generalis non poteſt ſe intromittere de cauſa ſpecialiter alteri commiſſa.*
2 *Recuſatio contra Cardinalem non de facili admittitur.*
3 *Electio niſi ſit concors , & canonice facta non valet.*
4 *Reſtitutio quandoque differtur propter ſcandalum.*
5 *Inordinabiliter cœptis nihil ordinabiliter ſequi poteſt.*

CAP. XXII.

AD petitionem. [Quondā.] Hoc iō dicit:
q̄a remotus eſt p ſn̄iam ,
vt j̄.eo.§.i.ver.quē Cardinalis.& §.cū igitur.verſ.j. [A
nobis.] Tā in capite,q̄ in membris.s̄.de re iud.cum I.
& A. [Commiſſa.] in monaſterio Corbiēſi,vnde & de hoc excipi-
tur j̄.eo.§.j.verſ.item pn̄tiam. ¶[Verum.] ii.pars.[Pn̄te nec recla-
mante.]per quod vr̄ receſſiſſe a beneficio literarū impetratarū p
ipſum ad Nouiomen.canonicos,vt s̄.rn̄.j. & in proceſſum legati
poſtea tacite conſenſiſſe,arg.s̄.de off.dele.gratū. ad fi.cum ſuis cō
cor.s̄.de appel.ſolicitudinē.ff.de arb.ſed & ſi in ſeruum.in fi.& l.ſi
quis rem.C.com.vtriuſq; iud.l.ii.C.de his q a non do.ma.l.j.in fi.
Sed ↄ quia non conſentit in iudicē qui petit inducias, vel allegat
cauſam abſentiæ coram ipſo.s̄.vt li.non conteſt.accedens.ii.vel q
genus actionis,vel libellum poſtulat ſibi edi.ff.de iud.non vr̄,nec
1 †legatus gn̄alis poteſt ſe intromittere de cā ſpecialiter alteri com
miſſā.s̄.de off.leg.ſtuduiſti.& ideo caſſatur,qđ factum eſt per lega
tum,j̄.eod.§.j. ver.intelleximus.& ſic eſt hic arg.ꝙ qui tacet, non
conſentit.ff.de ſer.vrb.præd.inuitum.ff.de procur.filiusfamilias.§,
inuitum.Eſt tn̄ arg.ↄ.xxvii.diſt.diaconus.& liiii.diſt.ſi ſeruus. ẜm
G.alias B.& idem ſcripſit hic d.n.quia non ſufficit adire extraneū
iudicem niſi aliquid facti interueniat:puta,ꝙ litigetur coram eo,
nec erretur in facto,vel in iure.ff.de iuriſd.omn.iudic. ſi per erro-
rem.ff.de iud.l.ii.quod non fuit hic: quia nec abbas coram lega-
to litigauit, & ſimiliter errabat: quia non credebat ipſius poſſe iu
dicium declinare, quinimmo & ſi poſſet in aliis tacite conſenti
re:quia erat generaliter iudex ſuus in aliis,in inquiſitione tamen
cum non penderet ex voluntate partium , ſed ex Papæ officio
non potuit officium Papæ tollere,vel etiam impedire, maxime
cum committendo iam eo vti cœpiſſet . Mihi videtur, quòd in
hoc caſu potuit tacite conſentire, & renuntiare literis impetra-
tis, argumen.s̄.de appellat.ſolicitudinem. & de offic.delega. inſi-
nuante. & cap.cum olim abbas.hoc ideo : quia coram iudicibus



[BIBL]IOTECA UNIVERSITARIA

delegatis non fuit lis conteſtata, nec abbas citatus fuit. Alioquin
ꝯ.ff.de iud.l.vbi.& l.ſi quis poſtea.ff.de iuriſd.omn.iudic.quædam
puella.s̄.de fo.cõpet.c.pen.nam & legatus literas impetratas pro-
babiliter potuit ignorare, & ſic tenuit proceſſus ſuus, arg.expreſ-
ſum.s̄.de appell. ſi duobus. Et eſt arg.hic cum iſto intellectu,ꝙ ſi
quis impetrat delegatum, & poſtea patitur, ꝙ ordinarius proce-
dat,ſibi præiudicat,arg.s̄.de re iud.c.pen.quod dic, vt not.in Sum-
ma.de offi.deleg.§.quod ſit eius officium.verſ.pen.nec ex hac cau
ſa,ꝙ delegatus iudex non fuerit,reuocatur proceſſus iſte, vt patet
in eo,quod leg.& not.j̄.§.j.per totum.vbi de hoc.ſed nec Papa in-
quiſitionem hanc commiſerat ex officio,ſicut intellexit d.n.pro
ut not.s̄.ſm ipsum.immo ad petitionem Galteri,vt expreſſe leg.
s̄.eo. c.in prin. [Diligenter.] non tñ ſeruato ordine, & ideo non
tenuit proceſſus, vt j̄.§.j. [Et cum inquiſitione.] ver. [Finita.] eo
pñte ſciente & non reclamante, vt s̄.& ideo quia tamdiu tacuit,
ſibi præiudicauit,arg.s̄.de frigid.c.j.§.j.ad fi.s̄.de ſpon. ad id quod.
§.j.& not.s̄.de desponsa.impub. ex literis.§.j. [Eum.] ſ.abbatem.
[Idem.] verſ.ſ.abbas. [Eius.] ſ. legati. [Non valebat.] tarde vene-
re bubulci: quia iam proceſſerat,quinimmo & inquiſitio iam fi-
nita erat,vt s̄.proxi.ver.in prin.& ideo locus erat regulę de qua re.
&c.s̄.de cau.poſſ.cum ſuper.ad fi. [Quæ.] ſ.correctio. [Commiſ-
ſa.] Hæc exceptio ab initio iuſta fuiſſet,ſi inter ipsa iuris auſpicia
eſſet propoſita.s̄.de re iudic.inter monaſterium.ſed nimis tarda-
uit,vt s̄.leg.& not. [Et Cardinalem.] ver. [Aſſerens.] ſ.abbas. [Su
2 ſpectum.] ſed † recuſatio ꝯ Cardinalem non de facili admittitur,
quod dic,vt leg.& not.s̄.de appell.nouit.ante fi. [Appellationis.]
quæ non valuit: quia a nullo grauamine facta fuit.s̄.de appellat.
cum in eccleſia.& c.vt debitus. [Quem.] verſ.ſ.abbatem. [Amo-
vit.] iniuſte: quia nec ex his,quæ inordabiliter cœpta erant,ordi-
nabilis & iuſta ſententia ſequi potuit,vt j̄.§.j.verſ.j. [Dando fratri
bus.] ver. [Qui.] ſ.fratres. [Elegerunt.] & male,vnde & electus p
ſententiam amouetur de iure, licet poſtea reſtituatur de gratia.j̄.
3 eo.§.j.ver.pen.& fi. [Concorditer.] aliter non valet electio,† niſi
ſit concors & canonica.s̄.de electio.auditis. c.congregato. & c.in
Geneſi. [Et j̄.] Hic continentur allegationes hicinde factæ,& qđ
Papa ex officio aliquas probationes recepit, vt innuit in ſeq.§.in
prin.¶Cum igitur.] iii.pars. [Fides.] non per acta coram legato
habita,quæ non valebant,ſed per alia: quia forte probatum fuit
coram Papa,vel confeſſum,ſm d n. Alij notauerunt hic, ꝙ pro-
bationes factæ coram eo etiam qui iudex non eſt, faciunt fidem
in alio iudicio,vt hic patet,& ii.q.j.in primis.iii.q.vj.hæc quippe.
ꝯ illud.s̄.de iud.at ſi clerici.D.n.melius ſenſit,vt patet in eo, quod
leg.& no.in præced.deciſione.& j̄.Intelligas ergo,ꝙ hic ex officio
inquiſiuit forte ſummarie ad corroborandam veritatem proba-
torum,.vt ſic informata cõſcientia iuris ſm probata procederet,
cum hoc taliter fieri debeat,vt patet in eo, quod leg.& not.j̄.eod.
qualiter.respon.j.& de ſimo.licet Hely.§.cum igitur.verſic.pen.&
quamuis inferior iudex etiam atteſtationibus publicatis poſſit ex
officio ſuo teſtes iterato requirere.vt not.s̄.de teſti.per tuas.& ca.
cum clamor.& etiam poſtquam fuerit conclusum vniuersa ri-
mari, & de facto interrogare,vt leg.& not.s̄.de fi.inſtr.cum Ioan
nes.§.pen.ad fin.tamen ſpecialiter cum de beneficiis agitur maxi
me curam habentibus,& potiſſime episcopatibus poteſt hoc fa-
cere idem iudex, & maxime ſummus Pontifex. ix. q. iii. cuncta
per mundum.& c.per principalem. & patet in eo, quod not.j̄.de
priuil.cum olim.ii.§.penul.verſic.j.in fi.Quantumcunque etiam
concluſum ſit, poteſt etiam partibus inuitis & expreſſe contradi
centibus ex officio ſuo nouam probationem recipere, & nego-
tium diligenter examinare, ne quis per ſurreptionis aſtutiam a-
ſcendat ad apicem dignitatis, vel minus canonice, vel indignus.
s̄.de elect.cum olim.§.pen.& c.cum dilecti.§.nos vero.& c.per in
quiſitionem.s̄.de appell.oblatæ. §.fin.vbi de hoc, & hoc propter
periculum animarum & eccleſiarum,vt ibi.ſi enim hoc licitum
eſt,vbi de periculo vnius animæ, vel duarum agitur,vt patet in eo,
quod leg.& not.s̄.de probat.cap.penult.& de teſtibus.ſeries. mul
toſortius vbi occurrunt tot pericula animarum.s̄.vt lite non cõ-
teſt.quoniam frequenter.§.porro.Quinimmo & in his quando-
que de facto poteſt iudex ſupplere non obſtante rigore, vt not.s̄.
de offic.vica.c.j.& s̄.de poſtul.prælat.bonæ.j.§.j.Et eſt ratio,vt leg.
& not.s̄.de præſcript.cap.fin.§.j.Ideoque Papa in hoc caſu ex offi
cio ſuo aliquas probationes recepit, & per ipſas apparuit probata
coram alio iudice vera fore, & ſic procedere potuit tã ex his pro-
4 bationibus, q̃ ex illis.ſed etiam quandoque † propter ſcandalum
differtur reſtitutio,vt not.iii.q.vj.hæc quippe. [Erat.] i.fuerat,& ad
huc eſſet, ſi abbatiam teneret. [Etſi.] i.quamuis. [Forte.] de rigo
re & ſubtilitate iuris.s̄.qui fil.ſint legit.per venerabilem.§.j.verſic.
præterea.ſed ęquitas hoc diſſuadebat, & veritas, quæ in hoc caſu
præfertur iuri ſtricto,vt leg.& not.s̄.de tranſact.cap.fin.§.fi. [Pro-
pter iudiciarium.] No.non dicit propter defectum iurisdictionis
ſed propter iudiciarium ordinem non ſeruatum. ſic.j̄.eo. ver.j.&
ver.fi.vbi de hoc.ergo ſupponit tacite, ꝙ legatus iudex fuerat,ete-
nim non a non iudice,ſed a iudice requiritur,ꝙ iudiciarium or-
dniem ſeruet,& per hoc comprobatur euidenter, ꝙ abbas tacen-
do renuntiauit ſuis literis impetratis contra communem intel-
lectum,quod dic,vt not.s̄.§.j.in prin. [Ordinem.] quia forſan nõ
fuerunt ei tradita capitula,nec vidit iurare teſtes.j̄.eod.qualiter.§.
debet.s̄.de teſti.in nomine domini.& s̄.eod.qualiter. reſpon.j.vel
non fuerunt admiſſæ ſuæ exceptiones legitimę,vbi enim fit inq-
ſitio generalis ſuper ſtatu monaſterij,vt hic erat, poteſt vnuſquiſ-
que exceptiones ſuas proponere cum ratione vniuſcuiuſque per
ſonæ,de qua inquiritur, cẽſeatur inquiſitio ſpecialis,ſecus autem
in his,quæ tantum conuentum tangunt communiter: quia in il
lis non admitteretur exceptio, niſi a toto conuentu, vel maiori
parte proponeretur,ſecundum dominum noſtrum,arg.in eo,qđ
leg.& no.s̄.de elect in Geneſi.& c.cum inter canonicos.rñ.j.xii.q.
ii.manumittitur.niſi cauſa rationabilis aliud induceret,in quo ca
ſu vox vnius eſſet toti conuentui præferenda, vt patet in eo,quod
leg.& no.s̄.de his quæ fiunt a maio.par.cap.c.j. [Non ſeruatum.]
ſubaudi nos tamen attendentes, ꝙ penes eum parum duraret.
[Ipſum prouidimus.] &c. Vere hic fu t prouidentia non ius, ſe-
cundum dominum noſtrum,& per hanc viam prouiſionis mul
ta expediuntur in curia de plenitudine poteſtatis, quam ample-
ctamur totis affectibus, cum pernitioſa, vel inutilis iuris ſubtili-
tas obuiat veritati, vt hic, & s̄.de iudic.dilecti. ſecus autem quan-
do ſine cauſa iura ſubuertit, vel aufert ius alicui acquiſitum, vel
obſtruit veritatem, vt patet in eo, quod not.s̄.de re iudic.in cau-
ſis.j̄.eod. qualiter. §. penulti. quamuis querelæ nullus locus ſit in
hoc mundo, vt patet in eo, quod legitur, & notatur s̄.de conceſſ.
præben.propoſuit.s̄.de voto.magnæ.§.j.s̄.de elect.licet.§.fin. & le-
gitur ix.quæſt.iii.aliorum. [Supradictum.] verſic. [Priorem.] ele
ctum a monachis in abbatem. [Inordinate.] ideſt per eum, ad
quem non ſpectabat, ſecundum Ioan. Immo propter iuris ordi
nem non ſeruatum,vt dicit textus, hic enim non allegatur defe
ctus iurisdictionis, ſicut s̄.de iudic.at ſi clerici. ſed potius ſolenni
tatis iuris, & hoc eſt, quod prætendit iuris ordinem non ſerua-
5 tum,& legitur j̄.eod.verſic.fin quia † in exordinabiliter cęptis ni
hil ordinabiliter ſequi poteſt.s̄.eod.qualiter.§.ita videlicet. ad fin.
cum ſuis concor.quod tamen in religioſis non attenditur vſque
quaque.j̄.eod.qualiter. §.fina. [Intelleximus.] verſic. [Per conſe-
quentiam.] Sic ergo ſententia lata contra vnum præiudicat alij
propter connexitatem negotiorum.ſimil.lxxxj.diſtin.tantis.iii.q.
vj.hæc quippe lix.diſtin.ordinatos.vii.quæſtio.i.præſentium. s̄.de
probat.per tuas.§.fin.s̄.de appella.vna.j̄.de purga.cano. cum dile-
ctis.§.his igitur. Eſt tamen argumẽ.contra. s̄.de præben. dilecto.
[Per ſententiam.] Hic ergo pronuntiauit de iure,ſed ſupra proui
dit de gratia, ſed quare non proceſſit in vtroque de gratia, vel in
vtroque de iure: nam eędem ſunt personę,eędem cauſæ, idem lo
cus, ergo & idem ius, vel eandem gratia debuit eſſe in vtroque,
ideo ſigno contrarium.s̄.de conſtit.translato. Solut.hoc fecit ad
declarandum,ꝙ non ſubiacet iuribus,decet tamen ipſum,ꝙ ipſa
ſeruet,vt hic,& C.de legi.digna vox. ſed non aſtringitur, vt patet
s̄.eod.§.verſic.j.& ff.de conſtit.princ.l.Princeps. quod dic, vt not.
s̄.de voto.magnæ.§.j. Vel dic, ꝙ in honorem legati ſui, & vt ſen-
tentia ſua firma maneret,ſupra prouidit de gratia.hic autem pro
nuntiauit de iure ad correctionem inſtructiuam eligentium in
futurum, vt neque in authoritate legati confidant, nec in alia. ſi
elegerint contra iura, ſed ita diligenter inquirant de omnibus,&
ſibi prouideant, ne quid in proceſſu reprehendi valeat, vel mor-
deri.s̄.de elect.cum terra.§.fin. [Quem.] verſi.ſ.priorem. [Vel de
fectum.] quia tunc non prouidetur de ipſo.s̄.de electio.ſuper eo.
[Solennitatem.] & non dicit iurisdictionis defectum. [Reſtitui-
mus.] breui manu & de gratia prouidẽdo,vnde nec amotus fuiſ-
ſe vř,ar.ff.de diuor.l.iii.in fi.ff.de in rem.ver.ſi pro parte.§.verſum.

*SVMMARIVM.*

2 *Subdiaconus Papæ inter alios eſt honorandus.*
2 *Executio vt impediatur duo requiruntur.*
3 *Exceptio & accuſatio aliquando ſumitur pro eodem.*

CAP. XXIII.

1 ACcedens. [Subdiaconi noſtri.] Qui † inter
alios eſt honorandus. s̄.de maio.
& obed. per tuas. nec poteſt ad alios ordines ſine ſpe-
ciali mandato ſummi Pontificis promoueri, ſupra
de tempor.ordina.cum in diſtribuendis. [Apud ſedem apoſtoli-
cam.] quæ in hoc caſu ſemper consueuit conferre beneficia de-
a cedentium in curia [a] perſonarum, quod & fecit hic, vt ſequitur,
& ſuper hoc emanauit hodie conſtitutio ſpecialis. [Decedens.]
ſcilicet ſubdiaconus noſter. [Ei.] ſ. nepoti ſubdiaconi forſan ad
con-

ADDITIO.

a ¶In curia perſonarum. Adde quod beneficia eccleſiarum vacantia in curia alius,
quam Papa conferre non poteſt per tex.in c.licet.de præb.lib.vj.ſi tamen Papa ip
ſa non conferat infra menſes illi, ad quos collatio pertinet,poterunt illa conferre,
vt c.ſtatutum.de præben.eo.lib.

conſolationem,arg.ff.de iure dot.iure ſuccurſum eſt. [Et j̄.] con
tinet,ꝙ episcopus & canonici Cremonen.aſſeruerunt literas exe
cutorias per veri ſuppreſſionem eſſe obtentas pro eo, ꝙ viuente
adhuc ſubdiacono prædicto quendam in canonicum receperãt
cui & promiſerant proxime vacaturam, adiicientes ꝙ ante rece
ptionem literarum apoſtolicarum nuntium ſuum ad ſedem a-
poſtolicam deſtinarunt, qui non proceſſerunt vlterius, ſed quæ
acta fuerant domino Innocentio intimarunt.Petebat igitur me
moratus G. vt ex eo. ꝙ canonici contra Lateranen.concil. fece-
rant, impediri non pateretur Papa ſuæ conceſſionis effectum,
ſed præbendam ipſam faceret eum pacifice poſſidere, quæ ſi
fuiſſet alij conceſſa per episcopum & capitulum,dẽbat tamen cõ
ceſſio Papæ,quæ præceſſerat præualere,ſed fuit ex aduerſo propo
ſitum, ꝙ priuſquam mandatum apoſtolicum emanaſſet, epi-
ſcopus & capitulum alij præbendam cõceſſerant memoratam,
& ſubiunctum, ꝙ dictus G.ſuper homicidio & periurio infamia
publica laborabat, vnde non ſolum admittendus non erat ad p̄
bendam, ſed eiiciendus potius, etiam ſi fuiſſet admiſſus. Episco-
pus etiam Cremonen. per ſuas literas intimauit, ꝙ licet conſu-
luiſſet,vt ſaltem de periurio ſe purgaret,ipſe tamen purgationem
præſtare noluit, nec offerre. Papa igitur conceſſionem factam
alij per episcopum & capitulum mandauit denuntiari irritam,
& inanem, pro eo ꝙ fuit contra Lateranen.concil.attentata, &
ꝙ niſi præfatus G.ſuper dictis criminibus fuerit infamatus &c.vt
ſequitur vſque in fi. ſicut hæc omnia leguntur plenius in anti-
qua,extra.Innoc.de conceſſ.præben.accedens.¶Mandamus.] ii.
pars. [Obiectis.] ex parte capituli Cremonen. Et no. ꝙ notatur
textus: quia in antiqua dicitur ſuper prædictis criminibus,hic au
2 tem dicitur ſuper obiectis,& hoc ideo: quia † duo requiruntur ad
hoc,vt executio impediatur.ſ.ꝙ crimina obiiciantur.& infamia.
[Publice.] hic videtur, ꝙ ſi aliqua exceptio obiiciatur electo, diſ-
ferenda eſt ipſius exceptionis examinatio, donec electus fuerit
admiſſus, niſi ipſe ſit de ea publice infamatus, arg.G.de fal.l.ii.C.
de edic.diui Adria.tollen.l.ii. Sed contra.s̄.de except.cap.fin. Sol.
ſtatim admittitur exceptio, dummodo electus non fuerit con-
firmatus.s̄.eod.ſuper his.§.j.verſic. ſed cum opponitur. poſt con-
firmationem vero, vel collationem beneficij factam alicui non
admittitur exceptio, per quam facti impediatur executio, niſi is,
cui hoc obiicitur, fuerit publice infamatus, immo ſtatim execũ
tioni mandatur: & ſi quis poſtea in modum accuſationis aliquid
proponere voluerit, audietur,vt hic ſequitur,& s̄.de conceſſ.præ-
ben.poſt electionem §.fin.s̄.de appell.conſtitutis.ii.§.fin.& argu.
oppo.C.de ordi.cogn.l.fi.§.j.Vbi vero infamatus eſt,differtur exe
cutio.s̄.eo.omnipotens.lxxxj.diſt.tantis Daniel. ſecundum Goff.
Nec mirum: quia & ſi eſſet poſſeſſionem adeptus, propter tamẽ
infamiam & ſcandalum vſque ad purgationem ſuſpendi poſſet.
ii.q.iiii.presbyter ſi a plebe.Quòd ſi pon confirmationem,vel col
lationem obiiciatur exceptio, vt a conſecratione, vel ordinibus
repellatur, admittitur etiam ſi infamatus non ſit, ſed excipiens
tenetur ſe ad pœnam extraordinariam obligare, vt s̄.eod. ſuper
his.§.poſt confirmationem.& adde quod not.in ſequen.glo. [In-
famatus.] ergo a contrario ſenſu ſi fuerit infamatus de obiectis
criminibus, & executio ſuſpendenda eſt, & probatio ſuper obie-
ctis criminibus, ſi ex parte excipientium oblata fuerit,admitten
da, eſto ꝙ nullus appareat accuſator, quod dic, vt not.j̄.§.j. ſuper
verbo, infamia. [Manderis.] quantumcunque appareat accuſa-
tor. [Deinde.] verſic.licet hoc expreſſe non dicatur hic, tamen
innuitur,ꝙ ſi accuſator paratus ſit, & is cui crimen obiicitur, in-
famatus eſt, audiendus eſt accuſator, etiam antequam collatio
executioni mãdetur,ſecundum dominum noſtrum: vnde quod
hic dicit,deinde ſubaudi, vel ante. ſi fuerit publice infamatus, vt
ex verbis præmiſſis elicitur a contrario ſenſu,& j̄.eo.§.j. [Accuſa-
tor.] ideſt exceptor,ſecundum quoſdam: nam & in tali caſu ex-
3 ceptio † & accuſatio ſumitur pro eodem,in Auth.de ſanct.epiſc.
ſi quis autem.& § ſi autem tempore. Alij dicunt & melius,ſecũ-
dum dominum noſtrum, ꝙ non auditur in modum exceptio-
nis,ſed accuſationis tantum,vt patet in eis, quæ not.s̄.eod.§. rñ.j.
ſuper verbo,publice. Pro primis tamen facit, quod ſequitur j̄.eo.
§.in fi.ibi, ſilentium imponatis, ſed reſponde vt ibi no. & in ſeq.
glo. [Silentium imponatis.] ſi.j̄.eo.§.j.reſpon.j.in fi. Sed quomo
do imponetur ſilentium reo accuſato? immo erit,ex quo conui-
ctus eſt,condemnandus.s̄.eo.cum dilecti.in fi.Deficiente autem
probatione non reo, ſed accuſatori eſt ſilentium imponẽdum.
s̄.eod.veniens.verſic.fi.ideo videtur,ꝙ accuſator hic ponatur im-
proprie,& ꝙ debeat exponi accuſator.i.actor,vel ꝙ pro excipien-
te ſupponat, vt not.in præced.glo. in prin. & ſecundum hoc iſte
eſt intellectus, ꝙ ex quo infamatus non eſt, ſtatim ponetur in
poſſeſſionem ſaluo iure excipientis, vt ſic audiatur contra ipsum
in modum exceptionis etiam poſt adeptam poſſeſſionem, ſicut
antea audiretur,arg.opt.s̄.de reſtit.in integ. ſuſcitata.§.i. & ii. Vel
dic ſilentium imponatis, dictam præbendam ei adiudicando,s̄.
de reſcsip.inter cœteras.in fi. Vel quod hic dicit intelligitur, quã
do exceptio obiicitur, vt ab ordinibus repellatur: nã & huic præ-
bendæ poterat eſſe annexus ordo. s̄.de præbend.ſignificatum. &
etiam ſine annexione poteſt cogi canonicus, vt ſe faciat ordina-
ri.s̄.da ęta.& qualit.quæris.ſupra vero loquitur,quando directe ac
cuſator,quod non admittitur,quouſque fuerit poſſeſſionem ade
ptus.vt patet in eo,quod leg.& not.s̄.eod.§.respon.j. ſuper verbo,
publice. Vterque intellectus legi & ſaluari poteſt, vnde diſtin-
ctiones prædictæ non notant hic incertitudinem, ſed diuerſam
inſtructionem. Vel dic de hac materia,vt not.s̄.de cau.poſſeſſ.&
proprie.cum olim.in princ.& in ſequen.§.ſuper verbo, infamia.
quod melius eſt.¶Si vero.] iii.pars. [Non apparuerit.] Hoc ideo
dicit: quia ſi appareret, audiretur, nec purgatio indiceretur, niſi
ipſo accuſatore, in probatione deficiente, vel ex cauſa ab accuſa
tione repulſo, vt patet in eo, quod leg.& not.s̄.eod.cum P.Man-
conella.in fi. [Infamia.] ſubaudi appareat, aũt contradictor, ſi-
cut & hic appareret, vt ſequitur, paratus in modum exceptionis
probare prædicta obiecta crimina executionem conceſſionis no
ſtræ ſuſpenderetis,& audietis probare volentem,vt a contrario ſen
ſu probatur in eo, quod leg.& not.s̄.eo.cap.§.j.reſpon.j.ſuper ver
bo, infamatus. & ſi forſan contradictor prædicta crimina,vel eo
rum aliquod probauerit, ipſi ſuper eadem præbenda ſilentium
imponatis, ſicut dictum eſt de accuſatore.s̄.§.j. verſic. fin. ſinau-
tem in criminum probatione defecerit, nihilominus propter in
famiam purgationem ei canonicam &c. vt ſequitur: ad quam
purgationem in defectum tantum probationis perueniendum
eſt, vt patet in eo, quod leg.& not.j̄.de ſimon.de hoc. & cap.inſi-
nuatum.& de purga.cano.nos inter alios.& in Summa de accuſ.
ſub rubrica de inquiſitionibus.§.quis ſit effectus. verſic. ſi autem
de crimine.& ſequen.quod ergo hic deeſt per illa iura ſubaudien
dum eſt, & ſupplendum. Quicquid igitur s̄.vel j̄.notatur. iſte eſt
verus ſenſus huius cap. & hanc diſtinctionem inde elicies, cum
ille, cui de aliquo beneficio magno,vel paruo prouiſum eſt,petit
ſe in poſſeſſionem poni, & prouiſionem ſibi factam executioni
mandari,& ad hoc retardandum,aliquod ei crimen opponitur:
aut eſt ſuper illo crimine publice infamatus, aut non, ſi non eſt
infamatus, mandatur prouiſio executioni,quo facto ſi aliquis ac
cuſator, vel actor, vel denuntiator apparet legitimus talis videli-
cet,qui crimen probare velit,& valeat,probato crimine priuatur
beneficio prouiſus, qui taliter eſt adeptus,vt ſupra §.j.& de appel
lat.conſtitutis.ii.§.fin.& de conceſſ.præben.poſt electionem. §.fi.
ſi vero non probatur crimen, reus abſoluitur, hoc enim genera
le eſt,quod dic, vt legit.& nota.s̄.vt benefic.eccle.cap.vnico.§.j.in
princ.Quòd ſi talis accuſator non appareat,prouiſus vlterius non
grauatur,vt s̄.eod.§.j.in princ.& s̄.eod.cap.j. ii.iii. & iiii. & in præ-
miſſis iuribus conſtitutis,& poſt electionem. Sinautem prouiſus
ſuper obiecto crimine eſt publice infamatus,& is,qui crimẽ obii
cit, ipsum ſit probare paratus,tunc propter infamiam obiecti cri
minis executio retardatur,argum.s̄.eod.omnipotens.lxxxj.diſtin.
tantis Daniel.ii.quæſt.iiii.presbyter.j̄.de purga.cano.cap.ii.C.de in
famibus.l.vnica.& de decur.infamia.lib.x. & de dignit. neqne fa-
moſis.lib.xii.j̄.de exceſſ.prælat.inter dilectos.§.j.verſic.fin. s̄.de te-
ſtib.licet ex quadam.§.j. verſic.fin. & recipientur probationes ex-
cipientis ſuper obiecto crimine, quo probato prouiso ſilentium
imponetur,ſed & ſi non probetur, erit in hoc caſu infamato pur
gatio indicgnda,quod dic,vt not.s̄.ead.glo.in princ.in qua purga-
tione ſi defecerit, eſt eidem prouiso ſilentium imponendum, ve
rum ſi ſe purgauerit, mandanda eſt executioni prouiſio, & con-
tradictor ab ipſius moleſtia compeſcendus, & in expenſis legiti-
mis condemnandus, prout iſta omnia hic ſequuntur.Liquet igi
tur de præmiſſis,ꝙ infamia obiecti criminis duos effectus habet.
Primus eſt, vt executio ſuſpendatur. Secundus, vt ipſa ſuſpenſa
probatio obiecti criminis admittatur, vt & patet in eo, quod le-
gitur,& notatur j̄.de ſimo.accuſatum. Tertius etiam poteſt nota
ri,vt ſcilicet purgatio indicatur,vt hic ſequitur, nec ſufficit oppo-
ſitio infamiæ,niſi & crimen obiiciatur, nec obiectio criminis,ni
ſi & infamia opponatur,vt not.s̄.eod.§.j.ſuper verbo,obiectis. ſic
enim fuit hæc decret.hactenus communiter intellecta, vnde &
iſte intellectus minime eſt mutandus. ff.de legi. minime. & hoc
approbauit dominus Clemens Papa IIII. in tranſlatione, quam
fecit de Viſien. episcopo ad Colibrien. eccleſiam, in qua Co-
librien. canonicos contra translatum,antequam tranſlationi de
ſe factæ conſenſiſſet in modum exceptionis diuerſa crĩa & infa-
miam opponentes,audiuit, & audiendos eſſe diffinit contra eũ-
dem tranſlatum etiam poſtquam tranſlationi de ſe factæ cõſen-
ſit,antequam adipiſceretur episcopatus poſſeſſionem,licet mul-
ta fuiſſent in contrarium allegata: ita tamen ꝙ ſi in probatione
deficerent, condemnarentur in expenſis tranſlato & a beneficiis
ſuis triennio noſcerent ſe ſuſpenſos, quorum prouentus in vſus
tranſlati cederent taliter impediti: & fuerunt hæ duæ pęnę ſimul
iunctæ & ſumptæ ex eo,quod hic ſequitur, & leg.extra d.n.de ele
ctio.ſtatuimus.§.qui vero.lib.vj.Sed quid ſi vbi talis eſt publice in
famatus occurrant ſimul accuſator, & contradictor, quis cui eſt
præferendus? Vtiq; accuſator: quia via ordinaria incedit,alius ve
ro extraordinaria,arg.ff.de mino.in cauſæ.ii.rñ.j.& patet in eo, qđ

no.in Summa de accuſationibus.ſub rubrica de inquiſitionib.§.
quis ſit effectus.ver.is ergo eſt ordo.quamuis & contradictor vo-
cetur accuſator.in Auth.quomodo opor.epi.§.ſi quis autem ta-
lis.coll.j.& de ſan.epi.§.ſi quis autem electum.& ſeq.columna.ij.
coll.ix.Nec ob.ꝙ dictus tranſlatus nihil petebat, vnde contra nō
agentem non petentem non videbatur habere locum exceptio.
Reſponde enim,vt no.ſ̃.e.ſuper his.§.j.ver.ſed cum opponitur.&
de ordi.cog.cum dilectus.§.fin.Liquet igitur ex premiſſis, ꝙ etſi
electus conſecratus ſit, adhuc tamen poteſt contra ipſum obiici
crimen cum infamia ad hoc,vt impediatur corporalem poſſeſ-
ſionem epiſcopatus adipiſci,quod dic,vt plene not.ſ̃.de appel.cō
ſtitutis.ij.§.fi.& cap.vt debitus.ad fi.& j̃.de exceſ. prælat.inter dile-
ctos.§.j.ſuper verbo,ac vſurarium.[Purgationem]etiam antequā
collatio executioni mandetur,& ſic diuerſificatur a ſuperiore. §.
[Silentium]in eo,ꝙ petit collationem executioni mandari . ſic.
ſ̃.e.§.prox.in fi.deficiens enim in purgatione, ſicut conuictus eſt
puniendus.ſ̃.de cohabi.cleri.& mu.tua nos.§.fi. [Si autem.] ver.
[Contradictores.]& excipientes.vt ſ̃.[In expenſis.] eo enim ipſo
ꝙ in probatione deficiunt, calumniari videntur, vt hic expreſſe
innuitur,quod dic,vt plene no.ſ̃.de dolo & contu. finem.[Con-
demnetis.]alias condemnantes:ſed prior litera præualet.

*S V M M A R I V M.*

1 *Statuta concilij a Papa confirmantur.*
2 *Iudex poteſt factum proprium confirmare.*
3 *Inquiſitio qrando eſt facienda.*
4 *Deus omnia nouit,etiam ante quam fiant.*
5 *Teccatum nullum occultum puniendum eſt.*
6 *Inquiſitio generaliſſima,& generalis quæ dicatur.*
7 *Ad inquiſitionem proceditur facta ſimplici denuntiatione.*
8 *Leuiores probationes ſufficiunt contra priuatos,quam contra prælatos.*
9 *De infamia primo eſt inquirendum,etiam a ſenioribus.*
10 *Leuis culpa poteſt leuiter indulgeri.*
11 *Correctio quomodo eſt facienda.*
12 *Examinatio diligens eſt facienda,vt omnis falſitas repellatur.*
13 *Degradatio eſt pœna capitalis.*
14 *In continentię vitium ſcandalum inducit.*
15 *Inquiſitor recuſari poteſt tanquam ſuſpectus.*
16 *Accuſatus tenetur reſpondere obiectis,etiam ſi occulta ſint.*
17 *Lex permittit accuſato mentiri,& qualitercunque euadere.*
18 *Teſtium depoſitiones ſunt tradendæ ſine nominibus & nomina ſine depoſitio nibus ad euitadum odia.*
19 *Agi de crimine in curia Romana quot modis poteſt.*
20 *Probatio vnius modi agendi,non facit fidem in alio modo agendi.*
21 *Obligatio contrahitur ex diuerſis cauſarum figuris.*
22 *Agi poteſt de crimine ad pecuniam.*
23 *Pœnarum ſpecies, quot ſint in quibus, a quibus, & quando ſint pœnæ inferendæ.*
24 *Monachorum cetus dignior eſt,quam clericorum.*

C A P. XXIIII.

QValiter & quando. Ponuntur hic au
thoritates vtrius-
que teſtamenti & ipſarum mens, ex quibus eli-
citur qualiter, quando, & contra quem,& a quo ſit
inquiſitio facienda,& quis ſit effectus,vt patet in eo, quod no.j̃.
e.ver.ex quibus.[Noui.]vt j̃.e.reſp.ſuper ver.legitur. [Veteris] j̃.e.
reſpon.ver.& in Geneſi.[Colligitur]ſicut olim &c.vt.j̃.ver.j.[Ex
quibus]ver.ſ.authoritatibus.[Canonice]patet ergo,ꝙ lex canoni
ca non eſt omnino a diuina excludenda, quod dic,vt nota.ſ̃.de
æta.& quali.cum ſit ars artium. [Sicut olim.] hoc non determi-
nat verbum proxime præcedens proceſſerunt, ſed quod præmi-
ſit colligitur,cui & hoc continuatur,vt ibi no.[Diſtinximus].ſ̃.
eo.qualiter.vbi ponebantur in integra omnia verba hæc,quæ ſe-
quuntur . vſque.j̃. ad §. debet.ſed quia ſufficit ipſa ſemel poſuiſſe
hodie ſunt deciſa, ſunt enim ſuperflua reſecanda. vt ſ̃. in procœ-
mio.§.ſane.ante fi.Sunt autem hic poſita,& non ibi propter for-
mam,quę hic magis ſpecificatur.vt j̃.e.§.debet. vt & a ſacro con-
cilio approbentur,vt ſequitur.[Confirmamus.] Caute loquitur,
non enim dicit confirmatur,ſed confirmamus, quia confirma-
tio ad ſuperiorem ſpectat, vnde ſtatutum Papæ non confirma-
tur a concilio, quod inferius eſt,ſed ſolummodo approbatur, vt
1 præcedit,quod intelligas fieri ad cautelam, immo †a Papa tanq̃
ſuperiore ſtatuta concilij confirmātur,vt legitur,& no. ſ̃.de elec.
2 ſignificaſti.§.j.ver.fi.& patet hic, ꝙ†iudex poteſt factum propriū
confirmare,& de hoc no.ſ̃.de fide inſtru.inter dilectos.§.cæterū.
[Legitur enim.]ver.[In euangelio.]Luc.xvi.Homo quidam erat
diues,qui habebat villicum , & hic diffamatus eſt apud illum,
quaſi diſſipaſſet bona ipſius,& vocauit illum,& ait illi. Quid hoc
audio de te, vt j̃.ſequitur. quæ verba ſic poſſunt exponi . Homo
quidam erat diues.i.aliis præpoſitus,puta,archiepiſcopus,epiſco-
ſcopus,vel alius iudex ordinarius , & ex hoc patet, quis debet in-
quirere.Villicum.i.epiſcopum,vel alium prælatum ſibi ſubditū,
ſeu alium quamcunque adminiſtrationem habentem,& hic in
nuit,contra quem ſit inquirendum. [Diffamatus.] Innuit ergo
ꝙ infamia præcedere debet inquiſitionē & magna,& frequens,
& communis,vnde dicit diffamatus.i.valde infamatus . q. d. ſine
ſcandalo diſſimulari non poteſt, vt exponitur. j̃.§.j. ver.ſed cum
ſuper exceſſibus.[Apud illum.] q.d.tunc demum tenetur præla-
tus inquirere,quando apud ipſum peruenit fama,vt j̃.eo.reſpon.
ver.ex quibus.non aſtringit ergo ipſum fama,quę apud alios per-
uenit tantum, vnde & in dubio de ipſa eſt primitus inquirendū,
vt no.ſ̃.e.cum oporteat.§.fin.reſpon.j.ex hoc igitur liquet,quādo
ſit inquirendum.[Quaſi diſſipaſſet bona] &c.q.d. ſpecificari de-
bet id,ſuper quo inquirendum eſt,ſiue ſit dilapidatio, vt hic.ſiue
aliud crimen.vt j̃.eo.§.debet. ver. primo.Et vocauit illum . patet
ergo,ꝙ debet is,contra quem fit inquiſitio , præſens eſſe,vel ſaltē
per contumaciam abſens eſſe. j̃.eod. §.debet. in princ.& ait illi .
[Quid hoc audio de te] q.d. certifico te, ꝙ ſuper hoc diffamatus
es,& ſuper hoc volo inquirere.[Redde rationem.] ecce qualiter
inquirendum eſt.Ex hoc nota duo. Primum eſt, ꝙ primo debet
inquiri veritas ab illo,contra quem fit inquiſitio,q̃ a teſtibus,qui
ſi puram & meram confiteatur contra ſe veritatem,cum eo mi
tius eſt agendum.ſ̃.de elec.innotuit.§.multa.vbi de hoc.& ſic po
teſt intelligi,quod legitur,& notatur.ſ̃.eo.inquiſitionis. reſpon.j.
in fi. Secundum eſt, ꝙ excuſationes & exceptiones ſuæ admitti
debent,ſicut & illius qui rationem reddit.ſ̃.de obli.ad ratio.c.vni
co.ff.de tute.& ra.diſ.l.j.& per totum.& leg.& not.j̃.eod. §.debet.
ver.j.& ver.necnon.& ſeq. ſed qualiter reddet prælatus rationem
adminiſtrationis ſuæ.Reſpon.tanquam procurator,vel tutor . C.
de iudi.l.ij.ff.de procur.qui proprio.§.vt in cęteris.Inſtit.de obl.ex
quaſi contractu.quia procurator eſt,non dominus. ſ̃. de dona.c.
ij.& in quibus probationes deficiunt, ſuo forſan ſtabitur iuramē
to.ar.C.de dona.l.penult.ſ̃.quod me.cauſa. c.fi.cum ſuis concor.
[Iam.n.]ver.ſubaudi.ſi non ꝯfitearis.ſed ꝯuincaris. [Nō poteris]
.i.debebis.[Villicare] q.d.pœna inquiſitionis eſt male adminiſtrā
tē ab adminiſtratione amouere.j̃.e. §.j.ver.fi.& ex his collige,qs
ſit effectus inquiſitionis,ſicut & exponitur.j̃.§.j.ver.fi. [Et in Ge-
neſi]ver.xviii.ca. Clamor ſodomorū & gomorreorū multiplica
tus eſt,& peccatum eorum aggrauatum eſt nimis, deſcendam ,
& videbo vtrum clamorem , qui venit ad me, opere complene
rint,an non eſt ita,vt ſciam.Quæ verba ſic expones.Clamor.Cla
mor poteſt hic poni pro voce quereloſa & publica aliquorum
potentum , licet paucorum , ſed inde peruenit ſcandalum. Vel
clamor eſt,quando ſcitur actor & paucorum.Fama vero eſt,quā
do neſcitur actor & multorum.ſecundum dominum noſtrum .
tamen ſecundum Grego.Peccatum cum voce.i. cum fama , eſt
culpa in accuſatione.Peccatum cū clamore eſt culpa cum liber
tate,vt dicit gl.ſuper hoc loco in Gen.Tu dicas,ꝙ clamor famam
notat clamoſam.[Sodomorum]&c.non ſolum vniuerſitatem ,
ſed plures & ſingulares ſpecificandos innuit,& probat,ꝙ non ſo
lum contra prælatos,ſed etiam contra priuatos, non ſolum cle-
ricos,ſed etiam laicos infamatos eccleſia inquirere poteſt, quod
verum eſt.vt extra dominum noſtrum.de cenſi. Romana.lib.vi.
& inuocare ad auxiliandum,non ad præiudicandum,brachium
ſęculare.ſ̃.de offi. ordin.cap.primo. Multiplicatus. Frequentiam
not.j̃.eod.ver.primo.ad fin.Peccatum. Notat ſpecificandū id,ſu-
per quo inquiritur,vt & not. in præceden. ver. Aggrauatum eſt.
3 Ex hoc tria notabis. Primum †eſt,ꝙ inquiſitio tunc demum de
bet fieri , quando crimen nimis continuatur , & aggrauatur. Se-
cundum eſt, ꝙ non eſt facienda pro leuibus.infra eod. §.primo.
verſi.ſed cum ſuper exceſſibus. Tertium eſt, ꝙ ſi iudex ſciat cri-
men tanquam homo , vel audiat crimen notorium in remotis
partibus,qđ & ſi eſt ſibi notorium,non dēt procedere ad pœnam
niſi ſibi prius de notorio fiat fides , nam hoc quod hic dicit ag-
4 grauatum eſt veritatem notorii ſignificat, & † Deus omnia no-
uit,etiam antequam fiant.ii.quæſtione.j.Deus omnipotens.& ta
men voluit deſcendere,& inquirere,vt ſequitur.Deſcendam , &
videbo,ſubaudi inquirendo.quaſi dicat, non eſſe inquirendum ,
niſi fama præcedente , nec enim diſſimulandum , ex quo tanta
eſt fama.j̃.eod.§.ad corrigendos.vel videbo ſubiiciendo rem ocu
lis tanquam notoriam.ff.fin. regund. ſi irruptione.ff.de minori-
bus.minor vigintiquinque annis.ſ̃.de probationibus.cap. penul-
ti.quod dicitur notorium facti.ſ̃.e.euidentia. cum ſuis concord.
Qui venit ad me,quaſi non ſit curandum, ſi ad alios, vt notatur
ſ̃.in præceden.autho.ver.proximo.Ope.i.vtrum verum ſit,vt pu-
niam.ſ̃.eo.cum dilecti.in fi.An non eſt ita,vt abſoluā.ſ̃.eo.licet.
§.fi.& cap.veniens.§.fin.vt ſciam.tanquam iudex.& ſic patet , ꝙ
a ſecundum allegata[a]& probata iudicandum eſt,& non ſm ꝯſciē-
tiam.

A D D I T I O.

a ¶Secundum allegata & probata iudicandum eſt & non ſecundum conſcientiam. Adde tex.& Doc.in l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.præſi.& in cap. ſi ſacerdos . ſupra de offic.ord.



tiam.vi.q.ij.ſi tantum.& cap.placuit.quod dic,vt no.ſ̃.eod. ad pe-
titionem.§.cum igitur.& de poſtul.prælat.bonæ.j.§.primo.ex his
etiā notabis æquam & curialem iuſtitiam Domini contra quo-
rundam zelum irrationabilem & feruorem,qui peccata punire
ſatagunt,qualitercūque ſciant. Tu vero dicas,& teneas exemplo
Domini,ꝙ nullum peccatum occultum puniendum eſt.vj.q.j.ſi
ſi omnia.j̃.de ſimonia.ſicut nobis.alias ſicut tuis.in fi.& hoc exē
plum dedit Domin[9] nobis in Iuda.vnde Aug. ſuper illud.Marc.
xviij. vnus ex vobis me tradet. ſic ait. Bene dicit ex vobis , & non
ex nobis,etenim ex vobis eſt , a quibus per iuditiariam poteſtatē
confeſſus aut conuictus non eſt excluſus,a me vero qui nullis in
digeo argumentis,& omnia certiſſime noui,ſeparatus & diuiſus
eſt.Tale.n.eſt,ac ſi diceret, & ſi ego eū per occulti iudicii ſenten-
tiam damnatum habeo, vos tamen adhuc illum per tolerantiā
ſuſtinete ij.q.j.vnus ex vobis. Nec mirum , ſi occultum punien-
dum non ſit,quia nec manifeſtum, ideſt de quo quis publice eſt
infamatus,punitur,niſi probetur,& hoc exemplum habemus in
villico,vt legitur,& notatur.ſ̃.eod.verſic.proxi. Quidni.quia nec
notorium in remotis partibus,niſi & notorium reddatur iudici,
& hoc habemus in hoc exemplo ſodomorum,quorum pecca-
tum notorium erat,& tamen Dominus voluit deſcendere,& vi-
dere,vt nobis exemplum daret,ne præcipites eſſemus in diſcutiē-
dis,& iudicandis negotiis , & ne mala proximorū prius quiſquā
præſumat credere,quam probare,vt hic.& ij. q.j. Deus omnipo-
tens.[Ex quibus]ver.[Probatur.]contra quem inquirendum ſit,
quia tam contra prælatum,vt ſ̃.eo. ver.legitur enim , quam con-
tra priuatum.vt ſ̃.ver.proxi.& quando.ſ.fama, vel clamore defe-
rente,vt in eiſdem.ver.& hoc ſtatim ſequitur, nec eſt neceſſe, ꝙ
ſuper hoc teſtes recipiantur per ordinarium,quia ipſe certus eſt,
& ſic loquitur hæc conſtitutio . Secus in delegato , & ſic loqui-
tur.ſ̃.eo.inquiſitionis.& cap.cum oporteat.§.fina. in princ. quod
dic,vt ibi no.& j̃.de pur.ca.inter ſolicitudines . reſpon. primo. &
hoc verum eſt,niſi ordinarius, qui de fama certus eſt,aliam for-
mam det.j̃.de ſimonia.licet Hely.§.primo.ver.tunc enim.& quis
ſit effectus,vt.ſ.amoueatur ab adminiſtratione,etſi non degrade-
tur.j̃.eod.§.primo.ver.ſed cum ſuper exceſſibus. & qualiter ſerua-
to.ſ.ordine, vt ex eiſdem.ver.ſuperioribus elicitur.& j̃. eod. §. de-
bet.plenius declaratur.[Subditus]vt in præceden.ver.& in Gene-
ſi.[Prælatus]vt ſ̃.ver.legitur.[Clamorem & famam]ideſt frequē
tem,ſeu clamoſam infamiam,vt ſequitur,& probatur.j̃.de ſimo
nia.licet Hely.§.primo.& ſic patet,quando inquiſitio eſt faciēda,
& ꝙ fama per ſe tantum non probat,quod dic, vt no. ſ̃.de teſtib.
prætera. §. primo. [ Superioris. ] quia nec infamia,quæ ad alios
tantum peruenit ſuperiorem aſtringit,vt no.ſ̃. ver.legitur.& ſeq.
Et ex hoc habes a quo ſit inquiſitio facienda,ſcilicet a ſuperiore.
ſ̃.de offic.ordin.irrefragabili.[Peruenerit.]Hoc verum eſt, quan-
do fit inquiſitio cōtra priuatum , & ipſam inquiſitionem aliquo
promouente.Hoc enim notandum eſt circa hanc materiam, ꝙ
6 quandoque fit inquiſitio † generaliſſima ex mero & puro officio
iudicis,vt quando agitur,& quæritur in conciliis generalibus, ſeu
prouincialibus generaliter de ſtatu prouinciarum,ſeu prouincię
quantum ad eccleſias & perſonas in melius reformandum,vt pa
tet.j̃.eod.ſicut olim.ſ̃.de præben.graue.in Auth.de ſan. epi. §. vt
autem omnis eccleſiaſticus ſtatus.coll.ix.Generalis etiam fit tam
in capite quam in membris alicuius eccleſiæ ciuitatis,vel caſtri,
vel loci alterius , dum prælatus viſitat ex eodem mero , & puro
officio.ſ̃.de officio ordin.cap.primo.& cap.irrefragabili.x.quęſtio
ne.j.placuit.j̃.de hæreti.excommunicamus.& §.adiicimus. & in
his duobus caſibus non intelligo habere locum formam iſtius
concilij,ſed ſicut generaliſſima, vel generalis ex puro & mero of
ficio fit inquiſitio,ſic & eodem generaliter & compendioſe pro-
ceditur contra omnes.Fit etiam inquiſitio generalis aliquo impe
trante , vel ex officio fama deferente , in quo caſu ſimiliter non
intelligo , quòd forma huius concilij ſit ſeruanda , ſed alia , de
qua traditur.ſ̃.de re iudi.cum I.& A.& capit. ſequen.quamuis &
illa ca. poſſint intelligi de ſingulari inquiſitione tantum, vt ibi
7 notatur.Specialis etiam,ſiue† ſingularis quādoque fit ad denun
tiationem illius , ad quem ſpectat hoc ex officio denuntiare , in
quo caſu non intelligo monitionem trinam eſſe neceſſariam ,
ſed facta tantum ſimpliciter denuntiatione proceditur ad inqui
ſitionem.C.eod.tit.ea quidem.ſ̃. de offic. cuſto.cap.j.§.fina.extra
dominum noſtrum . de cenſi. Romana. §. ſane. & ſequen. & de
hac materia no.plenius.ſ̃.de iudi.nouit.reſpon.primo. Fit & quā
doque hæc nullo denuntiante , ſed fama deferente , & tunc aut
proceditur contra ſecularem,aut contra regularem.Si contra ſe-
cularem prælatum non ſufficit ſimplex fama , vel clamor , etſi
frequens ſit,niſi ſit tanta, quæ ſcandalum generet,& ſine pericu-
lo tolerari non poſſit,vt patet.j̃.eod.§. primo. reſpon. primo.ver
ſic.primo.& ver.cum ſuper exceſſibus. Si vero contra ſecularem
priuatum, tunc ſufficit fama frequens & clamoſa , & ſi non ge-
neret ſcandalum,& ſic loquitur hic , & in vtroque iſtorum duo-
rum membrorum ſeruanda eſt forma,quæ traditur.j̃.eod.capit.
§.debet.ſed & requiritur probatio famæ.de qua no.ſ̃.e.cum opor
teat. §.fina.reſpon. primo . quod tamen totum eſt arbitrio boni
8 iudicis committendum. Vt tamen ſcias,ꝙ† leuiores probationes
contra priuatos ſufficiunt,quam contra prælatos,vt patet. j̃. titu.
primo.licet.ſ̃.de offic.deleg.paſtoralis.reſpon primo.in fi.& ar. j̃.
de ſenten.excommu.cum illorum.§ ſi vero clauſtralis.& præce-
den.ff.de al.mu.iu.cauſa fac.l.iij.Sin autem fit contra religioſum.
Aut fit ad correctionem ſecundum regulam,& tunc ſecundum
eandem de plano proceditur non ſeruata hac forma. ſ̃.de appel.
reprehenſibilis.& cap.cum ſpeciali.& de regula. capit. fina.& de
ſta.mona.in ſingulis.& cap.ea quæ.Aut vt ab adminiſtratione re
moueatur.& tunc quando agitur de abbate , vel priore conuen-
tuali,vel curam habente & authoritate diœceſani inſtituto , etſi
non adunguem , tamen quo ad quædam ſeruanda eſt forma
huius ca.vt.ſ.vocetur,vt ſe poſſit defendere.vt patet.ſ̃.eod. ad peti
tionem.§.cum igitur.j̃.eo.olim.§.ſi vero. j̃.de ſimonia. per tuas .
Vt tamen ſcias,ꝙ leuius & ex leuioribus cauſis remoueri poteſt ,
quam ſęcularis,vt legitur,& notatur.in fi.eiuſdem. cap.& j̃.eo.c.
in fi. Vnde & cōſuetudo locorum religioſorum ſpecialis in hoc
loco ſpectanda eſt,vt ibi dicitur,& legitur,& notatur . ſ̃. de appel.
quia nos. Quando vero agitur de priore ſimplici, vel officiali, ſeu
aliam obedientiam tenente,talis inſtituitur, & deſtituitur pro ab
batis arbitrio.etiam ſine cauſa,vt patet in eo,quod legitur,& not.
ſ̃.de ſta.mona.cum ad monaſterium.§.tales.& cap. monachi.§.
prioratus.& §.priores.extra do.no.de priuilegiis.volentes. §.fina.
lib.vj.Quandoque etiam fit inquiſitio officij debito vrgente,& ſi
nulla fama præcedat , nec aliquid opponatur , ſicut patet exem-
plum,quando agitur de matrimonio contrahendo , ſiue ſit cor-
porale,vt ſ̃.de clandeſti.deſpon.cap.iij.ſiue ſpirituale.vt ſ̃.de elec.
cum nobis olim.§. penult.& idem eſt vbicunque iudex ex puro
& mero officio procedit in his, maxime in quibus imminet pe-
riculum animarum,vt patet.ſ̃.de iureiuran.ad noſtram. ij. & de
offic.ordin. cap. primo.ff.de confirma. tut.l.j.& l.in confirman-
do.& de ſuſpec.tut.l.iij.& de hoc not. plenius in Summa.eod.tit.
ſub rubrica.de criminibus ſine ordine puniendis. §.fina.& iunge
hic,& ea quæ not.j̃.eod.§.debet.& in Summa.eod. ti.ſub rubrica
de inquiſitionibus.de aliis vero quæ hic deficiunt circa materiā,
dic vt ibi notatur. [ A maliuolis . ] quia talibus credendum non
eſt.xj.q.iij.c.in cūctis. & dictum vnius facile multitudo ſequitur .
j̃.de pur.ca.cum in iuuentute.ver.primo.ſed cum fama ab incer
to authore procedat.de conſe.diſt iiij.ſanctum eſt.hoc ſatis diffi-
cile eſt probare : vnde poteſt dici , ꝙ vndecunque procedat infa-
mia,ſaltem ad ſedādum ſcandalum,ſeu murmur populi eſt pur-
gatio indicenda.j̃.de pur.ca.accedens.& patet in eo,quod legitur,
& notatur.ſ̃.eo. veniens.in fi.& c.cum.P. Manconella. in fi. Si ta-
men omnino conſtaret,ꝙ a maliuolis orta eſſet,nec ſcandalum
immineret,nec multum ſparſa eſſet infamia non eſſet de neceſ-
ſitate purgatio indicenda.j̃.de pur.ca. cum in iuuentute. [Hone-
ſtis ]ecce a quibus debet fama procedere,& inter quos verſari de-
bet,ad hoc vt inquiſitio procedat. [Nec ſemel tantum] &c. ecce
qualis debet eſſe fama,ſcilicet frequens & clamoſa.[Clamor.]vt
patet.ſ̃.e.ver.& in Geneſi[Diffamatio.]vt ſ̃.eod.ver. legitur. [De-
bet]ver.ſcilicet ſuperior de quo.ſ̃.præmiſit.ſubaudi ex quo ſibi de
infamia conſtat,& non ante , ſi ergo ante ad hanc veritatem in-
quirendam proceſſerit , ordinem inquiſitionis quo ad tempus
peruertit , vnde nec eſt ex tali proceſſu diffinitiua ſententia pro-
mulganda,vt patet in integra. ſ̃.eod.qualiter . [Senioribus.]ſicut
ſunt canonici,quando agitur de epiſcopo,vel alia capituli perſō-
na , ſine quibus non eſt procedendum in talibus,vt patet lxxxvj.
di.ſi quid vero ad aures tuas de quocunque.ij.q.vij.nullus.j̃.de ex-
ceſ.prælat.ca.j.ver.aut ſine iudicio.vbi de hoc. ſ̃.de his quæ fiunt a
præla.nouit.& c.quanto . [Veritatem ] Ex quo de infamia con-
9 ſtat,nam †de illa primo eſt inquirendum etiam a ſenioribus , de
quibus præmiſit,vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ̃.e.cum opor-
teat.§.fi.in prin.& ſic duplex fit inquiſitio,vt & ibi no.& ſ̃.de prę-
ſumptionib.cum in iuuentute.§. fi. niſi quando eccleſia ex puro
& mero officio procedit,vt no.ſ̃.de iureiur.ad noſtram.ij.& ſ̃.eo.
ver.prox.ſuper ver.peruenerit.[Diligentius].i.diligenter. ſicut pa
tet.j̃.§.j.vt.ſ.neceſſaria interrogatoria,& maxime tradita nō omit
tantur.ſ̃.de teſti.cum cauſam quę.& c.per tua.[Qualitas.]proba-
10 ti criminis,nam †& leuis culpa poteſt leuiter indulgeri. ſ̃ e.cum
dilecti.§.j.in fi.[Canonica ] vt ſcilicet ab adminiſtratione remo-
ueatur,ſi ipſam habet.j̃.e. §. in fi.alioquin puniri poterit ſpiritua-
liter,vel temporaliter.ſecundum id,quod legitur , & not. ſ̃.eo.in-
quiſitionis.reſpon.j.in fi.ſ̃.de vi.& hone.cler.vt clericorum.§.j. ii.
& iij.ſ̃.de offi.ord.licet.§.etiam.& c.dilectus.reſpon.j.[Non tanq̃]
ver in quo reſpondet tacitæ obiectioni,quæ poteſt fieri ex eo.qđ
legitur.j̃.de verb.ſigni.forus.§ in omni. & iiij.q.iiij.c.j. [Deferen-
te]quaſi dicat.hęc fama loco accuſatoris , ſeu denuntiatoris ha-
betur,vt hic patet,vnde & dici poteſt,ꝙ cum ipſa quaſi conteſte-
tur lis,quod dic,vt notatur.ſ̃.eod.qualiter.In princip.& tamen iu-
dex nihilominus pars eſt quo ad quid,vt patet.ſ̃.de appel.cum ſpe
ciali.§.primo.ver.primo.¶[Licet autem]ij.pars.in qua incipit iu
dicem inſtruere,licet enim ſ̃.loqui videatur permixtim .ſ.quan-

C proce.datur ad inquiſitionem, niſi fama præcedente, vt patet in
ſuperioribus,nec poſtea,ex quo de ipſa con . . diſſimuletur,vt pa
tet.j̄.eod.ad corrigendos. [In ſubditis] ſubaudi diligenter.[Qui.]
ſcilicet prælati. [Signum.] vnde omnia pati deberent,nec vindi-
ctam expoſcere corporalem,quia eis ignoſcendi gloriam ſancti-
tas dereliquit. C.de epi.& cler.ſi quis in hoc genus . temporalem
autem,ſiue pecuniariam petere poſſunt, ſiue canonicam , quod
dic,vt legitur,& no.j̄.de iniur.olim.[Ad ſagittam.]terminus po-
ſitus ad ſagittam percuſſit me nimis celeriter, ſed percutiendo
vulneratus remanſit,& ideo medicamine eget,quod dic,vt no.j̄.
de ſenten.excom.ſacro.[Et quia non poſſunt]verſi.ſcilicet præla-
ti.[Complacere. ] alioquin ſecundum Apoſtolum Chriſti ſerui
non eſſent.[Ex officio.]puro & mero non ſeruata hac forma, vt
no.ſ̄.reſpon.primo.ver.ex quibus.ſuper verbo, peruenerit . [Ar-
guere].i.reprehendere [Increpare]ideſt comminari. [Suſpende-
11 re]&c.†No.hic ordinem correctionis, eſt enim crimino ſus pri-
mo arguendus,ſecundo increpandus,tertio ſuſpendendus,quar-
to ligandus,& demum degradandus,vt hic patet. vnde & dicitur
coerce,corripe,excommunica.degrada.xxiii.quęſtione.iiii.forte.
de quo dic,vt no.ſ̄.de iud.cum non ab homine. [Et ideo] verſic.
[Statuerunt.]vi.quæſtione.j.beatus. & capit. ſacerdotes . & capit.
oues.& quaſi per totum.[Non facile.]nec contra ipſos ad inqui-
ſitionem de facili procedatur,vt & no.ſ̄.reſpon. primo. verſic.ex
quibus.ſuper verbo,peruenerit.[Colūnis]ideſt prælatis principa-
libus,ſcilicet epiſcopis.ii.quęſtione.vii accuſatio.xii.quæſtione.ii.
gloria epiſcopi.nam & alii inferiores colūnæ dicuntur. ſ̄.de offi.
cuſtodis.cap.ſecundo.§ penulti. circa quos non tanta diligentia
adhibetur.[Aedificiū]ideſt eccleſia ſaltem in partem.nam ex to
to non poteſt corruere cum ſit ædificata ſupra firmam petram .
xxiiii.quæſtione.j.non turbatur.& capit.loquimur.[Maligne.]&
ideo ſine inſcriptione accuſator nullus eſt audiendus , vt malitiæ
12 occurratur,vt ſequitur.& in inquiſitione ordo ſeruandus eſt,† &
examinatio diligens facienda,vt omnis falſitas repellatur . infra
eodem.§.debet.[Verum.]ver.[Voluerunt ]ſcilicet ſancti patres.
[Derelinquerent.]vnde & deficiente accuſatore fit inquiſitio cō
tra ipſos [Vtrunque.]vnus morbus eſt,quando falſo,vel malitio-
ſe accuſatur , contra hunc remedium medicinale eſt inſcriptio.
j̄.eod.verſic.primo.Alius morbus eſt , quando delinquunt inſo-
lenter,contra hunc remedium medicinale eſt inquiſitio. j̄. eod.
13 verſic.ſecundo.[Videlicet]ver.[Degradationem.]Eſt ergo†degra
datio pœna capitalis,& quæ ſequitur ex accuſatione.[Inſcriptio]
ſ̄.eo.licet.§. fina.ver.primo.& capit.ſuper his.reſpon. primo . ver.
fin.[Nullatenus.]& per hoc occurritur falſæ, & malitioſæ crimi
nationi.[Sed cum ſuper exceſſibus.]ver.Quiſquam] ſcilicet præ-
latus,vt præmiſit.[Sine ſcandalo ]ſcilicet hominum.j̄.de pur.ca.
ſi quis presbiter.quæ iuſta cauſa eſt ceſſionis præbendæ,vt legitur,
& notatur.ſ̄.de renunt.niſi cum pridem. §.pro graui. [Sine peri-
culo.]adminiſtrationis,puta,dilapidator eſt.hoc enim crimen in
14 ducit periculum,†vitium vero incontinentiæ ſcandalum.j̄. eod.
prælatorum.reſpon.primo.& §.primo.ſ̄.de cohabi. cleri.& mu-
lie.veſtra & cap.tua. [Ad inquirendum.] & per hoc occurritur ,
& prouidetur , ne prælati inſolenter delinquant. [Puniendum. ]
paruum enim eſſet inquirere,niſi & puniretur,nam facilitas ve-
niæ incentiuum tribuit delinquendi.ſ̄.de vita & honeſta.clerico.
vt clericorum.§.primo.xxiii.quæſtione.iiii. eſt iniuſta. [ Non ex
15 odii fomite.]argumen. ꝙ†inquiſitor recuſari poteſt tanquam ſu
ſpectus,ſed recurrendum eſt ad arbitros.non ad appellationem .
ſ̄.eod.ad petitionem.§.primo.ver.& Cardinalem,niſi ob iuſtam
cauſam propoſitam & non admiſſam.ſ̄.de officio delegati.ſuper
quæſtionum.ver.primo.& eſt hoc expreſſum.ſ̄. de appella.cum
ſpeciali.§.primo[Quamuis]ver. [Grauis.] non tamen tantus , ꝙ
executionem impediat poſt pœnitentiam , alioquin degradari
poſſet,in aliis autem non degradatur,ſed ab adminiſtratione tan
tum amouetur,niſi miſericorditer fuerit diſpenſatum,& hoc ve
rum eſt,ſi ipſam habeat , alioquin arbitrio iudicis punietur , vt
omnia hæc probantur in eo,quod legitur , vt notatur. ſ̄.eodem.
inquiſitionis.reſpon.primo.& eod.cap.ver.debet.[Euangelicam]
vt ſ̄.eod.reſpon.primo.ver.legitur. [Rationem.] vocatus. & præ-
ſens,nam vocandus eſt,antequam procedatur, vt legitur & nota
tur.ſ̄.eod.reſpon.primo.ver.legitur.& ex hoc ſubauditu infert in
ſequen.§.& dicit.debet igitur eſſe præſens&c.& ſic continuatur.
¶[Debet]iii.pars.in qua incipit Innocen. formam inquiſitionis
magis dilucidare [Igitur] ſcilicet quia dictum eſt villico , contra
quem fieri debebat inquiſitio,redde rationem &c. ſ̄. reſpon. pri-
mo.ver. legitur. ex hoc ſequitur hæc concluſio, debet igitur &c.
nam preſens erat villicus , ex quo ei dominus loquebatur , & ſic
continuatur cum primo,reſpon,huius ca. Vel ſic,dixi. ſ̄.§.proxi.
in fin. ꝙ remouendus eſt villicus,qui non poteſt villicationis
ſuæ&c. [Debet igitur &c. ] nam ſi non eſſet præſens, non poſſet
per ſe reddere rationem , & ſic continuatur ,cum proximo di-
cto.ex hoc etiam ſequitur,quòd exceptiones ſuæ ſunt admitten-
dæ, & quòd ei capitula ſunt tradenda , nam & hęc circa ratio-
nem reddendam verſantur,vt patet.C.de iud.l.ii.ff.de min.etiam
ſi pro patre.§.primo.ff.de neg.geſt.cum actum.& ll.ſequentibus.
Proculus.atqui natura.nam & Seruius . & l. cum alicui : & l. ex
duobus.vnde & capitula tradenda ſunt , & exceptiones legitimæ
admittendæ,vt ſequitur.[Per contumaciam.]tunc enim eius ab
ſentia Dei præſentia repletur,vt patet. ſ̄. vt lit. non conteſta.quo-
niam.§.porro.& §.ſunt & alii.ſ̄.de dolo & contuma.veritatis. §.
fin.ver.in nomine domini.C.de iudi.properandum. §. cum au-
tem hoc modicum.[Abſentant.]Hoc eſt primum,quod eſt cō-
ſiderandum circa formam inquiſitionis,ſunt & alia tria,de qui-
bus ſequitur.infra ver.ſequentibus, vt ibi notatur [ Et exponen-
da]ver.& eſt ſecundum,quod attenditur circa formam . [Capi-
tula.]quandoque in ſpecie,& quandoque in genere,quod dic,vt
plene notatur.j̄.de pur.ca.capit.fin.ver.penult.in fi. [Illi.] ſcilicet
contra quem fit inquiſitio venienti , vel procuratori ſuo , qui in
hac cauſa interuenire poteſt,quia & ſi agatur de crimine,non ta-
men eſt cauſa criminalis.ſ̄. eod. ſuper his.in fi. niſi quis perſona-
liter ſit citatus , quod dic,vt legitur,& no.ſ̄.de dolo & contuma.
cum dilecti.§.expectantibus in fi.vel niſi ſit tale crimen,quod exe
cutionem impediat.argumen. ſ̄.eo.inquiſitionis.reſpon. primo.
ver.primo.in fine. [Fuerit.] ſi igitur primo fiat inquiſitio , & po-
ſtea tradantur capitula,nihil agitur , quia ordo peruertitur , non
ſeruatur.vt ſ̄.de electionibus.cum poſt petitam.& cap.Cumana.
§.fi.& ſic poteſt intelligi.ſ̄.eod.ad petitionem. §.cum igitur . ver.
primo.& c. qualiter.reſpon.primo.& §.primo. & ſequentib. [In-
quirendum.]ſubaudi ideſt primo ad rationem ponatur,& inter-
rogetur de ſeipſo,& de adminiſtratione, quam geſſit,etiam ſi fiat
inquiſitio ſingularis,vt patet.ſ̄.eo. reſpon.primo. ver. legitur . ibi
redde rationem &c.ſ̄ de cohabi. clerico.& mulie.tua.reſpon.pri-
mo.& ſ̄.eod.cum dilecti.§.primo.ſ̄.de re iudi.cum I.& A. §. pri-
mo.in prin.ſuper quo etiam iuramento aſtringi poteſt , vt veri-
tas eliciatur,vt in eiſdem cap. & ſ̄. de iureiuran. & ſi Chriſtus . &
capit.ex literis.& no.ſ̄.de electionibus.ſignificaſti. §.j.ver.hoc ni-
mirum.& ſ̄.eod. ſi conſtiterit.ex quo enim inquirendum eſt , vt
hic dicit , ergo primo & principaliter ab illo , qui melius verita-
tem nouit . ſupra qui ma. ac. poſſ. videtur . & ſic ab illo contra
quem fit inquiſitio.argumen. ſ̄ de reſcrip. ab excommunicato.
ff. de teſtamen. Domitius . & per iuramentum antequam teſtes
recipiantur.argumen.ſupra de probationibus.ſicut conſuetudo.
& cap.ad noſtram. cum & finaliter neceſſe habeat ſe purgare . j̄.
de pur.ca.per totum.quod verum eſt,ex quo conſtat de infamia,
vt in eiſdem iuribus.& ſ̄.eod.qualiter.ad fin. & capit. cum opor-
teat.§.fin.in prin.& cap.inquiſitionis.§.primo.ver.ad hoc reſpō-
demus.ſecus ſi ſint omnino occulti,& ſic poteſt intelligi, de pœ-
nit.diſtinct.prima.non tibi dico.ii.quæſtione.j. ſi peccauerit . Su-
per quo .ſ. ſi dicat , ꝙ ſuper occultis non tenetur reſpondere , &
etiam ſuper famoſis,ſed per ipſum negatis.[Facultatem habeat]
&c.vt hic ſequitur,vnde & ſi grauetur, in aliquo erit iuſta appel-
latio admittenda . ſupra de appellat. vt debitus . ſuper quo vide ,
quod legitur,& notatur.infra de pur.ca.nos inter alios.§.primo.
16 & fina.Sed & †accuſatus tenetur reſpondere obiectis , etiam ſi
occulta ſint.ſupra eod.licet.reſpon.primo. nam & iurat de calū-
nia.ſ̄.de iuramen.calumniæ.cap.primo.§.pręterea.ver.vel ſancti
monialis.Nec obſtat.de pœnit.diſtin.prima. non tibi dico . quia
intelligi poteſt,quando nec infamatus eſt,nec accuſatus.alias au
17 tem quamuis lex†permittat accuſato mentiri , & qualitercunq;
euadere.ff.de bo. eo qui mor. ſibi conſci. l. j. tamen canon aliud
vult,vt patet in eo,quod legitur , & notatur . ſ̄. quod met. cauſa.
ſacris . ſed & intelligi debet illud ca. non tibi dico in foro pœni-
tentiali,vnde & ſub tractatu de pœnitentia collocatur , ibi enim
nemini dicendum eſt,vt occultum peccatum ſuum prodat in-
uitus.immo & prohibetur potius.j̄.de pœnit.omnis.§.caueat. &
punitur quandoque,qui de hoc gloriatur.j̄.de exceſ.præla.quam
ſit graue.Ideo autem dixi inuitus , quia & quandoque inducen-
dus eſt,vt ſe prodat,vt patet in eo,quod legitur,& notatur . infra
de pę.& re.officij . Porro vbi quis infamatus eſt,non eſt ei etiam
in foro pœnitentiali dicendum, ꝙ in iudiciali veritatem occul-
tet,immo potius contra,vt patet.j̄.de cri. fal. cap. primo. & xxij.
quęſtione.ij.primum.& cap.ſequen. Infamatus igitur ſi interro-
gatus veritatem dicit,nō ſe prodit,ſed quod iam per famam pro-
ditum eſt,manifeſtat,& animam ſuam liberat, & quia de corre-
ctione ſpes eſt iudicem inducit, vt ſecum miſericordius agat , vt
ſ̄.de electionib.innotuit.§.multa.vbi de hoc , & de hac materia.
not.do.no.ſ̄.de confeſ.cap.ſecundo.[Et non ſolum]ver.& eſt ter
tium,quod circa formā attenditur. [Nomina.] ex hoc quod hic
dicit dicta & nomina publicanda,& quod ſtatim ſequitur . verſi.
quid a quo &c. apparet , ꝙ ante receptionem teſtium non ſunt
tradenda nomina teſtium , quod & omnino cauendum eſt , vt
corruptioni occurratur,& ſubornationi.arg.in eo quod legitur ,
& no.ſ̄.de teſti.fraternitatis.ad idem. j̄. eod.olim.§.ſi vero teſtes.
18 Cauti † etiam iudices conſueuerunt tradere depoſitiones ſine
nominibus,& nomina ſine depoſitionibus propter odia euitan
da . [ Teſtium . ] ne per ſuppreſſionem &c. vt ſequitur infra
verſic.ii. [Vt quid. ] hic reſpicit dicta , [A quo. ] hic reſpicit no-
mina.[Dictum.]ergo antequam dicta recepta ſint,nomina non
traduntur,vt notatur in præceden.glo. [Necnon] ver. & eſt hoc
quartum,quod circa formam inquiſitionis attēditur.[Exceptio-
nes & replicationes . ] exceptio proponitur ex parte eius , contra
quem fit inquiſitio,replicatio ex parte illius , qui inquiſitionem
impetrauit,& proſequitur argum.j̄.eod.cap.fin.§.primo. reſpon.
primo vel vbi nullus proſequitur ex parte inquirentis . argum. ſ̄.
de appel.cum ſpeciali.§.primo.reſpon.primo . & ver. primo. ſed
excuſationes admittuntur.ſ̄.eo.cum dilecti.§.primo.ver.quoniā.
[Legitime]per exceptionem &c.vt j̄.ver.ij.puta non eſt probata
infamia,& proceſſum eſt ad inquiſitionem veritatis. ſ̄.eod.cum
oporteat.§.fi.reſpon.j.Vel ſi videatur probata, non fuerunt teſtes
diligenter interrogati ſecundum interrogatoria. argumen. in eo
quod legitur,& notatur.ſ̄.eo.cap.primo.verſi.debet. nam ſi inter
rogetur,de quo eſt infamatus , debet inquiſitor ſpecificare, & iń-
quiſitus reſpondere de tali crimine ipſum ſpecialiter exprimen-
do,vt patet in eo,quod legitur.& notatur.ſ̄.eo.reſpon.primo.ver.
legitur.& apud quos ipſos ſpecificādo.vt ex hoc appareat , an ſint
maliuoli,& maledici,vnde procedi non debet. ſ̄.reſpon. primo.
ver.ex quibus.vel boni & graues, & ſic proceditur. j̄.eod.inquiſi-
tionis.in fi.ſed contra impetrantem inquiſitionem , vel denun-
tiantem,exceptiones competunt, & contra formam proceſſus ,
quæ variæ & multæ ſunt,ſicut poteſt colligi ex eo, quod hic legi-
tur , & no.& ſ̄..eo.ad petitionem.§.fi.& c.inquiſitionis.& c.cum
dilectus.& c.cum oporteat . & quaſi per totum.[ Admittendæ. ]
ratione per ſuppreſſionem &c.vt ſequitur.[Ne per ſuppreſſionē]
ver.[infamandi]nam ſi teſtis ſciret, ꝙ nomen ſuum non trade-
retur,audatius infamaret.ar.ſ̄.eo.inquiſitionis.§.j.ver.j.& ver.nec
ad petitionem.[Per exceptionum]ver.[Falſum] nam ſi ſciret te-
ſtis,ꝙ non poſſet de falſo redargui,audatius deieraret. arg.ſ̄.de te-
ſti.ex tenore.& c.præſentium.& de proba.licet. §.j.& ii. [Præbea-
tur]ex his quæ dicta ſunt.ſ̄.eo.reſpon.j.ver.ex quibus.& ver.debet.
& §.i.ver.ſed cum ſuper exceſſibus.patet,ꝙ ex quo fama ad aures
ſuperioris peruenit,debet inquirere contra infamatum , & ex his
concludit ad corrigendos itaque &c. vt ſequitur. ¶[Ad corrigen-
dos itaque]iiij. pars. in qua agitur de modis diuerſis , ſecundum
quos contra crimino ſos procedi poteſt . [Aſſurgere. ] in mente,
vt non corrumpatur,non torpeat,non tepeſcat,& ad locum de-
ſcendere corpore.ſ̄.e.reſpon.primo.ver.in Geneſi. & cap.cum di-
lecti.reſpon.j.ad fi.& ſic aſſurgit,vt hic,& deſcendit vt ibi,nec ſūt
hæc contraria,ſed diuerſa.ſ̄.de his quæ fiunt a præla.cum apoſto
lica.§.authoritates.[Damnabilius.]vt patet.ſ̄.de ſtatu monacho.
cum ad monaſterium.§.abbas.& ſequentib.ſ̄.de offic.ord.irrefra
gabili.j̄.de ſimo.licet Hely.ſicut ergo non debet inquirere, niſi ad
ipſum primo fama perueniat, ſic ex quo fama peruenit,non de-
bet eſſe negligens,vel remiſſus,vt hic patet.&.ſ̄.e. reſpon. primo.
ver.ex quibus.& §.j.ver.ſed cum ſuper exceſſibus. [Contra quos]
ver.ſ.ſubditos excedentes,ſiue delinquentes.[ Taceatur]præoccu-
patio eſt,tacendo enim exprimit quartum modum. ſ. quādo de
notoriis agitur,in quorum examinatione nullus ordo ſeruatur .
ſ̄.de iureiur.ad noſtram.iii.ſ̄.eo.euidentia.ſic ſ̄.de offic. ordi.inter
19 cætera.§.i.ibi ne dicamus &c.[Et ſi tribus modis.]†In curia Ro
a mana agitur de crimine duobus modis.ſ.per modum iuſtitiæ, &
per modum gratiæ,per modum iuſtitiæ ſex modis.Primo p mo
dum punitionis ex officio,vt in notoriis,vt in pręceden.gl.Secun
do per modum accuſationis . Tertio per modum denuntiatio-
nis.Quarto per modum inquiſitionis,& hi ſunt iſti tres modi,de
quibus hic ſequitur.Quinto per modum exceptionis.ſ̄. eo.ſuper
his.Sexto per modum actionis,vt ibi no.& ſ̄.de iureiuran. quere
lam.ſ̄.de reſcrip.c.ii.Per modum vero gratiæ multis modis . Pri-
mo per modum prouiſionis.ſ̄.eod.ad petitionem.§.cum igitur.
Secundo per modum compoſitionis & diuiſionis,compoſita ve-
ra,diuiſa falſa; nam quandoque accidit, ꝙ diuerſi proceſſus ſecū-
dum diuerſos modos & in diuerſis inſtantiis habiti ſunt contra
aliquem,quorum neuter ſufficiat ad condemnationem . Ex his
tamen omnibus quicquid contra criminoſum faciunt , recolli-
gunt,quæ ſimul collecta ad condemnationem eis ſufficiunt , &
ſic puniunt criminoſum,& quando ſic affectant procedere,dul-
cis eis hæc mixtura bonorum.pro quibus eſt argumen. xii. diſt.
nouit.Inſti.de rerum diu.§. ꝙ ſi partim . & §. ꝙ ſi duorum mate-
rię.& quia reipublicæ intereſt ne maleficia remaneant impuni-
ta.j̄.de ſenten.excommun.vt famæ.cum ſuis concordan. Sed cō
20 tra ipſos eſt,quia†probatio vnius modi agendi non facit fidem
in alio modo agendi,vel ſuper alio articulo.ſ̄. de teſti. veniens.ii.
§.j.ver.quo audito.& §.nos igitur.& quòd res inter alios acta &c.
ſ̄.de re iud.cap.penult.in prin.cum ſuis concordan.& quod time
ri poteſt,ne per leue compendium &c.j̄.eo.ver. ne per leue.& ꝙ
ſecundum formam iudicii ſententia eſt dictāda,vt legitur, & no-
tatur.j̄.eo.ver.illo ſemper . Tertio per modum procedentem ex
quibuſdam,ſed ex quibus forſan neſcio energiis latentibus, ſicut
21 †dicitur obligatio contrahi,ex diuerſis figuris cauſarum.ff.de ac.
& obl.l.j.reſpon.primo.forſan autem timor,vel pretium, amor ,
vel odium, veritatis turbat iudicium in pleriſque extra. dom.no.
de re iudi.cum ęterni lib.vi.Quarto ſi quid opponatur totum de
letur per modum plenitudinis poteſtatis . ſ̄. de vſu pal. ad hono-
rem.ſ̄.de elec.illa.qua dum quis nimis gloriatur, & ſe ſupra extol
litur ſubditos grauando & opprimendo , & iura & iuſtitiam paſ-
ſim & indifferenter peruertendo labitur hæc poteſtas in plenitu-
dinem poteſtatis.Ad quam tamen ſi ex cauſa recurſus habeatur,
& ea vtatur quis ſeruiendo Deo,& reipublicæ , ac neceſſitatibus
eccleſiarum,necnon oppreſſis & debilibus prouidendo,fulcimē
tum eſt veritatis & æquitatis,quæ ſubtilitati pernitioſæ ſunt meri
to præferendæ,vt no.ſ̄.e.ad petitionem.§.cum igitur. ver.primo.
& reſpon.primo.& ſ̄.de voto.magnæ.§.primo.Ad hoc etiam ſpe
ctat quod legitur.ii.Corint.c. Nam etiam ſi amplius aliquid glo
riatus fuero de poteſtate noſtra quam dederit nobis dominus in
ædificationem,& non in deſtructionem. [Per accuſationem . ]
Primus modus [Denuntiationem] Secundus modus. [Inquiſi-
tionem[Tertius modus.[Cautela.] circa formam diuerſam di-
uerſorum modorum diligenter ſeruandam.vt ſequitur.j̄. nec p̄-
tendat iudex, ꝙ velit nimis abbreuiare lites.ff.ſi certum petat.qui
dam.ſ̄.de dolo & contu.finem.ne forte &c.[Ne forte] ver. [Cō-
pendium]Leue compendium vocat peruerſum & præcipitatū
iudicium leuis iudicis, graue vero diſpendium pœnam authori-
tate talis proceſſus inflictam.argumen.ſ̄.eod. qualiter. & de hoc
notatur extra dominum noſtrum.de reſcrip.diſpendia.[Sicut ac
cuſationem]ver. [Legitima.i] vt ſcilicet accuſator idoneus ſit ac
legitimus.ſ̄.eod.cap.primo.libellus.legitime formatus.ii.q.viii.li-
bellorum.ſecundum quod no.ſ̄.de procurato.tuæ. & coram ſuo
iudice oblatus.ſ̄.de libel.ob.cap.primo. ſ̄.de iud.at ſi clerici.[In-
ſcriptio ]ne quis falſo,vel malitioſe accuſetur.ſ̄ eo.§.j. verſi.vide
licet.[Sic & denuntiationem]ver.[Monitio.] ſcilicet triplex.ii.q.
j.ſi peccauerit.alioquin repellitur denūtiator.ſ̄.eo.cum dilectus .
ver.vel pręfatam.& ſequen.de qua materia dic,vt plene. not.ſ̄.de
iud.nouit.reſpon.primo.ver.ſed cum dominus.& ſequen.[Et in-
quiſitionem]ver.[Inſinuatio.]infamię.ſcilicet,vt legitur,& nota
tur.ſ̄.eo.cap.reſpon.primo.ver.ex quibus.[Illo ſemper]ver.[Iuxta
22 formam iuditii].i.petitionis & modum procedendi,nam†de cri
mine agi poteſt ciuiliter ad pecuniam.C.quando ciuil.ac.cri pre
iud.l.vnica.C.de fal.l.fi.vel ad hoc , vt quis remoueatur a benefi-
cio.ſ̄.de iureiuran.querelam.& ſic poteſt intelligi.ſ̄ eo.accedens.
§.deinde.& in his caſibus, vel ſimilibus non eſt neceſſaria inſcri-
ptio,vt patet.ſ̄.eo.ſuper his.& quando quis agit ciuiliter , conſe-
quitur agens proprium intereſſe , & quandoque ęſtimationem
iniurię,vt legitur,& no.j̄.de iniur. olim. quia actio aſt ius proſe-
quendi,quod ſibi debetur.Inſti.de act.in princ.Excipitur accuſa-
tio popularis,vbi non conſequitur quis proprium intereſſe,quan
do de iure publico agitur : nam & quandoque priuatum conti-
net intereſſe.vt patet.ff.de popul.act.per totum. ff.de procurator.
licet.& l.mutus.§.in popularibus . & l. non cogendus. §. quinta .
Quando vero de crimine in modum accuſationis conuincitur
aliquis,ſi pœna certa inueniatur ſiue corporalis ſit , ſiue dignita-
tis remotio,vel famę lęſio illa imponitur.C.qui accuſa.poſſ.non
ignorat.& l.de crimine.& l.penulti.non durior.nec mollior.alio
quin arbitraria erit,vt patet in eo,quod legitur,& notatur . ſupra
de officio delegati.de cauſis . ſupra de tranſactionib. capitu. fina.
23 †Quot autem ſint pœnarum ſpecies, & quibus , & a quibus , &
quando ſint pœnæ inferendæ,dic,vt notatur in Summa de pœ-
nis.§.quot ſint.& §.quę quibus.& §.quando. Si vero in modum
inquiſitionis agitur, & graue ſit crimen ab adminiſtratione con-
uictus remouetur,niſi miſericorditer agatur.Sed & ſi tātum ſit ,
ꝙ poſt pœnitentiam executionem impediat, ac ſi accuſatus fuiſ
ſet proceditur,quod dic,vt legitur , & notatur. ſupra eod. reſpon.
primo.ver.debet.& §.primo.ver.ſed cum ſuper exceſſibus.& cap.
inquiſitionis.reſpon.primo.ver.in quo.& ſequen.In denuntiatio
ne.etiam ſecundum quod diuerſimode fieri poteſt,& natura di-
uerſa eſt diuerſæ ſententię formabuntur, ſi enim ſit euangelica ,
pœnitentia iniungetur.ſi iuditialis, ad ſatisfactionem condēna-
bitur,ſi canonica,pœna debita infligetur,vel peccatum fieri inhi
bebitur,vel aliter, ſecundum quod requiret denuntiationis mo-
dus,ſententiabitur;quod dic,vt legitur.& notatur . ſupra de iudi.
nouit.reſpon.primo.verſic.ſed cum dominus. & ſequen. Sinau-
tem in modum exceptionis proponatur actus ille, contra quem
opponitur,impediretur,ſiue ſit accuſatio vel teſtimonium, ſiue
adeptio beneficii , vel ordinum , vel quiuis alius , & quandoque
etiam priuatur iure iam adepto is.contra quem crimen etiam in
modum exceptionis probatur,vt patet in eo,quod legitur, & no.
ſ̄.eod.ca.proxi.& ca.ſuper his.Proceſſum autem Romanæ curię
per modum gratiæ,cum de iuſtitia agitur,non proſequor ; quia
aut totus pendet ex propria voluntate , & tunc male , aut ex ra-
tionabili ęquitate,& tunc bene,vt patet in eo,quod n.ſ̄.e.ver.cō-
tra

ADDITIO.

a ¶No.hic quomodo in curia Romana extra modos poſitos in c.qualiter. ii. duob. modis agitur contra illum,contra quem inquiritur,videlicet iuſtitiæ & gratiæ.vide hic.

tra quos.ſuper verbo,& ſi tribus modis.Sic ergo ſecundum mo-
dum proceſſus & modum agendi, & naturam ac formam peti-
tionis,ſententia eſt formanda, vt patet hic.& infra de ſimonia.
licet Helv.§.primo.in fine.ſ.de ordi.cog.cum dilectus.§. fin.ſ.de
cauſa poſſ.capit. fina. ſ. de fide inſtrumen. inter dilectos. §.cęte-
rum.ibi ex forma petitionis.ſ.de exceptionibus.cap.primo.§.fi.ſ.
de reg.ſicut nobis.reſpon.j.ibi petiit & accepit.ff. communi di.vt
fundus.C.de fideicom.liber.l fi.rñ.j.ad fi.vnde & ſi inepta ſit peti-
tio,erit reus ab inſtantia iudicii abſoluendus,quod dic, vt legi. &
& no.ſ.de iud.examinata.¶[Hunc tamen ordinem]v.pars.ſ.ꝙ in
ſuperiorib.cōtinetur a principio huius canonis vſque hic.[ Con
tra regulares.]&c.[Vſquequaque] .i.ita ad vnguem quo ad ſubti
litatem licet non ſit veritas omittenda, ſed & quando agitur de
diſciplina regulæ,non eſt curandum, nec quærendum de fama,
nec de aliis,quæ continentur.ſ.eo.§ debet. ſed ſufficit proclama-
tio in capitulo facta,quod dic,vt leg.& no.ſ.eo.ca.reſpon.j.ver.ex
quibus.ſuper ver.peruenerit.in ver. gl.ſi autem contra religioſū.
& c.ad petitionem.§.fi.& ſ.de regula.c.fi. [Quæ.] ſcilicet regula-
res perſonę. [Facilius.] quia & leuiores cauſæ & leuiores proba-
tiones ſufficiunt.[Et liberius.]quia. nec tot exceptiones recipiun
tur,nec ita ad vnguem cogitur ſuperior ſeruare formam, vt no.
in præced.gl.[Amoueri]ſi.j.de ſimonia.pecunias.in fi.ſ.de appel.
24 quia nos.& c.cum ſpeciali.vbi de hoc.& no.hic ar.† ꝙ dignior eſt
cetus clericorum,quam monachorum.xvi.q.j.legi.

*SVMMARIVM.*

1 *Monachi debent de triennio in triennium prouincialia capitula celebrare.*
2 *Epiſcopi debent annuatim ſinodos ſuas in ſuis parochijs celebrare.*
3 *Iura habere in ciuitate Parum eſt, niſi ſit qui ea reddat, & regat.*
4 *Viſitatores ſunt quaſi teſtes ſinodales.*
5 *Perſonæ idoneę,quę dicantur.*
6 *Viſitatores vbi procurantur & a quibus.& quibus ſtipendiis.*
7 *Archiepiſcopus poteſt ſi voluerit,annis ſingulis prouinciam ſuam viſitare.*
8 *Viſitatoribus minus creditur,quam alijs officialibus.*
9 *Viſitatores an plures admittuntur in anno.*

## CAP. XXV.

1 SIcut olim. Inſtitutum.xviii.diſt. quoniā qui
dē.[Singulis annis.] Sicut & † mo
nachi debent de triennio in triennium prouincialia
capitula celebrare.ſ. de ſtatu monacho. in ſingulis.
& c.ea quæ.hoc tamen pauci Metropolitani ſeruant,quia aliqui
nunquam iſtud concilium celebrant. Alii vix ſemel in vita ſua,
& qui melius faciunt,conſueuerunt hoc de biennio in bienniū
celebrare,quod & comprobatur.xviii.diſt. propter eccleſiaſticas.
ii.& tamen etiam ſecundum. l.ſemel aut ſecundo.alias ſępius eſt
per annos ſingulos conuocandum,vt in Auth.de ſanc. epiſ. §.vt
2 autem omnis eccleſiaſticus ſtatus.coll.ix.ſed & epiſcopi † debent
annuatim ſinodos ſuas in ſuis parochiis celebrare.j.e.§.j.verſic.fi.
[Suffraganeis.]& aliis ad conſilium conuenientibus,vt innuitur
j.e.§.j.ver.quæ per totum.[In quibus.]ver.ſ.conciliis.[Tractatū]
vt in iuribus ſuperius allegatis.& ſ.de præben.graue.[Canonicas
regulas] ver. In hoc generali concilio ſpecialiter promulgatas,
quæ ſparſæ ſub diuerſis titulis huius libri, vt patet.ſ. in primo
libro de ſumma Trini.c.j.& ii.ſ.de reſcrip. nonnulli. ſ.de elec.ne
pro defectu.& c.quia propter.c.quiſquis.& ca.nihil.ſ. de renunt.
quidam cedendi.de ætate & quali.cum ſit.de offi.ord.irrefragabi-
li.& duobus cap.ſequent.de pac.plerique.& de arbit.contingit.Et
ſ.in ſecundo libro.de reſtit.ſpolia.ſæpe. & de dolo & contu.con-
tingit.de proba. quoniam contra falſam.de teſti. licet ex quadā.
de præſcrip.cap. fin.de appel.vt debitus.& duobus cap. ſequenti.
& ſ.in tertio libro de vita & hone.cleri.vt clericorum.& duobus
capit.ſequen. de præben.de multa. & tribus capit.ſequen.de deci-
mis.in aliquibus.& duobus cap.ſequen.de ſtatu monacho.in ſin-
gulis.de relig.do.ca.fin.de cenſibus.procuratores.de celebr.miſſa.
dolentes.de custo.Euchariſtiæ.cap.j.& ii.de immunita. eccle. ad-
uerſus.& cap.ſequen.ne cleri.vel mona.ſententiam.& ſ.in quar-
to libro.de clan.deſpon. cum inhibitio.& de conſan. non debet.
& in hoc quinto.vt hic & ſ.cap.proximo.j.de ſimonia.ſicut pro
certo.& tribus cap.ſequen.& de magiſtris : quia nonnulli.de iu-
dæis.in nonnullis.& duobus cap.ſequen.de hæreticis.excommu
nicamus.de vſuris.quanto amplius.de exceſſ.præl. accedentibus.
de priuil.antiqua.& duobus cap.ſequen.de pœnis.in quibuſdam.
de pœnit.& remiſ.omnis.& duobus capit. ſequen. de ſentent.ex-
communi.ſacro. Hos autem concordantes, vel ſequentes non
reputes ſuperfluas,quia vitæ humanę regulam continent, quæ &
omnes aſtringit.ſ.de conſtitu.cap.primo.& capit.ne innitaris. &
cap. fin. Sed & periculoſum eſt vnicuique regulam, ſecundum
quam tenetur viuere,ignorare,nec ſufficit etiam religioſis ſuam
ſpecialem ſeruare, ſi hanc offendant.Quinimmo & ſi quandoq;
te contingat intereſſe conciliis,& neſcit Metropolitanus quid ꝑ-
ferre debeat,ſicut plerunque vidi:poteris ei per has concordan.ex
quibus ſtatuta ſua eliciat,multipliciter ſubuenire. Alias etiam re
gulas canonicas poteſt addere morales vt vtiles, quas reperies.ſ.
de maio.& obe.ſtatuimus.& de fer.cap.fin.de teſti.teſtimonium.
de tempo. ord.c.fi.de iureiuran. cum contingat.& cap.multi.&
de his quæ fiunt a pręla.nouit.& cap.quanto.& cap.fin. & de his
quæ fiunt a maio.par.ca.c.fi.& de reb.eccl.non alie.ſi quis presbi
terorum.& de ſolu.c.ii.& de dona.apoſtolicæ.& de pecul.clerico.
per totum.& de teſtamentis.cum in officiis.& cap. officii.requiſi
ſti.tua.& c.penult.& fi.& de ſepul.cap.penult.& fi. & de patro.vt
dominicis.& de regularibus.ſtatuimus.& cap.ſequen. & de con.
uer.coniuga.vxoratus.& cap.gaudemus.& de voto.cap.primo.&
de capel.mona.cap.penult.& fin. de iure patro. poſtulaſti. & de
cenſi.cum Apoſtolus.& cap.cum canonicis. & c.olim. & de iu-
reiuran.quanto.& de conſecra.eccle.aqua.& de celebra.miſſa. te
referente.& duobus capit.ſequen.& capit.primo.& de baptiſmo.
c.j.& ij.& de venera. ſanctorum.& de obſeruat.ieiunio.c.ii. & iii.
& cap.ſequen.de eccle ædifi.cap.i.ii.& iii.& iiii.& fi.de immun.ec
cle.inter alia. & cap.penulti.& fi.ne cleri.vel mona. capit.primo.
& fi.& cap.clericis.de ſpon.Gemma.& duob. cap. ſequen. & cap.
tua.de deſponſa.impub.de illis.& cap.atteſtationes.& capit.fin.&
de condi.appo.c.fi.& de eo qui duxit in ma.cap. fin. & de cogna.
ſpiritu.Martinus. & ca.contracto.& de cogna.lega.c.vnico. & de
frigid.laudabilem & de ſecundis nup.cap.i.ii & iii. j.de ſimonia.
Iacobus.& c.fi.& ne præla.vices ſuas.querelam.& de homicidio.
poſtulaſti.ſ.de tempo.ord.ad aures.j.de cleri.vena.capit j. & ii.de
maledicis.cap ii.[Relegentes.] iterationem & attentationem le-
ctionis notare voluit.quando dixit relegētes,ſubaudi ad hoc &c.
3 [Vt eas &c.] quia † parum eſt iura habere in ciuitate, niſi ſit, qui
ea reddat,& regat.ff.de origine iuris.l.ii. § poſt originem. [Debi-
tam.] ſcilicet ſcriptam, ſi reperiatur, alioquin arbitrariam.ſ.de
traniac.cap.fin.& notatur.ſ.cap.proxi.§.fin. verſi.fi. ¶[Vt autem]
ii.pars [Diœceſes.] Hoc ſumi videtur ex eo, quod legitur,& not.
lxxx.diſt.non debere.[Statuant.]ſcilicet concilio præſidentes.ſi.ſ.
de ſta.mona.in ſingulis. §.ordinentur. Alii autem intelligunt, ꝙ
hoc debent facere ſinguli epiſcopi. xxxv. q. vi. epiſcopus in ſino-
do.Vel dic,ꝙ alii ſunt hii,quam illi. & ꝙ primi ſtatui debent, &
ſecundum hoc plures & diuerſę perſonæ ſunt ad idem primi &
ſecundi officium admittendę,ſicut & admittuntur ad viſitandū,
quod dic vt legitur,& no.ſ.de ſtatu mona.in ſingulis. §. corrigi.
& cap.ea quæ.§.ſequentes. & de offic.archid.mandamus.& ſunt
4 iſti † quaſi teſtes ſinodales nullam iuriſdictionem habentes.vt ſe
quitur,ſed circuibunt parochias,& conſilio futuro referent, quæ
viderint,vel audierint corrigenda, & vocantur viſitatores. lxxx.
diſt.non debere.ſ.de teſti.co.præterea.xxxv.q.vi.epiſcopus in ſino
5 do.[idoneas,prouideas]&c. Not.hic † quę dicantur perſonę ido-
neæ.ſi.ſ.cap.proxi.reſpon.primo.ver.ex quibus. Requiritur autē,
ꝙ ſint prouidæ,vt procul videant,& de notoriis & manifeſtis tan
tum de plano interrogando ſeniores & honeſtiores inueſtigēt,
nec in aliquo excedant.vt j.ver.j.Itē requiritur,ꝙ ſint honeſtæ,ne
corruptę aliquem falſo infament, vel deferant.ar. j.de ſimo.ne-
mo.ſed & melius eſt,ꝙ ſint de eadem diœceſi, quā de extranea.
ar.ſ.de elec.quia propter.ibi tres de collegio fidedigni. nam talie
ni regni non conuenit ſcrutari archana. C. de commertiis &
merca.l.iiii.poſt prin.& quia pſumptio eſt ꝙ citius percipiant ve
ritatem.ar ſ.de pręſum.quoſdam.& c.quanto ſ.de teſti.veniens.
ii ad fin.& ideo ſunt aliis præferendi.xxxv.q.vi.capitu.i.& ii.ſ.qui
6 ma. ac. poſſ. videtur. Procurabuntur † autem iſti a parochiis,ad
quos accedent,nec coguntur propriis ſtipendiis militare.ſ.de prę
ſcrip.cum ex officii.xxviii.q.j.iam nunc. nec officium ſuum de-
bet eis eſſe damnoſum.arg.4.q.3.§.venturis arg. contra.quia epi-
ſcopus eos procurare tenetur.ar.xxiij.q.j.militare. ſ.de cenſibus.
procurationes.reſpon.j.& videtur expreſſum.ſ.de offi.ord.inter cę
teras.Sol.Primis concor.ſtandum eſt.ſumptus tamen debent fa-
cere moderatos, quia tales petere poſſunt, & non graues etiam
epiſcopi.ſ.de cenſibus.cum Apoſtolus.§.i.in fi. ſecūdum Io. Nec
obſtant contraria,reſponde enim,& intellige,vt no.ſ.de offi.ord.
inter cætera. Quid ſi eccleſię nolunt talibus prouidere? Reſpon.
non poſſunt tales aliquem coercere cum iuriſdictione careant,
vt ſequitur,ſed debent hoc referre epiſcopo.arg. ſ.de offic. archi-
dia.cap.fin.reſpon.j.ver.j.vt ipſos coerceat,quia ſaltem ad hoſpita
litatem tenentur,vt legitur,& notatur.ſ.de contrahen. emp. c.j.
[Quę]ver.ſcilicet perſonę ſic ſtatutæ & electæ.[Per totum annū]
quia non durat vltra officium,& ideo ſunt aliæ eligendę, vt om-
nis ſuſpitio euitetur. [ Simpliciter & de plano. ] aliter ſumuntur
hęc verba.j.cap.proximo.reſpon.primo.ver.in negotio. [Iuriſdi-
ctione.]condemnationis,correctionis,coertionis, iudicialis cita
tionis. Alioquin poſſet eis reſponderi ingreſſus vt aduena, nun-
quid vt iudices nos.iii.quęſtione.vj.leges. Sed nunquid debent eſ-
ſe iurati? De hoc nihil dicitur in litera, ſed ſufficit, quòd ſint
prouidi & honeſti, vt prędixit, & tales quibus merito ſit cre-
dendum ſuper his, quę referrent, vt ſequitur; ſed & ſi iura-
mentum exigatur, quando conſtituuntur, non eſt impro-
bandum



bandum,arg.xxxv.q.vj.epiſcopus in ſynodo.& hoc etiam innui-
tur.ſ.de teſti.co.pręterea.[Fideliter]plene & mere ſecundum qđ
inuenerint,arg.ſ c.qualiter. ij. ad ti.[Ad Metropolitanum.]Sed
contra: quia primo denunciandum eſt epiſcopo ab archidiaco
no.xxv.diſt.perlectis.ſ.de offi archi.c.j.in fi. & ſi epiſcopus negli-
gens eſt,tunc deinde ad archiepiſcopum ſpectat correctio,& nō
ante.ix.q.iii.cum ſimus.& c.conqueſtus.& §.fi.& ſic cōfunditur
hic ordo eccleſiaſticus.xj.q.j.peruenit.Sol. Hoc ipſo apparet ne-
gligentia epiſcopi,ꝙ non citius peruenit ad concilium correctio
delinquentium,quam culpa xviii.diſt.peruenit.xxvij.q.j.ſi cuſtos
& c.ſi homo.Præterea iſti ſolam famam referunt, & ad denun-
tiationem ſuam poterit Metropolitanus deſcendere, & viſitare.
in quo ſecundum Io.videtur diminuta iuriſdictio Metropolita-
ni:quia olim poterat deſcendere,& inquirere, an epiſcopi negli-
gentes eſſent,& ſic poteſt intelligi.ſ.de cenſi.ſopitæ.ſ. de pręſcri.
cum ex officij.Hodie vero non poteſt,niſi primo per alios refera
tur,ſecundum quod hic ſtatuitur,alioquin eſſet oneroſum & ſu
perfluum hoc ſtatutum.ſecundum Io.Imo certe vtile & neceſ-
ſarium:quia multa poſſunt iſti perpendere,videre, & ſcire, quæ
archiepiſcopus non perpenderet in tranſcurſu. Sed nec archiepi
ſcopus,ſemper viſitat annuatim, quare non eſt ſentiendum, ꝙ
7 archiepiſcopo,vel alij in aliquo detrahatur.† Poteſt etiam archi-
epiſcopus prouinciam ſuam annis ſingulis, ſi voluerit, viſitare,
ſeruata tamen forma,de qua legitur,& no.extra.d.n.de cenſibus.
Romana.lib.vj.Præterea tota iſta gl.videtur hic ſuperflua, qa hic
non loquitur de archiepiſcopo viſitante, imo nec de ſolo archi-
epiſcopo, ſed de ipſo & alijs in concilio præſentibus, & certum
eſt,ꝙ prouinciale concilium delicta non ſolum ſuffraganeorū,
ſed etiam ſubditorum examinat,& compeſcit, vt hic patet, & ſ.
de præben.graue.& xviii.diſt.propter eccleſiaſticas.& quaſi per to
8 tum.Iſtis autem † viſitatoribus minus creditur, quam alijs offi-
cialibus;nam alijs creditur,quouſque de contrario conſtet.iiii.q.
iiii.§.aliquando.ff.de off.pr.efec.vr.l.j.ante fi.& ver.& ſane.ſ.de ap
pel.cum parati.vbi de hoc,arg.ff.de rebus eorum qui ſub tu.ſunt
magis puto.§.illud.ff.de cuſto.reo. dignus. hoc ideo, quia iſti fa-
mam ſolum referunt,nec ſunt iurati. Alij vero nō ſolum famā,
ſed veritatem facti referunt,& iurati ſunt.ſecundum Io. Quicqd
tamen dicat in notorijs creditur his,& illis in quibus aſſiſtere de-
bent iudici.ff.ad Turpi.ab accuſatione.§.denunciatores.& in qui
bus ſine inſcriptione admittuntur.iiii.q.iiii.§.aliquando. C.e.tit.
ea quidem.Si vero crimina non ſunt notoria, non creditur vni
officiali,niſi probentur.C.e.tit.ſinguli.Iuratis autem, ex quo plu-
res ſunt,creditur,niſi reprobentur.ſ.de teſt.co.præterea. & ab his
poteſt iuramentum exigi,ſicut & ab illis,& ſi iurati ſint,creditur
his,vt & illis,quia eadem ratio eſt.Sed nec iſtorum viſitatio ceſ-
9 ſat propter aliorum viſitationem,nec ipſam impedit, imo † plu
res viſitatores admittuntur in anno,& eſt ratio,vt no.ſ. de offic.
archipresbi.c.fi.reſpon.i.[Et quæ ſtatuerint.]ver.[Obſeruari.]i.ſ.
eo.c.reſpon.j.ad fi.[Publicaturi ea]ſcilicet ſtatuta, ne quis valeat
ignorantiam allegare.j.de iudæis.ita quorundam.§. fi. [Annua-
tim]Debet ergo epiſcopus ſynodum ſuam tenere annis ſingulis.
ſicut & archiepiſcopus conſilium ſ.eo.c.in prin.¶[Quiſquis.]iii.
pars.[Suſpendatur.]Non eſt ergo pœna latæ ſententiæ,ſed feren
dę,quod bene expedit.nam & ſi omnes negligentes ſuſpenderen
tur,pauci poſſent exequi,quod incumbit.

*SVMMARIVM.*

1 *Negotium inceptum dicitur,quando eſt facta citatio.*
2 *Iudice pro tribunali ſedente inter ſeculares magis de pleno, quam de plano procceditur.*
3 *De plano procedere,eſt ſibi nullam iuriſdictionem vſurpare.*
4 *Inquiſitionem proſequi plures an poſſint.*

## CAP. XXVI.

OLim.I.V.& P. [Monachi ordinis Tiro
neñ.] No. ī reſcriptis de
ordine debere fieri mentionem,quod dic,vt nota.ſ.
de reſcr.cum ordinem [Relaxatis.]quia per eos me
lius quam per alios poterit veritas inueniri.& ſic.ſ.de reſt.veniēs.
ij.§.fi.ſ.de excep.apoſtolicę.ad fi.& credetur iſtis relaxatis ſenten-
tijs, niſi poſſint per alias exceptiones remoueri.j.de ſimo. ꝑ tuas.
ſ.de re iudi.cum.I.& A.nec eſt iſtud quod hic dicitur ſecundum.
d.n.gratia,imo ius commune,q.d.hoc poteſt facere delegatus,&
ſi in reſcripto non contineatur : quia cui committitur princi-
pale,& acceſſorium.ſ.de offi.deleg prudentiam.§.pen. & fi.ſerua
ta tamen forma,quæ ibi legitur,& notatur [Suſpēſionum.] No.
ꝙ ſicut excommunicatus non poteſt ferre teſtimonium,ſic nec
ſuſpenſus,vt hic dicit,& in concordan.ſ.ſigna.quod eſt intelligē-
dum de ſuſpenſo ab homine.ſecundum ea quæ no. ſ.de conſue
tudine.cum dilectus.§.quia nobis.j.de cle.excom.mi.ſi celebrar
[Quoſcunque]ſcilicet ordinarios,vel extraordinarios.ſ.de proba
1 tionibus.quoniā contra falſam.[Poſt inceptum.]Et dicitur † hic
inceptum negotium,ex quo citatio facta fuit,vt ſ.de offi.delega.
gratum.& c.licet.Quinimo & ex quo ſciuit abbas inquiſitionem
commiſſam,argu.ſ.de appellationibus. meminimus.& c.ſugge-
ſtum. Imo etiam & poſtquam appellauerunt contra abbatem,
ſi tamen appellaſſent,vel etiam propter inquiſitionem impetrā-
dam iter arripuiſſent ad ſedem apoſtolicam veniendi,vt patet in
eo,quod legitur,& no.ſ.de app.de priore.& c.dilecti.j. & per hoc
patet,ꝙ minus bene ſenſerunt,qui ſcripſerunt,ꝙ non intelligitur
lis pendere,niſi demum ipſa conteſtata,per id quod legitur. j. de
verb.ſignifi.ex parte.ij.quia licet non dicatur lis mota,niſi per li-
tis conteſtationem,vt ibi dicitur,tamen cępta & pendens per ſu
pradictos modos,& ſi conteſtatio non ſit facta, vt præmiſi. Hic
enim non poterat lis conteſtari : quia non erat cum quo, cum
in modum inquiſitionis ageretur vt patet.ſ. vt lite non conteſt.
quoniam. §. ſunt & alij. & tamen dicitur inceptum negotium,
vt hic,quo pendente nihil eſt innouandum prout legitur, & no.
ſ.vt li.pen.c.j.ſ.de iure patro.ex literis.Et eſt arg.ꝙ cauſa cępta in-
ter prælatum & ſubditos intelligitur eſſe ſuſpenſa iuriſdictio prę
lati,ac ſi eſſet appellatum ab eo.ſ.eo.cum dilectus.& totum iudi
cium ad ſuperiorem coram quo litigatur, intelligitur eſſe dela-
tum;vnde ſi procedat inferior pendente tali iudicio, iniuriam vi
detur facere ſuperiori,arg.ij.q.j.nomen. & ideo ſuperior quicqd
per inferiorem,qui ex odio procedere præſumitur,pendente ne-
gotio attentatum fuerit,reuocabit,vt hic dicit.Sed contra, quia
ſubditi nihilominus de iuriſdictione inferioris remanent vſque
ad finem litis.viii.q.iiii.nonne,ar.xviii.q.fi.c.fi.& ſub eius obediē-
tia,quam ſi non exhibent per inquiſitores compelli poſſunt, vt
patet.j.e §.prouiſo.& ſi inquiſitores negligētes eſſent,ipſemet in-
ferior ipſos compellere poſſet,arg.ſ.de offi.ordi.c. ſignificauit. ſ.
de offi.deleg.prudentiam.§.pen.& fi.alias ſolueretur obedientia,
quod eſſe non debet,& pro hoc facit,quod ſequitur. j. verſi.j.ibi
contra iuſtitiam ſpoliauit.Sed breuiter dicendum eſt,ꝙ iudex in
ferior pendente negotio coram ſuperiore ſuper articulo penden
te,vel ex eo ſiue eius occaſione dependente, vel ad impedimen-
tum ipſius nihil debet innouare. vt hic dicit. & ſ. probatum eſt.
ſuper alijs autem indiſtincte procedet, niſi forſan occaſione ſic
pendentis negotij,vel alias legitime fuerit recuſatus,vt patet in eo
quod legitur,& no ſ.eo.cum dilectus.§.vnico.ſ.de appel. ad hæc
ſi in vna cauſa. [Negotium] ſcilicet inquiſitionis contra abbatē
& circa ſtatum monaſterij generaliter per monachos impetratę
vt patet.j.e.reſpon.ver.fi.§.j.in prin. & § fi. [Et adhærentes eiſdē]
ſcilicet monachis,ſic no argu. hic pro appellatione quotidiana,
quæ ſic fieri conſueuit,appello pro me & pro adhærentibus mi-
hi.ꝙ adhærentes ſicut & appellātes per appellationem huiuſmo-
di defenduntur. Et eſt ratio,quia & adhærentes appellantibus in
telligantur appellantes,vt hic innuit.& arg.ff.de rei ven. quæ reli
gioſis.& quia idem iuris eſt in connexis,& acceſſorium ſequitur
principale,& vbi eadem ratio,ibi idem ius,vt legitur, & no. ſ.de
conſtitu.tranſlato.ſi enim ita eſt in pęna.vt ſ.de off.deleg.c.j.mul
to fortius in priuilegio,vt hic, arg. ff.de lib.& poſthu.cum quidā.
[Ac eis.]ver. reſtitutis potius ex officio Papæ prouiſionis, quam
ex vi petitionis & iuris.ſecundum.d.n.Tu dic,ꝙ ex vi iuris, & ſal-
tem denuntiationis,vt patet hic.& in eo,quod legitur,& no.ſ.de
reſcriptis.cum dilecta.§.fi ff.de offi.præfec.vrb.l.i.§. quod autem.
ſalua tamen ordinis diſciplina.ſ. de regula. c. fi. & hoc intelligas
de reſtitutione clauſtri.ſed ꝙ reſtituantur ad prioratus & obediē
tias hoc petere non poſſent,ſecundum.d.n.arg.ſ de ſtatu mo.cū
ad monaſterium.§.tales.Videtur tamen poſſe dici contra,ſi poſt
inceptum negotium hoc fuerit attentatum,vt in glo.ſeq.[Con-
tra iuſtitiam]non potuit eſſe contra iuſtitiam, ſi hoc fecerit oc-
caſione inquiſitionis negotij.& ipſo pendente cum generalis eſ-
ſet inquiſitio.j eo.ver.j.& §.j.in prin.vt patet in eo,quod legitur,&
no.ſ.e.cum dilectus.§.vnico.ad fi.& ſ.e.reſpon.ſuper verbo, poſt
receptum.[In negotio.]ver.[De plano.]vt ſcilicet in nullo ſerue
tur ordo iudiciarius,ſed vt veritas ſimpliciter inquiratur, ſecun-
dum quoſdam.ar.ſ.e.qualiter.j.§.j.cum ſuis concordan. Sed.d.n.
contra,vnde ſcripſit hic de plano,ſeruata tamen forma inquiſi-
tionis.ſ.e.qualiter.ii.§.debet.& dixit ꝙ nihilominus in citationi-
bus,exceptionibus fori,& dilationis,ſpoliationis, excommunica
tionis admittendis,vel non,in litem conteſtando,iurando de ca-
lumnia,teſtium receptionibus, eorumque reprobationibus, ap-
pellationibus,& omnibus alijs,de quibus habes.ſ.de proba.quo-
niam contra falſam.eſt ordo iudiciarius obſeruandus. ſecundū.
d.n.Non eſt tamen pernicioſa ſubtilitas admittenda.ſ.de iudi.di
lecti.Sed & lite non conteſt.poſſunt teſtes recipi contumacia exi
gente.ſ.de teſti.cum olim.vt quidam dicunt.ſecundum.d.n.& ſi
cauſa ſit,quæ ſine litis conteſtatione expediatur, ſicut eſt inquiſi
tio,vt hic,& ſ.vt lit. non conteſta.quoniam. §.ſunt & alij.adhuc
multum operantur hæc verba; nam & ſi inquiſitionem impe-
trans repellatur,tamen in inquiſitione iudex ex officio procedet.
j.de ſimonia.licet Hely.In vtroque etiam caſu poteſt & debet iu
dex magis refrenare multitudinem teſtium & reprobationem,
& in omnibus alijs planius & temperantius procedere, dummo
do non faciat contra iura, & breuiter per hæc verba non debet
omitti ordo iudiciarius,ſed hæc tantum operantur,vt iudex par-
tes & aduocatos magis compeſcat a ſuperfluis & inutilibus pro-
bationi-

bationibus & allegationibus.quæ magis differũt, quam inſtruũt negotium principale. ſecundum.d.n. Alij dicunt, ꝙ ſtrepitum tam partium,quam aduocatorum refrenare,& de plano procedere, & ferias meſſium,dummodo partium non interſit,etiam ipſis contradicentibus poſtponere,& ſine libello procedere, ſine ſcriptis ſententiam ferre,& omnia alia omittere,quæ non pertinent ad rem petitam,nec impediunt veritatem:ea enim quæ ad rem petitam principaliter pertinent,ſicut ſunt teſtes,per quos ꝓbatur negotium principale,vel acceſſorie, ſicut ſunt veritatis, & calumniæ iuramentum,exceptiones fori & ſimilia, omitti non poſſunt,quia per ea peruenitur ad cognitionem veritatis in principali,ſed lite non conteſt.procedere non pertinet ad rem petitã principaliter,vel acceſſorie,cum non intereſt aduerſarij,dummodo ſciat quid petatur.ſecũdum. d.n.cui magis placuit proximus ſuperior intellectus. Tu dicas, ꝙ omnino aliter proceditur inter regulares,& ſi hæc verba appoſita non ſint, ẽt aliter inter ſeculares,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ.e.qualiter.j.reſpon.j.ver.ex quibus.ſuper verbo,peruenerit,hæc verba igitur aliquid operari de-
a bent,quod expone,[a] & dic,vt no.ſ.de ſtatu mona. c. fi.§. quod ſi abbas.& in ſequen.glo.[Strepitu]clamoſo,cui non decet tales intereſſe,vt ſequitur,& probatur.ſ.de ſindico.c.vnico.in fi.ſ.de præſcrip.c.ij.& omni ſubtilitate pernicioſa remota.ſ.de iudi. dilecti. & de dolo & contu.c.j.§.j.& ij.vnde expone qđ præcedit & abſq; &c.[Et]pro ideſt. Hic ergo de plano procedere eſt ſecundum veritatem,cauillatione,& ſubtilitatæ,ac clamore aduocatorum exploſis,vti iuriſdictione ſibi commiſſa, & cito iuſte exequi, quod mãdatur,& de plano ſine ſtrepitu.i.rigore iuris ſtricto.ĵ. de ſimo.
2 per tuas.in fi.† Inter ſeculares autem non de plano, ſed magis de pleno proceditur iudice pro tribunali ſedente.ij.q.iij.§.alias.c.præuaricator.iij.q.iij.§.ſpacium.verſi.a iudice. & probationes lucide exiguntur.v.q.vj.Epiphanium.C.de proba.l.fi. tamen inter regulares contrarium fit ſ.eo.qualiter.j.§. fi.& patet in ſeq. glo. Alias
3 autem † de plano procedere eſt ſibi nullam iuriſdictionem vſurpare,vt patet.ſ.c.pxi.§.i.ver.j.Maxime in hoc caſu,vbi agitur nedum contra abbatem, ſed etiam de generali ſtatu eccleſiæ circa perſonas corrigendas,& obſeruantias regulares, vt ſequitur. & ĵ. §.j.in prin. in quo quidem caſu ſubtilitas iuris & aduocatorum, pernicioſa eſt, ſed proclamatio in capitulo & obſeruantia regulæ ſalutaris,vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ.de elec.c.ij.reprehẽſibilis.ſ.de reg.c.fi.& in eo quod no.ĵ.e.c.§.ſi vero.¶Corrigẽtes.] ij.pars. [Et reformantes tam in capite.]&c. Erat ergo inquiſitio generalis.ſic.&.ſ.de reiudi.cum I.& A.[Noueritis]ſcilicet per inquiſitionem.[Iuramentis.]ver.[De tacẽda veritate.]Hoc ipſo ſuſpectus erat abbas,nec ſeruanda ſunt talia iuramenta. ſ. de teſti. tam literis.§.j.& c.conſtitutis.j.reſpon.j.& §.j.[Relaxetis]nã ſubueniendum eſt veritati.ſ.de teſti.co.c.ſi.§.vt li.non conteſta.quoniam frequenter.reſpon.j.& merito relaxantur: quia ſine peccato ſeruari non poſſunt,vt patet.xj.q.iij.quiſquis.ĵ.de cri.fal.c.j.peccata etiam nocentium nota eſſe,& expedit,& oportet.ff. de iniu. cum qui.reſpon.j.¶Prouiſo.]iii.pars.[Obediãt] in omnibus.viii. q.iiii.nonne.xvj.q.iiii. volumus. exceptis his quæ inquiſitionem tangunt commiſſam.ſ.e.cum dilectus.§ eidem epiſcopo. vnde & ſequitur ita tamen &c.quod dic,vt plene notatur.ſ.e.reſpon.j. ſuper verbo,poſt inceptum.¶Si vero.]iiii.pars.[Abbatem] & de monachis nihil dicit,cum clauſtrales ſint, & de ipſorum correctione ſimplici ſecundum regulam quæratur hic,vt patet.ſ.e.reſpon.j.ad fi.quo ad illos ergo de plano proceditur, vt ibidem, ſed quantum ad abbatem qui ab adminiſtratione, quam tenet, remoueri poteſt, ordo ſeruari mandatur, qui conſiſtit in veritate non ſubtilitate,vt patet ex ſequentibus, quia non vſquequaque. i.non per omnia in talibus eſt ſeruandus,imo facilius & liberius quam ſeculares,clerici amouentur,vt legitur,& no.ſ.e. qualiter. ij.§.fi.Vnde & ſine infamia fit inqſitio contra tales.ſ.de ſta.mo. in ſingulis.& c.ſeq.Ordo tamen, qui conſiſtit circa veritatem & legitimam defenſionem,in talibus eſt ſeruãdus,vt hic probatur. & ſ.de ſta.mo.c.ij.§.fi.Et eſt ratio,quia nec excommunicatur innocens,nec condemnatur.imo omnis ſibi legitima defenſio reſeruatur,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ.de excep.cum inter priorem.§.j.& per hoc euidenter comprobatur quod no.ſ. e,qualiter j,reſpon.j.ver.ex quibus ſuper verbo,peruenerit. [Dictorum] Et non dicit nominatim: quia illud in ſubtilitate conſiſtit. Hoc totum tamen arbitrarium eſt circa tales, nam & conſiderandum eſt,vtrum tales ſuſpecti ſint,vel non,vt patet in eo, quod legitur, & no.ſ.de teſti.præterea.§.fi.& c.in literis.§.fi.[Ei.]ſcilicet abbati. ¶Prædictis.]v.pars.[Monachis]ſcilicet.I.V.& P.qui inquiſitionẽ impetrauerunt,vt ſ.e.c.in prin. Et ſic eſt argu. ꝙ ad petitionem trium monachorum eſt inquiſitio committenda,etiam generalis.Sed forſan hoc ſpeciale eſt,quando agitur de viſitatione regularium,imo & totum pendet ex arbitrio Papæ,& conſtrues ſic ſequentem literam.[Factas & faciendas expenſas] quod eſt.ĵ. &c. vſque de bonis monaſterij faciatis de bonis eiuſdẽ monaſterij miniſtrari,quod eſt in fi.huius.c.[Tribus vel quatuor &c.]vſque, [Aſſumendos cum proprium non habeant. cõtradictores &c.]

vt ĵ.e.c.ad fi.[Iſtis.]ſcilicet qui inquiſitionem impetrauerũt, vel aliis &c.Ex his duo arg.eliciuntur.Primum eſt,ꝙ & ſi is, qui inquiſitionem impetrauit, moriatur, vel repellatur , nihilominus eſt is,cuius intereſt veniens,& ꝓ proſequens admittendus.Quinimo & iudex ex officio ſuo nihilominus poteſt procedere.ad idẽ ſ e.cum oportet.§.fi.ver.j.& ij.& arg.ſ.e.tit.c.veniens.§.fi. & c.licet.§.fi.& c.cum.P.ver.fi.Secundum eſt,ꝙ ſi is,contra quem proceſſum eſt in inquiſitione,in cauſa appellationis, vel alio modo dicatur proceſſum contra ſe habitum nullum,vel reuocandum non eſt neceſſe vocari illum,qui inquiſitionem impetrauit. ſ.de procu.in noſtra.quaſi ſua non interſit, quia ſi intereſſet, mutari non poſſet,quod tamen poteſt,vt hic dicit.Conſilium tamen eſt ꝙ iudex eum vocet, vel mittat ad eum , vt per ipſum inſtruatur, arg.ſ.e.cum dilecti.§.j.ver.j.Poteſt tamen talis appellare,& tenet appellatio,quam idẽ alius de collegio proſequi poteſt, arg.extra. d.n.de elec.ſtatuimus.Sic procurator poteſt appellare,ſed non tenetur cauſam appellationis proſequi. ff. mandati.ſi procuratorẽ. ſ.ſi ignorantes.ſecũdum.d.n quod dic,vt no.ſ.de procu.non in iuſte.§.potuit.& adde quod no.ſ.de app.cum ſpeciali.§. pen. ſup
4 verbo,coram ſuperiore. [Idoneos.] † Poſſunt ergo plures ſimul inquiſitionem proſequi,vt hic,& ĵ.e.c.i.in prin. ſicut & accuſationem.ſ.e.licet.& exceptionem.ſ.de excep.dilecti. Sed contra:quia magis idoneus eligẽndus eſt.ff.de popula.act.l.iii.Sol.dicimus, ꝙ plures poſſunt eſſe accuſatores,& exceptores , & denuntiatores, & inquiſitores,& promotores,vt in primis concord. Sed de illis magis idoneus eligetur,vt in contra.qui quaſi principalis erit, & alij poſſunt aſſiſtere,& iuuare,arg.ſ.de teſti.inſuper.ſecundum.d. n.Et idem videtur eẽ in procuratore a pluribus conſtituto , vt ſ. nomine omnium admittatur.nec cogitur eligere cuius nomine proſequatur:quia ibi ceſſat ratio legis.ff.de exercito.act.ne in plures.ſecundum.d.n.Et patet expreſſe ff.iudi ſol.ſi tamen.§. in hac ſtipulatione.& ſequen.Et eſt hoc verum,vbi ex eadem cauſa,vel ratione eiuſdem criminis plures proſequuntur inquiſitionem, vel exceptionem , ſeu accuſationem. Nam ſi ſint diuerſa crimina,ſiue ex eodem facto.ſiue ex diuerſis deſcendentia plures poſſunt admitti.C.e.tit.qui de crimine.[Expenſas]ſic.ſ.eo.ex parte. quod dic,vt ibi no.[Perceperunt] ſcilicet monachi forſitan ſubtrahendo.ſic.ſ.de reſcrip.cum dilecta.ad ſi.quod dic, vt ibi no. & ſ.de elec. vt prætereà.

A D D I T I O.

a ¶Expone.Adde hodie videndum op.tex.declarantem quid ſignificent hæc verba ſi ꝓ proceditur ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicii.in cle. ſæpe.de verbo.ſigni.Et in quibus cauſis ita ſit procedendum,vide per tex. in cle.diſpendioſam.de iudi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Denuntiatores plures admittuntur,& proſequutores inquiſitionis.*
2 *In confirmatione omnia ſupplentur, quando non fuit ſeruata forma canonica in electione.*
3 *Famam ſuam negligens,crudelis eſt.*
4 *Amiſſio famæ,maior eſt,quam rerum.*
5 *Caſte viuere omnes tenentur.*
6 *Fornicatio qualitercunque occulta,bonum conſcientiæ turbat.*
7 *De fornicatione manifeſta gloriari,graue eſt.*
8 *Sigillis iudicum potius credendum,quam inſtrumento tabellionis.*
9 *Vulnera quæ fomentorum non ſentiunt diſciplinam ferro ſunt abſcindenda.*
10 *Suſpectus de dilapidatione,debet ſtatim remoueri,vel ſuſpendi.*

C A P. XXVII.

Prelatorum exceſſus.[Et quatuor alii.] Et ſic
1 plures admittuntur denũtiatores, † & inquiſitionis proſecutores.ſic.ĵ c.proxi.§.fi.dic,vt ibi no.[Quem] ſ.epiſcopatum. [Vt dicunt ] quia nec de facili eſt credendum. lxxxvj.diſt.ſi quid de quocunque.Nec ſufficit dicere, niſi & probetur.ſupra de conceſ.præb.cum ſuper.cum ſuis concor.[Minus canonice.]Hoc eſt primum,quod ei opponitur,puta.per violentiam fuit immiſſus, vel authoritate laicali abuſus. ſupra de elec. quiſquis.Vel per ſimoniam ipſum fuit adeptus,vel alias cum peccato mortali.ſupra de elec.c.pen.Quid ſi forſitan forma canoni-
2 ca non fuit ſeruata? Reſpondeo , † omnia ſupplentur in confirmatione.ſecundum.d.n. Sicut & defectus per interlocutoriam. ſupra de elec.cum dilecti.ad fi.Nam & ſententia contra ius litigatoris lata in rem iudicatam tranſit, ſi non fuerit appellatum. ſupra de re iudi.cum inter vos.§.fi. [Dilapidat] Et hoc eſt ſecundum,quod opponitur contra epiſcopum. [Celeriter] ſic. ſupra de loca.& conduc.c.pen.in fi.& c.fi.§.vnico.circa prin.ſic niſi iuſtitia conatus cupiditatis reprimeret , ius litigatoris extingueret, & concordia extra mũdi terminos exularet.ſupra in procemio. §.ſed effrenata.[Opprobrium]De facili enim ſubſtantiam prodigi miniſtrantis longi temporis victum breuis hora conſumit.ſupra de cenſi.cum apoſtolus.reſpon.j.& x.q.iii.inter cætera.¶Nec ſolum modo ]ij.pars.[Famæ]Et eſt tertium,quod opponitur cõ-
3 tra epiſcopum. Nam † qui famam ſuam negligit, eſt crudelis.xj. q.iii.non ſunt.C.de his qui potentiorũ nomine prædi. ti.affigũt. l.vnica.

l.vnica.ad fi.Et † amiſſio famæ maior eſt quam rerum.vj.q.j. ex merito & c.deteriores.Vnde & ſolus ictus fuſtium omni damnatione pecuniaria grauior iudicatur.ff.de pen. in ſeruorum. in fi. Non dẽt ergo eſſe aliquis ſui prodigus,vt hic patet,& ſ. in procemio.§.j.in prin.vbi de hoc.[Suæ.]Ex hoc quod hic dicitur, & in fra ſequitur enormiter diſtolutam,poteſt notari illud,quod dici
5 conſueuit.Et ſi non caſte,tamen caute, licet tamen omnes † teneantur caſte viuere,vt ſ.de vita & ho.cle.vt clericorum.in prin.
6 † Et fornicatio qualitercunque occulta bonum recte conſcientiæ turbet.ſ.de temp.ord.c.fi.reſpon.j. Tamen manifeſta manife
7 ſtius reprobatur,vnde & graue † eſt de talibus gloriari.ĵ.de exceſ. præla. quam ſit graue. Ideoque & ſi occulta quantum ad ſolum Deum ſuſpendat hominem.Suſpendit tamen quo ad homines manifeſta.ideſt notoria.ſ.de coha.cle.& mu.c.ſi.[Vitã.] Hoc eſt quartum,quod opponitur ex quo & tertium præcedens ſequitur. [Enormiter.]q.d.indifferenter, non ſolum ſimpliciter fornicando,ſed etiam inceſtus,nedum adulterium palam & publice cõmittendo.¶Diſcretioni veſtræ.]iii.pars.[Perſonaliter] In hoc caſu non poteſt is,cui committitur inquiſitio, alij committere vices ſuas,quod dic,vt legitur,& no.ſ.de offi.deleg.c.ſi.§.ij. [Solicite]primo de fama.Secundo de veritate criminis,quod dic,vt leg. & no.ſ.e.cum oporteat.§.fi.reſpon.j.Item diligenter interrogando,& partes hincinde audiendo,vt patet in eo,quod leg. & no.ſ. e.qualiter.j.§.debet.ver.nec non exceptiones.& reſpon. j.[Et eã] ſcilicet veritatem.[Conſcribentes] ſeu conſcribi facientes.[Sub ſigillis veſtris]Nam ſi per ſolam manum tabellionis ſcriberetur, poſſet negari,ꝙ non eſſet tabellio,& ſic fidem non faceret,vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ.de elec.ſcriptum.§.j. Item quia nõ poſſet includi ſine ſigillo,ita commode, ſicut cum ſigillo. Nam ſi ſigillum frangeretur,de facili appareret.ſ.de offi.dele. cũ olim
3 quidam,ꝙ eo tempore,† quo aliquis receptus eſt,nihil dare licet. ar.j.quæſt.j.emendari.& q.ij. quam pio.ibi'ac poſtmodum &c.ne quod gratis fieri debet,pro pretio fieri videatur, & ſic; ſaltem habeat ſpeciem mali,a qua abſtinendum eſt.j̄.eod. audiuimus. s̄.de vita & honeſt.clerico.cum ab omni. Alij dicunt,ꝙ nedum poſt ingreſſum,ſed etiam tempore ingreſſus,& ante poteſt aliquid offerri, & dari,dummodo pactum, vel cõditio non interueniat,vt hic.& j.q.j.eos.s̄.de ſuc.ab inteſ.c.iii.vel modus.s̄.vt benefi. eccle. ca.vnico. nam & gratis poteſt recipi gratis oblatum.s̄.e.dilectus. j.in fi.nec ideo minus receptio gratuita dicitur.ar.ff.mandati.ſi remunerandi.j.q.j.iudices.xviij.diſt.de eulogiis. ff.de offi. procõſul. ſolent.§.fi.alias dare eſt quandocunq; dare,vt no.s̄.ca.prox.§.quãuis.ver.fi.Cauendum eſt tamen, ne fraus ſub ſpecie talium munerum committatur.j.q.j.ſi quis neque.Planum eſt, ꝙ non cõmittitur ſimonia,vel quaſi,niſi pacto interueniente, vel quaſi,vt probatur in hoc ca.niſi mentalis.vt.j̄.e.c.fi.quod dic,vt no.s̄.e.& ſi q̃ſtiones.§.fi.ver.quoniam.& j̄. e.§.fi. Sed & quoniam mentalis, q̃ in talibus de facili interuenire poteſt, vitanda eſt, prima opinio. no.s̄.e.glo. in prin. & honeſtior & tutior eſt. Notauit etiam hic d.n.ꝙ non licet aliquem recipere ſub hac conditione, ſi recipiendus ſecum detulerit, vnde viuat,& ſi iũgatur, ꝙ bona eccleſiæ nõ ſufficiant,niſi receptis his qui iam recepti ſunt.ar.hic,& j̄.e. quoniam.reſpon.j.ſ.quia nec excuſat paupertas, vt ibi dicit,nec valet pactum, ꝙ non petatur, id quod de iure cõmuni eſt.ar.j̄.eo. per tuas.ij.& c.pe.hoc autem de iure communi eſt, ꝙ, ex quo eſt canonicus,habeat ſicut vnus de aliis.s̄.de conſti.cum acceſſiſſent.s̄. de præben.relatum.& c.dilectus.ij.xvj.q.vij.decimas.alii dicunt,ꝙ talis receptio non eſt ſimoniaca.ar.j.q.ij.ſi quis ꝓpter.Tu dicas,ꝙ ſi ex tali conditione,vel pacto recipiatur,ſimoniacum eſt,vt poſitum eſt,& vt dicunt primi.Secus ſi pure & gratis recipiatur,licet addatur,vt ſecum,ſi vult,deferat, vnde viuat,quod dic,vt no.s̄.e. non ſatis.reſpon.j.¶Licet autem.] iij.pars.[Tantum modo.]i.de his quæ notoria ſunt iuris,vel facti,& non de occultis.vt.s̄.c.proxi.in fi.vbi de hoc.[Si tamen.]ver.[Talem.] ſ.puram & liberam. ſm verba.vt.s̄.§.proxi.[ Ea intentione ] principaliter. Vix enim eſt quin ipſam ſecundariam habeant. viij. q. j. ſunt in eccleſia. lxxxvj.diſt.non ſatis.[Sine dubio.] ver.[Tam ille,quam iſti.]No.
4 hic† ꝙ duplex eſt ſimonia. ſ.mentalis & conuentionalis. Menta-
5 lis ſic deſcribi poteſt,Symonia † eſt ſtudioſa voluntas ſiue cupiditas emendi,vel vendendi ſpiritualia.& adde cum opere ſubſecuto,quæ deſcriptio ſalua additione tam pro mentali,quam conuẽtionali generaliter & indiſtincte conſueuit tradi ſm omnes.Ego tamen traho ipſam ad mentalem.Et addo cum opere ſubſecuto, alias ſola & nuda voluntas interior non induceret ſimoniam.j. q.j.qui ſtudet.& ca.reperiuntur.& c.eos.& c.ſi quis neque.& q.iij. non ſolum.ar.s̄.de biga.nuper.in fi.& c.fi.in fi. Hæc non inducit depoſitionem, nec irregularitatem grauem, quia per ſolam pœnitentiam aboletur.j̄.eo.c. fi. quamuis ſit contra.ar.j̄. e.conſulere, ſed reſponde, vt ibi no. Conuentionalem vero a nullo magiſtrorum deſcriptam inuenio. poteſt tamen probabiliter ſic deſcribi.Simonia eſt ſpiritualium,vel annexorum ſpiritualibus præcedente pacto promiſſionis,conditionis, modi,ſeruitij, precum,

vel



vel cuiuſcunque temporalitatis receptio,ſeu donatio.Comprobatur hęc deſcriptio.i.q.ij. quam pio.& q.j.ſi quis neque.s̄.de rerum permu.quæſitum.s̄.de pact.c.fi.s̄.de æta.& quali. tuam.s̄.vt benefi.eccle.c.vnico.§.penult.& fi.& s̄.e.c.reſpon.j.Poteſt dici & quaſi conuentionalis, vt patet in eo,quod nota.s̄. e.& ſi quæſtiones. §. fi.ver.quoniam.Dicunt etiam quidam,ꝙ in his, quæ ſunt prohi-
a bita, quia ſimoniaca[a], vt eſt vendere ſacramenta, illa ſimonia, quam deſcripſi tantum mentalem habet efficaciam conuentionalis ſimoniæ. In his autem quæ ſunt ſimoniaca,quia prohibita ſicut eſt emere prębendam,vel gaſtaldionatum,licet ſit peccatũ. tamen ſola intentio non inducit ſimoniam niſi mentalem, de qua per pœnitentiam ſuo ſatisfit creatori.j̄.e. c.fi.& de hoc no.j̄. eodem.conſulere.in prin.& s̄.de offi. deleg.ex parte.j.[ Iudicem.] i.Deum.ij.q.j.vnus.s̄.de iudic. nouit.non tamen apud eccleſiam,
b q̃ nõ iudicat[b] de occultis, vt.s̄.e.in prin.& c.prox.§.fi.vbi de hoc.

ADDITIONES.

a ¶Simoniaca.Adde do.Ab.hic in glo.fi.& Io.An.poſt iſtum.& Inno.
b ¶Adde plene per do.Henri.Bo.s̄.c.proxi.in vlti.diſtinc.

*SVMMARIVM.*

1 *Spiritui omni non eſt credendum.*
2 *Scire aliquid dicimur, quod ab alijs audiuimus.*
3 *Ordines ſuſcipere nemo preciſè cogitur.*
4 *Notabilia quinque, notatu digna.*
5 *Ordines ſuſcipere nemo debet contra ſuam conſcientiam.*
6 *Suſpenſus occultus non debet recipere ſacramenta.*
7 *Prohibitio hominis, vel canonis illicitum reddit ſacramentum.*
8 *Simoniacus in ordine ſimoniace recepto executionem perdit.*
9 *Eccleſia non debet laqueum alijs inijcere,*
10 *Conſcientiæ etiam erroneæ eſt conſulendum.*
11 *Recedere ab obedientia ſuperiori non licet, niſi in duobus caſibus.*

CAP. XXXV.

PEr tuas. [A diœceſano.] Ad quem recurrendum eſt in talibus etiam ab exẽptis.ſm id quod le.& notatur s̄. de præſcrip. veniens. §.j.[Epiſcopo.] ſimoniaco ſicut poſtea audiuit,vt ſequitur.¶ Sed poſtmodum.] ij.pars. ſ.ordinibus ſic ſuſceptis.[Didicit. ] i.audiuit, vel ſicut credebat, quia euangelium reputabat.
1 [Ex relatione.]cui ſic de facili credere non debuit,quia† nec omni ſpiritui eſt credendum.xxxiij.diſt. habuiſſe. lxxxvj. diſt. ſi quid de quocunque.s̄.eo.licet Helv.§.j.ver.nam iuxta.qđ verũ eſt in infamiam,vel prȩiudicium alterius,vt ff.de act.em.& ven.Iulianus.
2 j.colum.§. quod autem diximus.alias autem hoc† dicimur ſcire quod ab aliis audiuimus.xxij.q.v.hoc videtur.[Multorum.]alias. quorundam ſubaudi vicinorum,ſeu etiam ſibi collateraliũ quantuncunque ſecretorum dumtamen priuatorum . ſi enim ſuperior ſuus ipſum eſſe talem ſolenniter denuntiaret & vitandum mandaret prima facie credendum eſſet ei & parẽdum.s̄.de proba.poſt ceſſionem.s̄.de treuga & pace.c.j.xi.q.iij.curæ.[Quia epiſcopus]qui eum ordinauerat,vt.s̄.reſpon.j.[Symoniæ.]non dicit vtrum in ordinibus vel beneficiis.[Propter quod.] conſcientia remordente.[Formidat.]& fruſtra,vt patet ex ſequentibus.vnde Pſ. Trepidauerunt vbi non erat timor. ſi.s̄.e.& ſi quæſtiones.reſpõ.j. [Nolens.]& bene niſi deponat errorem,vt patet.j̄.§.j. [Et.j̄.] Hoc eſt quæris vtrũ poſſit ſecure miniſtrare in ſuſcepto ordine & aſcẽdere ad maiores,& huic reſpondet in ſeq.§.¶Nos itaque.]iij.pars. [Reſpondemus.]non ergo videtur continere gratiam,ſed ius,ar. s̄.de re iudi. in cauſis. licet ſit ar.contra. j̄.de ſen.excom.ſuper eo. [Miniſtret. ] quia in hoc diſpẽſamus cũ eo vel declaramus quod nõ eſt timendum , cui declarationi debet credere,vt hic. & patet in eo,quod leg.& no.s̄.de feud.c.j.ſiue hoc ei conſulimus cui cõſilio eſt credendum,vt patet in eo quod le.& no.s̄.e. Matthæus.s̄. de ęta,& qualita.ad aures.& error conſcientiæ deponendus eſt,& ſi non poteſt deponi conſcientia eſt ſequenda,vt patet in eo quod le.& no.j̄. de ſen. excom. inquiſitioni. & j̄.e.§.in fi. Si quęratur a me quarè non reſpondetur idem de ſuſcipiendis ordinibus,vt ſe-
3 quitur? Reſponſio eſt imprompt u.ſ. quia† nemo præciſe cogitur ordines ſuſcipere,vt patet in eo quod le.& no. s̄.de ęta. & quali. quæris.ſed bene cogitur in ſuſceptis miniſtrare. s̄.de cele.miſ.c.j. & c.dolentes.ſed etiam facilius eſt frangere conſcientiam in ſuſcepto quam in ſuſcipiendo,quia multa impediunt promouendum &c.s̄.de iureiu.quemadmodũ.§.ꝙ ſi poſt huiuſmodi. [Ad ſuperiores.]certe nec in ſuſceptis miniſtraret,vt patet in pręcedẽ. glo.[Ne forte]immo quia forte.i.fortiter ędificaret.ergo.

*Sub dubio forſan reſpondent ſæpe periti.*

vt hic.& s̄.de de procur.tue. §.j.[ Ad gehennam.] xxviij. q.j.§.ex his.s̄.de reſti. ſpol.literas.§.j.& §.prærerea.s̄.de præſcrp.c. fi.[Licet ex eo.] verſi [Scrupuloſam.] i.credulam & de facili præmentẽ.
4 Notabilis ergo hic quinque notabilia digna notatu.† Primo ꝙ ex variis dictis in alterius præiudicium non eſt conſcientia informanda. Secundo ꝙ ſi formata ſit taliter eſt ad prælati conſilium deponenda. Tertio ꝙ ſi deponi non poteſt modis omnibus eſt ſequenda,ſuper quo vide quod no.j̄.de ſen.excom.inquiſitioni. & s̄.de tempo.ordi.ad aures.§.j.Quarto ꝙ virtus animi de ſcrupuloſa conſcientia poteſt bonam facere & in melius reformare,& debilitas animi,ac nimia ſimplicitas econuerſo. Quinto ꝙ in differentibus poteſt vnuſquiſque ſibi prout placuerit conſcientiam informare, vt omnia hęc ex iſto colligi poſſunt. [In difficultatẽ huiuſmodi.] non ſolum quo ad ſuſcipiẽdos ordines, ſed etiam
5 quo ad ſuſceptos.vt.s̄.§.j.[Non euadet]quia nec† ad ſuperiores ordines debet aſcendere contra conſcientiam.nec etiam contra eãdem in ſuſceptis miniſtrare & ſic ſemper ſtabit & viuet.[ Niſi deponat errorem,]No. d.n. in hoc cap.ꝙ ſm quoſdam a depoſito
6 excommunicato† ſuſpenſo quantumcunque occulto non ſunt recipienda ſacramenta,ar.in hoc ca.excipiunt baptiſmum & corpus Chriſti,vt no.j̄.de hęreti.ca.ii.ipſius tamen in publico petentibus tenemur dare.de conſe.diſt.ij.non prohibeat.j.q.j.Chriſtus. quia nec in publico ſunt vitandi.vt patet in eo quod le.& no.j̄.de ſen.excom.cum non ab homine.s̄.de offi.ordi.ſi ſacerdos.immo & ſm d.n.occulto peccatori quantumcunque etiam excommunicato tenemur miniſtrare officia ſicut & aliis, ne ſi prælatus tales ſegreget eos prodat contra id quod legitur . s̄. de offic. ordin. ſacerdos.j̄.de pę.omnis.§.caueat.ij q.j.ſi peccauerit.j.q.j.Chriſtus. Quid ſi tales adminiſtrent temporaliter? Valet quamdiu ab eccleſia tolerantur,argu.s̄.de elec. nihil eſt.§. penul.& fi. s̄.de cohabi.cleri.& mulie.veſtra.§.fi.Crimino ſorum & occultorum ſacramẽta non vitabo, licet quo ad ſe ſint ſuſpenſi vt ibi. & in eodem
7 ti.ca.fi.j.q.j.ſacerdotes.nam ſola† prohibitio hominis vel canonis hoc illicitum reddit.xxxij.di.§.verum.& no.j̄. de hęreti.c.iii. Alij contra.vt no.j̄.de ſciſmati.c.j.ſm.d.n.Sed nũquid debuit iſte monachus recipere ordines a ſimoniaco manifeſto in beneficio,vel occulto in ordine? Non quia executionem non haberet ordinis ſic ſuſcepti.s̄.eo.tãta.xxxij.di.§.verum.ſed hic monachus ignorans fuit,vt.s̄.reſpon.j. & ideo Papa cum ignorante diſpẽſat.
8 j.q.j.ſi quis a ſimoniacis.†Hoc enim ſcias,ꝙ ſimoniacus in ordine ſimoniace recepto (& talis ſimoniacus ſolum) executionem perdit,non tantum ordinis ſic ſuſcepti.j.q.j.quibuſdam.s̄.e.tanta. j̄.eo.c.penulti.quinimo & omnium aliorum,& per conſequens adminiſtrationẽ in temporalibus. lxxxj.diſ.eos. Sed hic quęritur nonne habuit executionem aliorum ordinum non ſimoniace ſuſceptorum? Et nonne ex confirmatione conſecutus fuit ius ad miniſtrandi? Sic niſi aliud diceretur.s̄ de elec.tranſmiſſa.ſed hoc ipſo,ꝙ aliquem ordinem ſimoniace ſuſcepit, quamtumcunque occulte a canone eſt ſuſpenſus,vt probatum eſt s̄.& idem dicẽdũ eſt de ſimoniaco notorio in beneficio occultus enim ſuſpendẽdus eſt non ſuſpenſus.j.q.iij.c.j. ij.& iij.tamen ratione illius beneficij ſimoniace ſic quæſiti ſine peccato.nec ſpiritualiter,nec temporaliter miniſtrabit,puta emit epiſcopatum, non ordinem, qa tunc eſſet ſimoniacus in ordine & ſuſpenſus,vt.s̄. c.j.Sed epiſcopatum.i.dignitatem epiſcopalem,& ſic promotus ad dignitatem epiſcopalem confert ordines,vel beneficia, vel alias adminiſtrat. Ordines enim ab eo collati nullum effectum habebunt quo ad executionem.j.q.iij.ſea quæ.quia fur cenſetur.s̄.de elect. dudum. ij. reſpon.j. & ſic rem alienam non eſt licitum contractare.j.quæſtio.prima. ordinationes . Si vero habet alia beneficia non ſimoniace acquiſita,ab illis ſuſpenſus non intelligitur eſſe.Et quod dictum eſt de ſimoniacis ſuſpenſis,idem intelligẽdum eſt ſm quoſdam de omnibus notoriis excommunicatis depoſitis & ſuſpenſis. Suſpenſio vero conferentis ordinem ſimoniace per triẽniũ tantum durat.j̄.e.c.penul.Monachus autem iſte videtur fuiſſe in opinione,ꝙ etiam ſimoniacus in beneficio occultus,& qui recipit pecuniam pro ordine conferendo, perdit executionem omnino,ar.j.q.j.reperiuntur.& c.quibuſdam.& hanc opinionem erroneã ſequendo nolebat ordinari, ſed errabat. vt patet.j̄. eo.c. penult.& colligitur ex dicto.ca.reperiuntur. ibi ex quo confidit &c. ſm.d.n. Sed quare Papa ipſum illaqueat dicendo, ꝙ ad ſuperio-
9 res ordines non aſcendat,non enim debet† eccleſia laqueum alicui iniicere.xxvij.q.j. ca.fi. Quare ergo non dixit, ꝙ poſſet ſecure alios ordines recipere ad ipſius conſcientiam ? Reſpon. Satis poteſt,ſi vult p ea, quæ ſupradicta ſunt, ſuam cõſcientiam ſerenare, ſed ſi non poteſt,& ſemper remorſum habeat, nõ poteſt animo vis inferri.xxxij.q.v.§.j.& c.j.& ij.Conſulitur tamen ei, ꝙ eã depo
10 nat,† quia eſt cõſcientiæ etiam erroneæ couſulendũ, ar.s̄. de ſpõ. cõmiſſum.ff.de rei ven.ex diuerſo. ſm Io. Sed plus placet. d. n.ꝙ monachus iſte non erraret in iure,credens,ꝙ qui confert ordinẽ ſimoniace, ſuſpenſus eſt ipſo iure , nam & hoc verum eſt vſque ad triennium.j̄.e.c.penulti. quod dic vt ibi no. Item grauiter puniendus eſſet,ſi poſtquam de iure edoctus eſſet,credere & obedire contemneret.xix.diſtin.nulli.Dicendum eſt igitur,ꝙ iſte monachus probabilem credendi præſumptionem habeat. hũc diœceſanum ordines ſimoniace contuliſſe, quod forſan non fecerat,& ſic errabat in facto.Cõſulitur ergo ei, ꝙ niſi prius hanc credulitatem deponat ad ſuperiores ordines non aſcendat, quã præſumptionem & crudelitatem ex ea ortam ad conſilium, vel mãdatum prælati deberet deponere . ſi autem hoc ſciret pro certo, nullo modo ab eo infra triennium deberet ordines recipere,immo deberet excommunicationem potius tolerare. j̄.de ſen.ex.in

quiſi-

quiſitioni? Tu dic,vt not.s̄.eo.§. ſuper verbo, miniſtraret. Illud ēt
no. ꝙ qui ſcienter recipit ordinem a ſimoniaco in ordine,dicūt
quidam, ꝙ ſi coactus hoc facit,excommunicationem recipit.j.
q.j.conſtat. Tu dicas ꝙ ibi fuit diſpenſatum,quia & quantūcun
que neceſſitas immineat,executionem ordinis ab ordinatore nō
recipit,quam non habet.s̄.eo.tanta.j.q.j.ventum.& c.reperiūtur.
& q.vii.Daibertū.Idem eſt &,ſi ignorāter recipiat,niſi diſpēſetur.
j.q.j.ſi quis a ſimoniacis.q̄uis quouſq; veritatem repererit,haberi
debeat probabilis ignorantia excuſata, arg.s̄.de conſecr.eccle.vel
alta.aqua.s̄.de ęta.& qualit.intelleximus.§.j.& s̄.de cleri. excom.
11 mini. apoſtolicæ. Hoc etiam teneas,ꝙ non † licet ab obedientia
ſuperioris recedere,& ipſum ſpernere,quantumcunque notorius
ſit,niſi in duobus caſibus.ſ.ſi eſt ſimoniacus in ordine, vel noto-
rius fornicator.xxxii.diſt.§. verum.In omnibus igitur aliis crimi
noſis aliud eſt,quamdiu ab eccleſia tolerantur,argu.xv.q.fi.c.fi.&
in d.§.verum.& ſm̄ hoc poteſt intelligi,quod hic dicit.ſ.ꝙ mona
chus credebat ep̄m eſſe notorium ſimoniacum,& ideo executio
nem ordinis non habere,quare authoritate propria ab eius obe-
dientia potuit recedere,ſed errabat in facto forſitan,vt dictum eſt,
ſecundum dominum noſtrum. Eſt tamē contra, arg.xxiii.q.iiii.
tres perſonas.iii.q.vii.iudicet.s̄.de appel.quia nos.Quid enim ſi ſit
notorius homicida,vel notorius hęreticus,vel alius peccator,qui
tale peccatum commiſit,quod & poſt pœnitentiam executionē
ordinis impedit.de quibus no.s̄.de renunc.niſi cum pridem.§.pp
conſcientiam? Vtique eadem ratio vr̄,ergo idem ius cenſendum
eſt,quod in prædictis,tantum duobus exceptis caſibus, vt patet in
eo,quod leg.& not.s̄.de accuſ.inquiſitionis.ſed & quantūcunque
ſit alias ſine peccato, nunquam eſt obediendum ꝯ conſciētiam,
vt hic patet,& not.s̄.de temp.ord.ad aures.§.j.Illud autem aſſero,
ꝙ vbi quis ſciēter ab excommunicatis hæreticis, & ſuſpenſis ep̄is
recipit ordines,executionem non recipit, nec dignus eſt diſpenſa
tione;vbi vero ignoranter,quandiu durat ignorantia,haberi de-
bet,ſi ſit probabiliter excuſata,vt s̄.no.ſed & ſi ſic ordinatus ex ali
qua relatione remorſum habeat conſcientiæ,ſtatim abſtinere de
bet ab executione,arg.hic.& s̄.de ſec.nup.c.ii.quouſq; fuerit ſecū
p proprium ep̄m diſpenſatum,vt le.& no.s̄.de ord.ab epi.c.j.in fi.
& c.ii. Quid ſi Papa faceret canonē.ꝙ quilibet poſſet recipere or-
dinem ab occulto ſimoniaco? Rn̄.hoc poſſet faceret,ꝙ ſi quis ne
garet,hæreticus eſſet,vel grauiter peccaret.xix.diſt.nulli. ſecus vbi
Papa hoc diceret gloſſando,vel nō intēdendo aliorum opinioni-
bus derogare.s̄.de reſt.ſpol.literas.§.nos autem.ſm̄ d.n.

*SVMMARIVM.*

1 *Simonia prauitas peſtifera appellatur.*
2 *Rebus, non verbis legem imponitur.*
3 *Legis quicquid fit in fraudem habetur pro infecto.*
4 *Emptor prius tenetur offerre pretium antequam venditor ei tradat rem.*
5 *Gratis poteſt recipi, quod gratis offertur.*
6 *Delictum ſubditorum imputatur negligentiæ prælatorum.*
7 *Correctio peccati, quod communiter committitur per prouinciam ſuam ad metropo. ſpectat.*

## CAP. XXXVI.

1 INtantum. [Prauitas.] † peſtifera. s̄.eo. ſicut
ſimoniaca. [Sane.] verſic. [Pro
chriſmate.] Dic vt no.s̄.eo. ad noſtram.j̄.eo. ea quæ.
[Pœnam canonicam.] ſ. depoſitionis cum nota in-
famiæ.j.q.iii. c.fin. [Anticipant.] excogitata fraude de tp̄e ad tp̄s.
quod dic,vt not.s̄.de ꝯhen.emp.ad noſtram. [Et vt cauſam.]ver.
[Nuncupantes.]ſubaudi facto,ſed non mutatur ius,& ſi nomen
2 milleſies variarent,vt patet hic,& in eo,quod no.s̄.eo.ea quæ.† nō
enim verbis,ſed rebus legem imponimus.C.com.de leg.l.iii.in fi.
3 j̄.de verb.ſigni.intelligentia.& pœna appoſita.& † quicquid fit in
fraudem legis,habendum eſt pro infecto,arg.ff.ſi cer.pet.lecta. C.
de lib.cau.iubemus.¶[Cum verſi.] ii.pars. [Exprimat.] i.tacite in-
telligatur exprimere. [Qui prius recipit.] ſubaudi,q̄ ille,qui poſte
rius recipit pretium, & primo tradit rem pretioſam,vel q̄ is, qui
4 nudis verbis vendit,ſed primo rē tradit,q̄ pretium recipiat.† Em-
ptor enim prius tenetur offerre pretium,antequam vēditor ei tra
dat rem.ff.de act.emp.& vēd.Iulianus.§.offerri.Quid ſi neuter ha
beat fidem alteri? Deponatur pretium apud ſequeſtrum,ſi partes
conſentiant.ff.de ſolu.ſi ſoluturus.alioqui cauendum eſt de re tra
denda, ſi infra certum tempus pecunia fuerit numerata. ff.de re-
dhib.act.l.ędiles.§.fin.&l.ſi videamus.[Et gratis ſit gratia.] vt hic.
& j.q.i.j̄.de magi.c.ii.i.ſine pacto,vel quaſi.& praua etiam intētio
5 ne remota.s̄.eo.c.tua.& j̄.c.fi.alias autem gratis † poteſt recipi, qđ
gratis offertur,quod dic,vt leg.& no.s̄.eo.d.lectus.§.j.in fi.& c.& ſi
quæſtiones.§ pen.& fi. [Mandamus.] verſic. [Officiales.] in eo ꝙ
tanquam officiales excedunt,extra d.n.de offi.vic.Romana. li.vj.
Et eſt ratio,quia in illis eādem perſonam intelliguntur hr̄e, cum
ſuffraganeis, vnde in his vnum & idem ipſorum coſiſtoriū eſt
cēſendum,extra d.n.de app.Romana.rn̄.j.lib.vj.Secus in his,quæ
alias committerentur extra officium,nam quantum ad illa non
plus poteſt metropolitanus in officialem, q̄ in alium ſubditum
ſuffraganei ſui,extra d.n.de fo.compet.Romana.§.j.& §.fi.[Com
peſcens.] o Cantuarien.cui loquitur Papa, ſubaudi taliter. [Quia
6 aliorum culpa.] &c. Sic patet,ꝙ delictum † ſubditorum imputa
tur negligentiæ prælatorum.vt hic, & leg.& not.s̄.eo. licet Helv.
reſpon.j.s̄.de off.ord.irrefragabili. Ex hoc etiam ca.patet,ꝙ ad me
7 tropolitanum ſpectat correctio † peccati, quod communiter &
generaliter committitur per prouinciam ſuam, non ſolū quan-
a tum ad ep̄os & officiales a,vt hic.Quinimmo & quo ad omnes in
prouincia delinquentes, vt j̄.§ j.& legi.& not.s̄.de reſcrip. ad hæc
ſumus.§.fi.¶[Prauam.] iii. pars. [Conſuetudinem.] quæ in talib.
non excuſat,vt leg.& not.s̄.eo.cum in eccleſiæ.§.j. & c.non ſatis.
§.fin. [De tua prouincia.] ergo ad omnes ep̄orum ſubditos. hæc
iuriſdictio extenditur,vt not.s̄.§.j.in fi. [Per quam.] ſ.conſuetudi
nem. [Inueſtitura.] pro qua,vel aliquo ſpirituali alio nihil eſt exi
gendum,vt hic patet,& s̄.eo.cum in eccleſiæ, etiam nomine pa-
ſtus, vel alicuius taxationis certæ,vel incertæ, vt patet in eo, quod
leg.& not.s̄.eo.veniens.& c.j. & j̄.eod.Iacobus. [Minores vero.] ſ.
rurales,hoc idem obſeruatur adhuc de corruptela in pleriſque lo
cis de facto, quicquid hic dicatur de iure,& male. ſi.no.s̄.de iudi.
quanto. [Vaccam albam.] ſic forſan etiam cum vitulo & male,
vt hic,& j̄.eo.ſicut.

ADDITIO.

a ¶Officiales. Adde vtrum officiales ſuffraganeorum delinquentes poſſit archiepi-
ſcopus corrigere, & punire per Henr.Bono.in ii.diſt.hic. Monachorum appella-
tione non ſolum priorem, ſed etiam abbates continentur, vide Henric.Bono.in
cap.fin.tit.eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Simoniacus non erit, qui ſtat in finibus nudarum precum.*
2 *Conſenſit qui, de ſe ipſo quæratur.*
3 *Diſpenſari non poteſt cum ſimoniaco in ordine.*
4 *Pactio, & quaſi, ſimoniam inducunt.*

## CAP. XXXVII.

1 PEr tuas. [Exorauit.] Si † ſtetiſſet in finibus nu-
darum precum ſimoniacum nō fuiſ
ſet, vt patet in eo,quod leg.& no.s̄.eo.tua nos.§.j.ſed
hic vltra proceſſit,quia pactū interceſſit,vt j̄.§.j. [Ti-
tulum.] arg.eſt hic,ꝙ nedum abbates,quinimmo & incurati poſ
ſunt ordinandis in ſibi commiſſis eccleſiis titulum aſſignare,ſed
per hanc aſſignationem,nec patronis,nec aliis,quorum intereſt,
quominus vacanti eccleſiæ de alia perſona prouideatur,niſi in re
preſentatione conſentiant, præiudicium generatur,quod dic, vt
leg.& not.s̄.de iure patro.c.pen.Circa ꝙ etiam eſt notandum, ꝙ
ſi facultates eccleſiæ non ſufficiunt,vel taliter intitulatus non reſi
deat,tali titulo priuari poteſt.s̄.de cler.non reſid.conquerente.vel
ibi non fuerat intitulatus a presbytero conquerente: nam is, qui
2 † conſenſit, de ſeipſo quæratur,arg.s̄.de cleri.coniug. diuerſis. Ca-
ueat ergo ſibi ep̄s, qualiter talem recipiet præſentatum, nam pa-
ctum interuenire non poteſt ſine vitio ſimoniæ, vt hic ſequitur.
Quid ergo ſi taliter intitulatus & ordinatus egeat? Reſpon.ſi præ-
ſentator habeat de patrimonio, vel alias vnde ſuum, cogatur ip-
ſum epiſcopus ad titulum aſſignandum,alioquin ep̄s ipſe, qui or
dinauit,prouidere tenetur,vt patet in eo,quod leg.& not.s̄.de pre
ben.c.ii.& iiii.& c.cum ſm̄ Apoſtolum.§.inde eſt. ¶[Quod cum
ille.] ii.pars. ſ.presbyter. [Facere.] ſ.ad titulum ſuæ eccleſiæ præ-
ſentare. [Ipſe.] ſ.ſubdiaconus nunc,ſed tunc accolitus. [Illi.] præ
sbytero.[Quòd nunquam in eccleſia ſua.]&c.vt ſequitur. [Si præ
ſentaret eundem.] ſ.ſubdiaconum nūc,ſed tunc accolitum.[Por
tionem.] poteſt ergo intitulatus petere aſſignari ſibi debere de
prouentibus eccleſiæ, ad quam intitulatus eſt, portionem. i.vitæ
ſuſtentationem,quod eſt dignum notatu, ad idem.s̄.de fil.presb.
propoſuit.talem tamen & tam tenuem intelligo poſſe peti,ꝙ nō
videatur fieri ſectio fructuum inter ipſos,alioquin contra, ſupra
de præben.maioribus. & c.niſi eſſent.§.fi. quia vna eccleſia debet
eſſe vnius.s̄.de præben.cum non ignores.in prin. [Et ſic.] ſ.tali re
promiſſione interpoſita. [Ipſius.] ſ. presbyteri. [Illicitum.] pro-
pter hoc non excuſatur, vt probant ſequentia. Et eſt ratio, quia
hoc facile cognoſcere potuiſſet, ſi cum peritioribus cōſilium ha
buiſſet. C.de ingenu.& ma.ſi auiam.ff.de iur.& fac.igno. regula.
§.ſed iuris.xxxvii.diſt.§.fin. ¶[Nos inquiſitioni tuæ.] iii.pars. [Di
ſpenſatum.] per ſedem apoſtolicam, ſecundum dominum no-
ſtrum.j̄.eod.cap.§.penult. vbi etiam imponitur pœna ordinato-
3 ri,præſentatori, & præſentato. Sed contra, † quia non poteſt di-
ſpenſari cum ſimoniaco in ordine.j.q.j. erga ſimoniacos. & ca.ſi
quis neque.So.non negant, quin in ordinibus poſſit cum talibus
diſpenſari, ſed ſi dignitatem per ſimoniam adepti ſunt, non po-
teſt diſpenſari, quin primo renuntient, vt ibi dicitur. Et eſt ratio,
quia pœnitentiam agere non poſſent, ſic retento adepto benefi-
cio, & eadem ratione ſuſpendendi ſunt ab executione ordinis ſic
recepti.j.q.vii.inquiritis.s̄.de accuſat.inquiſitionis.reſpon.j.de di-
ſpenſatione etiam talium,dic,vt not.s̄.eod.de ſimoniacæ.s̄.de re-
nunt.



nun.poſt tranſlationem.[Aſcendere.] triplici de cauſa.tum quia
fuit hoc munus a lingua.j.q.j.ſunt nonnulli. hoc reprobatur in
eo,quod no.s̄.eo.c.reſpon.j. ſuper ver.exorauit. Tum quia nulla
conditio,vel pactum debet interuenire in talibus,vt leg.& not.s̄.
e.tua.& c.ex tuæ.& c. veniens. Tum quia per ſubreptionem vo-
luit ordinem adipiſci.ar.24.diſt.quando.s̄.de elec. cum dilecti.§.
nos vero.ſecundum Io. Contra hoc tamen opponitur,vt in ſeq.
gl.[Miniſtrare]Sed contra,quia hic non interuenit munus a ma
nu,hoc eſt pecunia,non ab obſequio.ſ. ſeruitus indebite impen-
ſa,non a lingua.ſ.fauor humanus, ex quibus inducit̄ ſimonia. j.
q.j.ſunt nonnulli.& c.ſi quis neque ſanctis.Sol.Hic interuenit pa
ctio de remittenda portione beneficij, quæ de iure peti poterat,
vt patet in eo,quod no.s̄.eo.c.reſpon.j. ſuper verbo,titulum. quæ
portio conſideratis fructibus temporalis eſt, vnde & poteſt laico
aſſignari, vt no.j̄.de inſtit. c. ii.& ſic videtur remiſiſſe temporale
pro ſpirituali beneficio conſequendo,ſed idem eſt remittere, qđ
dare,vt no.s̄.c.querelam.§.j.ad fi.& reſpon.j.in fi. Præterea ſubdia-
conatui eſt annexus titulus, vnde debuit ſine diminutione con-
ferri,ſicut & beneficium,ideo cum pactum interuenerit,p quod
ſubdiaconatus cum diminutione iuris ſui fuit collatus, ordina-
tio talis ſaltem quaſi ſimoniaca iudicatur.arg.j.q. iii. ca.fi.& s̄. vt
4 benefi.eccl.c.vnico. §.fi. & breuiter in talibus † pactio & quaſi,ſi-
moniam,& quaſi inducunt,vt patet in eo,quod leg.& not.s̄.eod.
tua nos.reſpon.j.& ca.& ſi quæſtiones.§.fi.ver.quoniam.

*SVMMARIVM.*

1 *Simoniacus dicebatur in veteri teſtamento, qui donum Dei emebat, & vendebat.*
2 *Prohibitio ſimoniaca in nouo teſtamento extenditur ad ea, quæ non ſunt mere ſpiritualia.*
3 *Nuda voluntas ſimoniam non inducit, niſi mentalem.*
4 *Pecunia ſimoniace data, reſtituenda eſt illi eccleſiæ, in cuius iniuriā data eſt.*

## CAP. XXXVIII.

COnſulere,& infra. [Vicedominatū]
quamuis enim in
1 veteri teſtamento ſimoniacus † eſſet is, qui donum
Dei emebat,& vendebat.i. Spiritus Sancti gratiam,
quæ in ſacramentis & mere ſpiritualibus tantum conſiſtit. j. q.j.
quicquid. ad quod etiam deſignandum venditores & emptores
columbarum.i.gratiæ Spiritus Sancti dominus eiecit de templo
j.q.j. qui ſtudet.& de his intelligendum ſit,ꝙ ſunt prohibita,quia
2 ſimoniaca.† In nouo tamen teſtamento extenditur hæc prohi-
bitio etiam ad ea,quæ non ſunt mere ſpiritualia,ſicut eſt præpo
ſitura,œconomatus,vicedominatus,aduocatia, gaſtaldionatus,
iudicatura,& quælibet adminiſtratio eccleſiaſtica, & omnia an-
nexa ſpiritualibus,& talia intelliguntur ſimoniaca, quia prohibi
ta ſunt,& de his loquitur hic.& j.q.j.ſi quis epiſcopus. & q.iii.Sal-
uator. & s̄.eo.t.c.j.& j̄.e.c.fi.nam qui talia vendit,nec ſpiritualia
inuendita derelinquit.j.q.iii.ſi quis obiecerit.[Adminiſtrationē]
perpetuam.aliud eſt enim,ſi ad tempus vendantur fructus,quod
dic,vt no.s̄.eo.non ſatis.reſpon.j.[Obtinere]per pecuniam, vt pa
tet.j̄.& j.q.iii.Saluator.[Voluerint.]pacto interueniēte, ſiue cum
effectu,vnde & ſtatim ſequitur.[Tam ementes]&c.quod ſine pa
cto non fit,& eodem modo expone.j̄.e.c.ad fi.ibi.voluerint.alias
3 autem nuda † voluntas ſuis contenta finibus ſimoniam non in-
ducit,niſi mentalem.vt j̄.e.c.fin.quod dic vt no. s̄.eo.tua nos.re-
4 ſpon.j.ver.fi.[Cōtumeliam] Ar.pecuniam † ſimoniace datam re
ſtituendam eſſe illi eccleſiæ, in cuius iniuriam data eſt.ſi. j̄.eod.
audiuimus.in fi.quod dic,vt plene no.s̄.e.de hoc.§.fi.[Voluerūt]
pacto interueniente & c.vt no.s̄.e. ſuper ver.noluerit.& ſuper ver-
bo,tam ementes.

*SVMMARIVM.*

1 *Taxatio,ſiue certa,ſiue incerta,non excuſat.*
2 *Giezi ſeruus Hæliſæi fuit lepra percuſſus,quia vendidit gratiam ſanitatis Regi Aſſiriorum.*
3 *Simoniaci qui, & vnde vocantur.*

## CAP. XXXIX.

SIcut pro certo. [Perſonis] forſan mini-
ſtris archiepiſcoporum,
& epiſcoporum,ne dicamus archiepiſcopis & epiſco
pis,ſicut alias dicitur.s̄.de offi.ord.inter cætera. §.j.qa
patres ſunt,vnde dilacerari non debent,nec diffamari, quamuis
plerique contrarium præſumant.vj.q.j.ſacerdotes.& c. oues.& c.
ex merito.ſed quicquid dicamus,caueant ipſi ſibi, quia ſi ſit, qui
de facto hoc faciat, inuenietur de facto, qui hoc dicat,vt patet.s̄.
de voto.magnæ.§.j.ver.preterea.& ſequen.[Exactiones & extor-
ſiones.]Violentiam notat.j̄.e.audiuimus. vt & no.s̄.e.cum in ec-
cleſiæ.§.penul.in fi.[Pro conſecrationibus]s̄.de elec.vt præteritæ.
contra. Sol. aliud hic,& aliud ibi.Hic enim loquitur de his, quę
exiguntur pro collatione ordinum, ſiue ſacramentorum conſe-
cratione,vel miniſtris eius,quod omnino illicitum eſt, vt hic.&
s̄.c.veniens.j.c.j.ibi vero loquitur de expenſis,quæ fiunt ab electo,
ſiue ordinato,in quibus debent contribuere hi, quos res tangit,
1 quod dic,vt ibi no. [Eſtque taxatum] ver. ſed hęc taxatio † non
excuſat, ſiue certa ſit,vel incerta,vt patet in eo,quod le.& no.s̄.e.
in tantum.§.fi.& c.veniens.¶[Et ad cumulum]ii.pars.[Dānatio-
nis.]Hoc ideo dicit,quia talis conſuetudo non excuſat, ſed accu-
ſat.s̄.de eo qui duxit in matrimo.cum haberet.§.vlt.in fi.s̄.de trā
ſla.epi.licet. §.j.in princ.qa tanto grauiora &c. & diuturnitas tp̄is
&c.vt s̄.e.cum in eccleſiæ.§.j.in fi.& c.non ſatis.in fi.¶[Tantū igi-
tur]iii.pars.[Corruptela]s̄.de conſuet.cum venerabilis.§.fi. [Fir-
miter.]ver.[Vt pro his].ſ.conſecrationib. epiſcoporum &c.vt s̄.
ſubaudi,vel aliis ſpiritualib.vel ipſis annexis, vt patet in eo,quod
no.s̄.eo.c.prox.[Siue collatis.]Deſtruit hic quorundā fraudem,
& peruerſam opinionem,qui dicunt,ꝙ non licet talia exigere an
te factum,ſed ex poſtfacto hoc licet,hoc tn̄ intelligas,prout no.
j̄.e.ſuper ver.prætextu[Aliquid] ſcilicet temporale, vel quaſi,ſe-
cus de ſpirituali,vel quaſi,vel ab alio onere annexo quod dic, vt
le.& no.s̄.de præb.ſignificatum.s̄.de elec.ſignificaſti.in prin.[Præ-
textu]ſiue ſtatuti,ſiue conſuetudinis.Sed contra.j̄. e. ad apoſtoli-
cam.§.qua propter.& præcedē.Sol.Illud loquitur, qn̄ clerici hoc
exigunt a laicis,hic vero quando a clericis, vt ibi not. Sed & pro
ſpiritualibus conferendis,vel collatis nihil exigi debet, vt hic, qđ
& ibi prohibetur,ſi tn̄ talis ordinandus aliquid debet dare de cō-
ſuetudine laudabili,puta x.libras ad fabricam eccleſiæ, vel aliud,
quod ad diuinum cultum ſpectat,vel ad releuationem,vel ſuſtē
tationē pauperis ſacerdotis,& ſi ordo ſit liberaliter conferendus,
tn̄ eſt ex poſt facto ad hanc laudabilem conſuetudinem obſer-
uandam cogendus,vt ibi dicitur,quod & hic non negatur. Et ad
de hic,quod no.ibi.& j̄.e.Iacobus. [Alioquin] ver. [Dederit]vel
2 conſenſerit.s̄.e.non ſatis.§.j.[Cum Giezi] † ſeruo Heliſęi in vete-
ri teſtamento, qui primo Naaman Principi Aſſiriorum gratiā
vendidit ſanitatis,vnde fuit lepra percuſſus.iiii.Reg.v. & ab eo di-
cti ſunt Giezitæ hi ſimoniaci,qui mere ſpiritualia vendere atten
tant,vt hic,& s̄.e.cum in eccleſiæ.in fi.& j.q.j.cito turpem.[Simo
ne]ſcilicet Mago,qui primus in nouo teſtamento a beato Petro
Apoſtolo voluit emere gratiam,ſed audiuit ab eo,pecunia tua te
cum ſit in perditionem,quia donum Dei &c.& ſtatim mortuus
eſt,vt le.& no. Act. viii. & ab eo ementes gratiam ſimoniaci ſunt
3 vocati,vt hic,& s̄.e.non ſatis. §.j.& j.q.j. qui ſtudet † emptores igi-
tur proprie ſimoniaci ſunt vocati, venditores vero proprie Gie-
zitæ.vt patet ex hac & pręceden.gl.

*SVMMARIVM.*

1 *Ignoſcendum ei non eſt, qui obtentu paupertatis,vitam turpem elegit.*
2 *Famem,& ſitim et omnia mala pati debemus potius,quam malo conſentire.*
3 *Diſpenſatur difficile cum depoſito.*
4 *Simonia dicitur hæreſis.*
5 *Monachorum appellatione non ſolum Priores, ſed etiam Abbates continentur.*
6 *Mulieribus permiſſum eſt iura ignorare.*

## CAP. XL.

QVoniam ſimoniaca. [Moniales]Ne
dū monachos.
[Aliquas].ſ.fęminas,vel puellas [Prętextu pauperta-
1 tis.]ſed † non eſt ignoſcēdum ei qui obtentu pauper-
tatis vitam turpem elegit.ff.de ritu nup.palam. §.non eſt.immo
2 potius † famē & ſitim,& oīa mala debemus pati,q̄ malo cōſenti-
re.32.q.v.ita ne.s̄.quod metus cā.ſacris.[Palliare.]Forſan dicebāt,
pauperes ſumus,non poſſumus te ſuſtinere,niſi tibi tecum defe-
ras,vnde viuas, & ſic nullo modo eas volebāt recipere, niſi facto
foro,vel pacto interueniente,& cū ſuper hoc reprehenderentur,
rn̄debant.Quid vultis,quòd faciamus,nō ducit nos auaritia, pau
peres ſumus,non habet legē neceſſitas, & iō ſumus excuſandi.
ar.s̄.de obſer.ieiu.c.ii.& c.fi.j̄.de reg.iu.qđ nō eſt licitū.cū ſuis cō
cor.Tale igitur palliū hic intēdit reprehendere. Quid ergo ſi ſine
pacto paupertatē ſuā allegant dicentes,ꝙ paratę ſunt volentē in-
trare gratis recipere,ipſa tū caute faciet,ſi ſibi prouideat, & ſic ali
quid offeratur? Dic,ꝙ nō eſt peccatū,dummodo pure fiat, vt no.
s̄.c.non ſatis.reſpon.j.in prin.¶[Statuentes]ii.pars.[Quæcunque]
ſ.monialis.vt s̄.e.c.j.in prin.[Siue prelata]ſic in caſu iſto appella-
tione monialiū continetur Abbatiſſa,& iō ſi talis diſpenſatio cō
mittatur,appellatione monachorū ꝯtinetur & abbas.j̄.e.c.fi.& j̄.
e.§.fi.in prin.[Expellatur]retrudenda.quod eſt in fi.huius.§.[In
locum]&c.vt hic ſequitur,& idem eſt de monachis ſentiendū.j̄.
eo.§.fin.quod eſt intelligendum, quando actum eſt in modum
inquiſitionis,nam ſi in modum accuſationis, tunc pœna depo-
ſitionis imponeretur, & hoc eſt, quod diſtinguitur, ſupra eod.
dilectus.& ita intelligenda eſt hæc cum diſtinctione illius ſecun
dum dominum noſtrum.Alii dicunt,ꝙ illa corrigitur per hāc,
& qualitercunque conſtet de crimine contra monachos regu-
lares,hęc tamen pena eſt imponenda, vt ſcilicet expellantur, &
in arctiori monaſterio ad agendam perpetuam pœnitentiam de
trudantur ſine executione ſui ordinis, cū alias veram pœniten-
tiam agere non poſſent.j.q.vii.requiratis.& ſic non obſtat.s̄.de ac
cu.inquiſitionis.quia ex quo executionem non habent, ſatis in-
telliguntur deponi, ſed nec extra clauſtrum morari debent, ne
damnabiliter euagentur,vt hic ſequitur,& arg.s̄.de regula.ca.fin.

Tu dicas,ꝙ hæc,cum indiſtincte loquatur,intelligenda eſt ſecundū diſtinctionē illius.ſ.e.dilectus.ij.ff. de leg.nō eſt nouū vt pater. ſ.de app.paſtoralis.& c.vt debitus.ergo in modū accuſationis deponit in modū vero inquiſitionis nō deponit,qđ dic,vt le.& no. ſ.e.dilectus.j. Quicquid tñ fiat,in arctius monaſteriū detrudunt, vt ſequit hic , & ibi dr. ne per ſeculū dānabiliter euagentur , vt ſ.no. Nec dicas non eſſe vim faciendam in depoſitione, vel quia per hoc,ꝙ non habet talis executionem,ſatis intelligatur depoſi-
3 tus,hoc enim non eſt verum,quia† cum depoſito non ita de facili diſpenſatur,vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ. de cleri. non reſi.ex tuæ.§.fi.[Arctioris.]Et nunquid reddetur ei pecunia,ſi quā dedit,ne inueniatur ſecundo monaſterio oneroſa,dic,vt no. ſ.c. de hoc.& de cleri.coniu.quod a te. Quid ſi non inuenitur.monaſterium arctius?Nihilominus mutabitur.ar.81. diſt. valet. vel,ſi viſum fuerit,renuntiabit loco , & de nouo diſpenſatiue reſtituetur in illo.ar.j.eod.§.quod ſi forte. Vel dic, ꝙ infra tecta eiuſdem monaſterij in aliquo ergaſtulo retrudetur , vbi arctiorem vitam ducet,quam alii.ar.l.diſt.ſtudeat.& ſic ſeruabitur mens huius pene:arctior enim vita arctius reddet monaſterium , nam & ſicut alias legitur,habitus non facit monachum,ſed profeſſio.ſ.de regularibus.porrectum.& patet in ſeq.gl.[Perpetuam.]ſi.j.q.j.reperiuntur.& ca.ſi quis neque.vel in perpetuum carcerem ſicut hæ-
4 retici.vt.j.de hæret.c.penult.† nam & hæreſis dicitur ſimonia. vj. q.i.§.ſed licet.[Retrudenda]Supradicta intelligas de illis, qui poſt hoc ſtatutum taliter ſunt recepti , & ſic continuatur ſequens. §. de his autem. ¶De his autem] iii.pars.ſ.monialib. [Vt remotis] ipſius monialibus.alias remotæ,& de planior litera.[Eiuſdem ordinis]non arctioris ſicut primæ.vt ſ.§.j.Hæc enim eſt differentia inter has & illas , & ſic mitius agitur cum iſtis, quam cum illis , quod & faciendum eſt.ar.ſ.de conſti. cognoſcentes. [Collocentur]ſcilicet eædem moniales,ſi commode fieri poteſt,& ſic continuatur ſequens §. ¶Quod ſi forte ] iiii. pars. [Multitudinem.] propter quam ſeueritati detrahitur,vt hic.& ſ.e.dilectus. filius A. reſpon.j.in fi.& j̄.de cleri.excommu.miniſtratores. quod dic, vt legitur,& no.ſ.de tempo.ordi.c.ii. [Commode.] nam illud ſolum poſſumus,quod commode poſſumus, vt hic. & ſ. de elect. quia propter.[Collocari]ſcilicet hæ,quæ receptæ fuerunt ante hoc ſinodale ſtatutum,vt ſ.e.§.proxi.nam illi continuatur.& idem intelligendum,eſt ſi eadem cauſa ſubſit,vel ſimilis de receptis poſt, quia vbi eadem ratio idem ius,vt legitur,& not.ſ.de conſanguinitate.tua.maior tamen pœna imponitur,quod dic,vt not ſ.eo.§.j. [De nouo]ſi.ſ.eo.ex inſinuatione.ca.i.& ij.& ca. de regularibus. quę intelligenda eſt ſecundum hanc.Et no.ꝙ de hoc.§.fit mētio in literis,quæ de hac materia emanant a pœnitentiaria tota die.
5 & j̄.eo.c.fina.¶Hoc etiam]ver.pars. [Monachos.] quorum†appellatione non ſolum priores, ſed abbates etiam continentur,vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ.e.§.j.[Verum] ver. [Excuſare].ſ. monachi per ignorantiam,moniales vero non ſolum per igno-
6 tiam,ſed etiam per ſimplicitatem†nam permiſſum eſt mulieribus ignorare iura. ff.de probationibus. cum de indebito.§.finautem.& idem poteſt dici,de monachis rerum forenſium inexpertis,vt ibi,& ſic poteſt intelligi.C.de epi.& de ſindico.& ca. vnico.ſ.de act. olim.reſpon.j.ver. in negotio.quod verum eſt de his, qui nunquam clauſtrum exiuerunt,ſed cum hodie pauca ſint monaſteria,quorum fratres ad iura audienda non exeant,non poterunt de facili iuris ignorantiā allegare.[Singulis anni]ſic.ſ.de locato c.j.82. diſtin.propoſuiſti. ſ.de accu.ſicut olim.§.j.in fi.& j̄.de iudeis ita quorundam.in fi.j̄. de pœ.omnis.reſpon.j.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatorem ſuum corrumpere an licitum ſit.*

CAP. XLI.

AVdiuimus. [Epiſcopis]Multa & alia audiuimus de monachis, vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ. de præben. ca.auaritiæ.& c. de monachis.ſ.de ſup.neg.præla. c.ii. [Ipſas.] ſcilicet eccleſias.[Interdicto.]vt abſolutio redimatur , ſicut & ſ.e.ad aures.[In eiſdem. ] ſcilicet eccleſiis . [Inſtitui ] quod nec ſine ipſis fieri poteſt,vt patet in eo,quod legitur, & notatur.ſ.de cleri. peregri.c.fi.& de offi.archid.cum ſatis.[Donec ipſis]ſcilicet epiſcopis contra id quod legitur.ſ.e.non ſatis.reſpon.j.ver.fi.[Perſoluatur] Et nunquid iſte,qui ſoluit, ſimoniacus eſt? Videtur quòd non ,
1 nam & licitum eſt accuſatorem ſuum corrumpere.ii. q.ii.§.notandum.& iuſtitiam,ac vexationem ſuam redimere, quod dic, vt no.ſ.eo.dilectus.ii.¶Preterea]ii.pars.[Relinquerit].ſ.miles,vel clericus,ſuper quo diſtinguendum eſt,quod dic,vt legitur, & no. ſ.de ſepultu.de his.[Ingerunt ] ſcilicet prælati interdicendo , vel excommunicando,vel pignorando,vel alias vexando, ſeu etiam ipſis conquerentibus iuſtitiam negando,ſ.eo.dilectus.ii. j̄.de priuil.ca.iiii.& c.quanto.j̄.de pœ.cap.iii.¶Cum igitur]iii.pars.[Ab omni ſpecie mali.]ſic.j.q.j.emendari.ſ.de vita & hone. cler.cum ab omni [Exactiones.]Super hoc vide quod no. ſ. eo. & ſi quæſtiones.§.fi.ver.penul.[Quod ſi quis]ver.[Duplicata]ſi.ſ.de cenſi. procurationes.in fi.in Auth.de ſanc. epi. ii.colū.§.ſi vero laicus, coll.ix.ſupra de immuni.eccl. quia plerique . vbi de hoc.[Reſtituat.]conuertendo fideliter.quod eſt.j̄. in fi. [In vtilitatem] &c. [Quorum.]ſcilicet locorum.[Diſpendium] ſi.ſ.e.conſulere.

SVMMARIVM.

1 *Exequiis pro mortuorum nihil eſt extorquendum.*
2 *Venetijs decima mobilium mortuorum ſoluitur.*
3 *Sacramentis in ſuſcipiendis aliquid dare ſpecies mali eſt, licet ſit ex conſuetudine,quæ non eſt ſeruanda.*
4 *Pretium,an poſſit dari pro pſalterio legendo iuxta corpus mortui.*
5 *Sacramentis pro eccleſiaſticis aliquid exigere malum eſt.*
6 *Sacramenti in collatione, nec pecunia exigatur,nec actio,nec ſatiſdatio.*
7 *Clerici obtentu alicuius conſuetudinis nihil dabunt pro ſacramentorum collatione.*

CAP. XLII.

a
1 AD apoſtolicam.[a] [Pro exequiis mortuorū] Pro his †enim & ſimilibus nihil eſt extorquendū, vt ſequitur. & patet.ſupra eo.ſuam.& c.cum in eccleſię. [ Exigunt.] Violentiam notat.ſi.ſupra eo.ſicut pro certo.reſpon.j.& c. ſuam. & c.ad noſtram.in fi.& c.ea quæ.& c.non ſatis.reſpon. j.ver. fina. [Extorquent]iniuſtitiam ſapit.[Et ſi forte]ver.[Cupiditati] quæ in clericis,& maxime religioſis potiſſime reprobatur. ſupra de cenſibus.ea quę.ſupra,de decimis. ca.j. ad fin. ſupra de præbend auaritiæ.[Impedimenta fictitia] puta infirmitatem grauiſſimā, quare non poſſunt a lecto ſurgere,non eſt præſens ille, qui habet clauem, vel vocatus eſt ad maius tribunal, vel habet maioribus negotiis intendere, vel opponunt excommunicationes, ſuſpenſiones,interdicta,vel conſimilia.ſi.ſupra e.cap.proxi §.j.[Fraudulenta.]ideo non debet eis prodeſſe, ſed potius obeſſe. ſupra qui ma.accu.poſſ.ſignificante.ſupra de reſcrip.ex tenore.in ſi.[Opponunt]quod malum eſt ex parte clericorum, & eſt aliud malum ex parte laicorum,vt in ſeq.§.¶Econtra vero]ii. pars.& econuerſo[Laudabilem conſuetudinem ] quæ eſt , vt offeratur candela groſſa cum denariis,vel ꝙ capellanus habeat veſtes mortui, vel a nubētibus caput bouis,vel aliud certum quid,vel aliud quodcūque ſit ſimile, tales enim laudabiles conſuetudines ſunt ſeruandæ,vt hic patet, & in Auth.de ſanc.epi.§. pro conſuetudinibus. coll.ix.& xi.diſt.in his.ar.xvi.q.i.ſtatuimus.xii.q.j. duo. de conſe. diſtin.j. omnis chriſtianus. Cauendum eſt tamen,ne ſacramentum eccleſiaſticum retineatur loco pignoris , ſed gratis & ſine dilatione exhibeatur, & poſtea non pro ſacramento, ſed quia talis eſt conſuetudo , is, qui innititur cam infringere, per cenſurā eccleſiaſticam compellatur.vt j̄ §.j.& no. ſupra eo.ſicut pro certo.§.fi.& j̄.e.Iacobus.ſed do.no.aliter hic intellexit. vt in ſeq. glo. [Infringere] Non dicitur hic, ꝙ aliquid ſoluatur ꝓ eccleſiaſtico ſacramento, illud enim penitus illicitum eſt , vt.ſ. e.c.reſpon.j. cum ſuis cōcor.ſed hoc tantum pertinet ad officium epiſcopi, vt ſi ſuis velit mutare cōſuetudines laudabiles ſolicitando . ſcilicet vel ſtatuendo, ne quid detur ꝓ ſepultura, vel ſimilibus compeſcatur , nemo tamen cogitur ea ſeruare. ſ. eo. non ſatis. in ſi. cum ſuis concordan. ſecundum. d. n.& facit pro ipſo , quod hic dicit, & quod præcedit de hæretica prauitate ,quia & tales ſtatutores ſicut hæretici ſunt excōmunicati. j̄. de ſen.exc.nouit. Quid ergo ſi conſuetudo erat , ꝙ veniens ad pœnitentiam daret vnū denarium, vel ſimile, nunquid eſt cogendus ipſum dare? Non, quia talis aut dedit coactus, & ſic fuit ſimoniacum.ſ.ſ.ſuam.& ca.cum in eccleſiæ,& contra ius naturale, quare præſcribi non potuit, & per conſequens nec conſuetudo erit. ſ. de conſuet.ca. fi.viii. diſti.quæ contra. aut voluntarius,& ſic non eſt cogendus. ſecūdum. d. n. Sed ſalua reuerentia tanti patris contrarium pōt elici in eo, quod legitur,& no.ſ. de cenſi.ex parte.§.j.& j̄.e.§.j.& ipſemet contrarium videtur innuere in ſequen. quæſtione. Quid ſi conſuetudo ſit, quòd non tēpore collationis ſacramen-
2 torum, ſed tēpore mortis aliquid certum detur † ſicut Venetiis ſoluitur decima mobilium, in Britannia vero tertia in opus eccleſiæ,vel pauperum diſpenſanda , vnde cogendi ſunt talē conſuetudinem obſeruare.xj. diſt.in his. xij. diſtin.illud. ridiculum conſuetudo.& ſic intelligitur quod hic dicitur,& ex eo quod tāto ſoluerūt tēpore, ſi ead hoc præſumūtur voluntarie obligaſſe. ſecundum do.no. Quod dicit de conſuetudine Venetiarum, nō eſt omnino ſine ſcrupulo,ſi conſideretur cauſa ſolutionis,ita eſt enim de conſuetudine ibi, ꝙ in vita ibi nihil ſoluitur de decima,in morte vero omnia mobilia decimantur , quod quandoque eſt eccleſiis damnoſum, & quandoque lucroſum , ſecundū ꝙ viuunt homines plus,vel minus, nā ſi viuat centum annis paterfamilias pro decima nihil ſoluit,etiam de fructibus prouenientibus ex immobilibus, licet pauci ſint ibi, ſi vero hodie moritur, & ſuccedat filius omnia mobilia decimantur, ſi cras moriatur filius,

ADDITIO.

a ¶Pro materia huius Decretalis vide notata per Panor. ſupra eo. ſuam. & hic in gl.fi.poſt Inn.& iſtum.

filius,qui ſucceſſit,iterum omnia mobilia,quæ decimata remanſerant,decimantur:ſi interim tertia die moriatur nepos, qui ſucceſſit filio, & iterum eadem mobilia tertio decimantur, & ſic in infinitum,ergo quo ad immobilia, licet pauca ſint, cum nec in illis conſuetudo excuſet.ſicut no. d. n. ſ. de decimis.in ipſa rubrica,nec quo ad mobilia,cum & in vita nihil detur pro decima,& ſic contra quondam patris conſuetudo , quæ nulla eſt,allegari non poſſit,vt patet in eo,quod legitur, & no.ſ. de decimis.in aliquibus.§.fi.excuſationem perfectam non video , niſi forſan talis conſuetudo ſit a ſede apoſtolica approbata , vt patet in eo , quod legitur,& not.ſ. de decimis.a nobis.& ca.tua.& j̄. Quid ſi tempore collationis ſacramentorum conſueuit aliquid dari? Non cogi-
3 tur quis talem conſuetudinem obſeruare,†quia ſpecies mali eſt. ſ.eo.c.proxi.§.fi.& quia nec ante,nec poſt dandum eſt aliquid. j. q.ii.c.ii.ſecundum do.no.& melius.ſ.eo.ſicut pro certo.§. fi. Sed quicquid dicat,dic, vt ibi no.& in præceden.glo.in cuius mente concordauerunt in ſcriptis ſuis.T.lo.Goff. B.& quaſi omnes doctores.Et habet locum hoc, quando eccleſia contra laicum conſuetudinem allegat,ſecus quando contra clericum , qui tunc diſtinguitur,& determinatur,vt no.ſ.e.c.Iacobus. & no. ſ. de decimis.ad apoſtolicam.in fi.Illud tamen in omnibus certum eſt, ꝙ gratis pōt recipi,quod gratis offertur.j. q.ii. quam pio.prout legitur,& no.ſ.e.dilectus.j.in fi.Quid de his,qui habent diuerſa cœmiteria,vnum vocant Paradiſum,in quo non ſepelitur aliquis , niſi prius ſoluantur quinquaginta libræ,aliud vero commune?Quid ſi maior crux non deportetur , niſi pro certo pretio habito ? De his,& decem aliis quæſtionibus inuenies in Summa.eo.tit.§.qualiter committatur. ver. Quid de his, qui habent diuerſa cœmite-
4 ria,& ſequentibus vſque ad.§. lingua. † Et nunquid poteſt dari pretium pro pſalterio legendo iuxta corpus defuncti? Dic, vt no. in eodem.§.ver.quid ſi clericus. [Sub prætextu. ] prætextu enim pietatis non eſt impietas committenda. j. q. j. non eſt putanda . xiiii.q.v.neque enim ſi agris.xxx.q.j.noſce.j̄.de vſur.ſuper eo. [Canonice]q.d.ſimoniacum eſt , & contra canones,quare nihil penitus ſolueremus.[Pietatis.]alias prauitatis, & tunc expone canonice,quod præcedit.i.canonicorum.q.d. tanta eſt prauitas canonicorum,ſiue clericorum,ꝙ nihil ſoluemus eis,quæ excuſatio reprobatur. ſ. de decimis.tua nobis.§. prætextu. ¶Quapropter] iii.
5 pars. ſcilicet † quia pro ſacramentis eccleſiaſticis aliquid exigere malum eſt, vt ſ.eo. c.reſpon.j.& econuerſo id , quod conſuetudo laudabilis introduxit eccleſiis ſubtrahere,quaſi hæreticum eſt,vt ſ.§.proxi.& ideo vtrunque corrigendum eſt . [Quare ſuper his ] &c.[Prauas.]prauę intelliguntur,quando pro ſacramentis eccleſiaſticis exiguntur ante collationem ipſorum,vel poſt,etiam obtentu conſuetudinis cuiuſque,vt patet.ſ.e.ſicut pro certo. §. fina. vel quando ante ſolutionem , vel ſaltem ſatiſdationem denegāt eccleſiaſtica ſacramenta,vt patet ex frequentibus.[Prohibemus] ſic corrigitur primum malum.[ Et pias ] ſubaudi pie.i.libere vt ſequitur.[Præcipimus]& ſic corrigitur ſecundum malum.[Obſeruari]cum effectu.argum.ſ. de cleri. non reſi.relatum.ergo is, qui contra conſuetudinem ius introductum eccleſiæ ſubtrahit, ſatiſfacere cogitur, vt ſequitur,alias cum effectu conſuetudo nō obſeruaretur,& hoc euidenter eſt contra id, quod legitur ſecundum dominum noſtrum.ſ.§.proxi.[Statuentes]ver.[Vt libere ]
6 q.d.quando petitur ſacramenti † collatio,nec pecunia exigatur, nec ſatiſdatio,vt no.ſ.nec etiam aliqua pactio, quæ in talibus reprobatur,vt legitur,& notatur.ſ.eo. tua nos.reſpon.j. nec dicatur a ſacerdote ego non exhibeo hoc ſacramentum , niſi ſatisdes, quaſi retineatur ſacramentum loco pignoris : ad hoc enim nulla conſuetudo prodeſt,& ſic intellige iura,quæ dicunt, ꝙ conſuetudo non prodeſt in talibus.ſ.e.ſuam. & cap. etiam. & cap.cum in eccleſiæ.§.j.& cap.non ſatis . §. fina. & omnia ſimilia immo omnino libere conſerantur , vt hic dicit,& probatur.j. q. j. quicquid.& ſ.co.in tantum.§.[Sed per epiſcopum] q.d.ſacerdos non erit iudex in re propria , immo recurrendum eſt ad diœceſanum,ad cuius prouidentiam eſt recurrendum . j̄.de ſenten.excomm.monachi.x.q.j.regenda.& cap.decernimus.& ſi videatur ſibi conſuetudo probata,& laudabilis,ad coertionem procedet,alioquin abſtinebit.Vel quaſi diceret,ꝙ presbiter non agat in formam iudicii,ſed hoc tantum epiſcopo denunciet. Vel etiā ſi diceremus,ꝙ presbiter petitionem non habeat,quædam enim ſunt, quæ & ſi honeſte accipiantur, inhoneſte tamen petuntur. ff.de var.& extraor.cog.l.j.§.eſt quidem res ſanctiſſima. & argu.ff. qui & a quibus ma.lib.non ſi.l.ſi.§.ſi.tamen epiſcopus ex officio ſuo de plano & ſine libello facta ſibi fide de conſuetudine ipſam faciet obſeruari. Nos tamen dicimus,ꝙ bene habet presbiter ius petendi ſaltem in modum denuntiationis, de qua notatur,& legitur.ſ.de iud.nouit.§.liceat : ſed de plano, & ex officio expediendus eſt,vt hic innuit,& ibi not.[Compeſcantur.]ſcilicet laici, de quibus fuit querela expoſita.ſ.§.j.& ſic intellige iura illa, quæ in-
7 nuunt conſuetudinem in talibus eſſe ſeruandam. † Nam clerici etiam obtentu alicuius conſuetudinis nihil dabunt.vt ſ. eo.ſicut pro certo.& cap.in tantum.§.fi.& j̄.eo. Iacobus. vbi de hoc.& eſt ſi.ſ.de decimis.c.j.& ii. [Malitioſe] ſub prætextu canonicæ pietatis,vt legitur, & notatur.ſ.eo.§.proxi.ad fi.

SVMMARIVM.

1 *Solennitates eccleſiarum de iure communi ad Archidiaconos ſpectant.*
2 *Pro ſolennitatibus nihil eſt exigendum.*
3 *Inſtituta originalia,omnino ſunt ſeruanda a monachis, & ab aliis.*
4 *Priuilegium habens ipſum allegare,& exibere tenetur,& in quo loco.*
5 *Papa mandando monachis aliquid,quod eſſet peccatum,vel contra ſubſtantiā ordinis,an ei ſit obediendum.*
6 *Dictio,perpetuo,quomodo intelligatur.*

CAP. XLIII.

NE Dei eccleſiam , & infra .
1 Solennitates.] quæ† de iure communi ad archidiaconos ſpectant.ſ.de offi.archid.ad hęc.§.in quendā. & c.vt noſtrum . ſed illa ſolennitas non eſt in abbatibus Ciſter-
2 cien.ordinis requirenda,vt hic dicit, pro †quibus etiam nihil eſt exigendum.ſ.eo.in tantum.§.fin.alias autem de plano inſtallari poterunt per monachos eligentes,ſed caueant, ne præpoſterent , vel offendent,ſuper quo vide,quod legitur,& notatur. ſ.de elect. eccleſia.ſ.j.ante fi.¶ Adiicimus]ii.pars.[Archiepiſcopi.]in quorū diœceſibus veſtra monaſteria ſunt conſtructa.ſ.de relig.do.de xenodochiis,quod ſi tertio requiſiti ipſos benedicere noluerint, licet eiſdem monachos proprios benedicere, & alia,quæ ad hoc officium pertinent,exercere.ſecundum id quod legitur,& notatur.ſ. de ſupplen.negligen.præla.c.j. [Profeſſionis].i.obedientiæ profeſ-
rat, ſed peccatum. Iſa.lix.a. Iniquitates veſtræ diuiſerunt inter vos,
& Deum veſtrum. Secundus vero effectus, qui, & ex hoc ſequitur
eſt, vt a communione eccleſię omnino ſepararetur.1.q.4.Engel
trudam.j̃.de ſent.excom.c.pen. Et quantum ad hęc duo, ſiue eo-
rum ſufficientem effectum ſemel excommunicatus, amplius ex-
communicari non poteſt. Tertius eſt, vt ab omnibus catholicis
ſemper ſic excluſus reputetur, & teneatur, donec ſm̃ formam ec
cleſiæ per ſuum presbyterum fuerit abſolutus, vt probatur j̃.in eo
quod leg.& not.j̃.de ſent.excom.cum deſiceres.§.j.ad fi.& c.a no-
bis.ii.§.j.& c.nuper.§.pen.& fi. Effectus vero ſecundę ſententię eſt
vt ex ſecunda cauſa iterum de nouo a Deo ſeparatus, & a diabolo
magis ligatus, ac a fidelibus magis euitandus eſſe ex nouo ſuper-
uenienti vinculo, ſeu delicto oſtendatur, & declaretur. Et idem in
telligas de tertio & de quarto, & ſic de ſingulis, & quantum ad
hanc iterationem iterum & iterum. Et quoties opus eſt, excom-
municatus excommunicari poteſt, arg.ff de edẽ.veluti.& ex hoc
ſequitur, ꝙ aut nunquam vere abſoluitur, aut ab omnibus, ſicut
& in diuerſis peccatis ſine aliqua excommunicatione accidit. Et
10 † ꝙ oportet, ꝙ abſolutio fiat per iudicem ſuum presbyterum nõ
inferiorem. Hęc ẽnim fori pęnitentialis ſunt, vt patet in eo, quod
leg.& not.j̃.de pe.quod quidam.& de ſent.excom. cum pro cau-
ſa.& c.officii.& c.canonica. Qñ vero iniuſte fertur, vnicus tm̃ effe
ctus eſt, quotieſcunq; quis excommunicetur, vt videlicet talis tã
a ſe, q̃ ab aliis tanquam ſeparatus & vere excommunicatus repu-
tetur, donec per ſuum iudicem aliud decernatur. & ſi in veritate
excommunicatus, ſeu a Deo ſeparatus nõ ſit. Alioquin ſi ligatus
hoc contemnat, incipit etiam quo ad Deum ex contemptu liga-
ri.xj.q.iij.§.ſi ergo.§.cum ergo. & ex hoc etiam de nouo magis ex
communicari, & puniri iuſte poteſt. Sed & cum eo communi-
cantes ex hoc, excommunicari & puniri poſſunt.j̃.de cler.iexcõ.
mini.c.fi.§.fi.& hoc totum ſtatutum eſt in reuerentiam cenſurę
eccleſiaſticę, & eccleſiæ poteſtatis, vt patet in eo, quod leg.& no.s̃.
de hære.excommunicamus.j.§.j.& j̃.de pęn.c.fi. Igitur, ſi hoc per
ſpicaciter conſideraueris, inuenies, ꝙ dummodo non contemna
tur cenſura eccleſiaſtica, parum aut nihil operatur, ſicut nec poſt
mortem factam abſolutio quantum ad eccleſiam triumphantẽ.
Quantum vero ad militantem, ſemper & multipliciter operatur
& vt patet in eo, quod legi.& not.j̃.de ſent.excom. a nobis.ii.§.j.&
ꝙ pro peccato occulto non eſt ferenda in ſpecie excommunica-
tionis ſententia.xj.q.iii.audi.& c.ſeq. quamuis in genere ferri poſ-
ſit, vt patet in eo, quod leg.& not.s̃.de ſimo.ſicut nobis.& de offi.
ord.ſi ſacerdos. Sed nec talis euitatur, donec denũciatus ſit, quod
11 dic, vt not.j̃.de cle.excom.min.propoſuit.§.j. arg. ꝙ † nullus debet
com-

communicare cum aliquo,ex quo per eccleſiā euitatur.ſ.de cohab.cler.& mul.c.veſtra.ſm hæc ergo in præceden.& ſeq.no. intellige & expone,quod leg.ſ.de reb.eccl.non alien.ſi quis pbrorū. vbi dicit, percutit.i ab eo percuſſum & ſeparatum, ac a fidelibus euitandum p pronunciatione eccleſiæ eſſe oſtendit, & deſcriptionem poſitam in Sum.de ſent.excom.§.j.& oēs alias authoritates & iura conſimilia,licet ɔ̄rium innuere videantur.Hoc tñ credendum firmiter & tendum,ꝙ excōicatus difficilius reſurgit,& gratiam Dei recipit,q̄ aliquis alius peccator nō excōicatus,& ꝙ orationes ſuæ,& alia opera de genere bonorum,quæ facit, debiliora ſint,q̄ in alio,ſuper quo vide,quod no.in Sum.de pę.§.& an fictæ penitēti. Et ꝙ Angelus ſibi datus ad cuſtodiam minus laborat ꝓ
12 ipſo, † & Angelus malus maiorem ptātem hēt in ipſo.Nā & ſm ſanctos tali homine vtitur,ſicut ruſticus aſino,ſiue iumento ſuo. Sed & ſemper virtus ptātis eccleſiaſticæ etiam quo ad triumphātem eccleſiam aliquid operatur in ligando,ſicut in abſoluēdo, ſuper quo vide,quod no.in Sum.de pę.ſub rub.de remiſſ.§.j.per totum.& §.ad quid valent.Quinimmo & de nouo ligatur etiā ipſa anima quo ad Deum,nam ex quo ponis iuſtam ſnīam, nouam ſupponis inobedientiam,cum nunquam feratur ab homine,niſi monitione pręmiſſa,& alio ſuo ordine obſeruato.j̄.de ſent.excō. ſacro.Nec a canone,niſi rōne facti ab ipſo damnati,& ſic ſiue ab homine,ſiue a canone iuſte excommunicetur quis, ſemper hoc accidit pp nouam inobedientiam,ſiue cōtumaciam,pp quam & ipſa anima de nouo ligatur,vt expreſſe colligitur.24.q.3.de illicita.ad fi.& c.corripiantur.& c.Deus.xj.q.iii.nemo epōrum.& vj.c. ibi ſeq.Ergo quicquid.ſ.dicatur effectus iuſte excommunicationis eſt,vt per ipſam anima ligetur,& a Deo triumphante eccleſia ſepararetur,& tradatur Sathanæ in interitum carnis.xj.q.iii.audi. Vere tñ loquendo non ligat homo,ſed Chriſtus homine mediāte.xj.q.iii.nemo contemnat.& c.ſeq. Vbi autem eſt certum,quòd nulla eſt ſnīa,ita ꝙ nec aliquod exinde occurrat dubium, nullus eſt effectus,vt patet in eo,quod leg.& nor.ſ.de exceſſ.præla.cū ad quorundā.& c.dilectus.& ſ.de app.dilectis.ad fi.& extra do.no.de ſent.excom.ſolet.lib.vj.& ſ.de off.dele.cum contingat.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſtantinus Imperator contulit libertatem eccleſiis, & iudæos ſeruituti ſubiecit.*
2 *Iulianus imperator dedit iudæis licentiam nouas ſinagogas conſtruere.*
4 *Aedificium nouum facere ſi prohibentur, non prohibetur vetus reædificare.*
4 *Epiſcopus ſi rectorem eccleſiæ remouit ſententialiter, an poteſt patrono inuito reſtituere.*
5 *Rem meliorem facere non eſt licitum ſemper.*

CAP. VII.

1 Onſuluit,& infra. [De nouo.]Cōſtantinus Imperator† ɔtulit libertatem eccleſiis, & iudæos ſeruituti ſubiecit, ſm T.de facto.Nā de iure hoc operata eſt mors Chriſti,vt patet in eo,quod leg.& not.j̄.e.& ſi iudæos.rñ.j.& §.fi.Poſtea
2 vero Iulianus Imperator & apoſtata dedit iudæis licētiam nouas conſtruere ſinagogas,vt leg.in cronicis.T.De iſto Cōſtantino loquitur in illa palea.xcvj.diſt.Cōſtantinus.De Iuliano vero.xj.q.iii. Iulianus. [Pati.] quia nec lex humana patitur, vt leg.& not.ſ.eo. c.iii.¶Verum.] ii.pars. [Si antiquæ.] ſ.ſinagogæ. [Reædificēt.]ſic
3 patet,ꝙ aliud † eſt de nouo ędificare,quod prohibetur.ſ.eo. rñ.j. Aliud reędificare,quod conceditur,vt hic,& ff.de no.ope.nun.l.j. §.opus nouum.& §.ſi quis ędificium.ff.de iti.actuq; pri.l.iii.§.reficere. Sed & aliud eſt tueri, qd̄ poſitum eſt,aliud nouum facere. ff.de vſufr.l.vſufructuarius nouum.ſ.de cenſi.cum venerabilis.Eſt
4 tñ ɔ̄rium arg.ff.de mor.infe.l.j.§.ędificare.Et faciunt † hęc ad queſtionem,qua quæritur,vtrum epſ rectorem alicuius eccleſię, quē ab ea ſentētialiter remouit, poſſit ad eā poſtea reſtituere patrono inuito.Et eſt dicendū,ꝙ nō,arg.xxj.q.ii.ſi quis iam tranſlatus.ſ.de off.arch.ad hæc.§.fi.ſ.de iure patr.poſtulaſti.¶Non aūt.] iii.pars.
5 [Precioſiores.] Nō ergo licet†vnicuiq; rem facere meliorem, vt hic,ſicut nec vſufructuario.ff.de vſufr.hactenus.& l.quamuis.& l. ſi cuius.§.ſi ędium. [Qui vtiq;.] ver.[Tolerantur.] Hoc aūt ideo fit,vt ad fidem facilius trahantur.xlv.diſt.qui ſincera. & quia vbique ipſi parati ſunt ſeruire.23.q.8.diſpar.

*SVMMARIVM.*

1 *Aſſiduitas reprobatur cum iudæis.*
2 *Iudæi in multis ſunt ſuperſtitioſi.*
3 *Iudæi per ſignum certum debent dignoſci.*
4 *Conuerſatio continua, & aſſidua reprobatur cum iudæis.*
5 *Innocens credit omni verbo.*

CAP. VIII.

1 Dhæc omnibus. [Aſſidue.]ſic†aſſiduitas tm̄ reprobatur.ſi. ſ.de vi.& hone.cle.monaſteria.qd̄ eſt intelligendum ſm tenorē illius c.ſ.e.multorū.§.j.Nā in domib.nullo modo licet ſm quoſdā.Tu dicas,ꝙ ſ.c.multorum.§.j.nullo modo aſſiduitas reprobatur, immo & indiſſolubilis aſtrictio cōprobatur.In domibus aūt,& ſi qñq; intret homo,nō obeſt,dūmodo nō frequenter,vel ad morā continuā ſe aſtringat,vt patet ex hoc verbo,& ſeq.& j̄.eo & ſi iudæos.& 38.q.j.iudæorū.& c.ſæpe.[Qd̄.] ſ.ne aſſidue iudæorū ſeruitio ſe exponant. [Etiā obſtetricib.&c.] chriſtianis.ſ. [Curetis.] ſubaudi. [Et ne infantes.] &c. [In eorū.] ſ.iudęorum. [Domibus.] Maxime, nā & extra domos eadē prohibitio ſe extendit,vt & innuitur j̄.eo.& ſi iudæos.§.pe.& fi. [Qm̄
2 iudæorū.] ver. [Mores.] Fides aūt eadem eſt, licet † ipſi in multis ſint ſuperſtitioſi,vt patet ſ.de puri.poſt partū.c.vnico. [In nullo.] i.in paucis,nā & in aliquib.conueniunt.j̄.eo.in nonnullis.reſpō.j
3 [Cōcordant.] xxiii.q.viii.diſpar. Vnde & in habitu p ſignum certum debent dignoſci.j̄.eo.in nonnullis. [Et ipſi de facili.] ecce cā
4 quare prohibetur. [Ob cōtinuā &c.] ecce ꝙ † cōtinua conuerſatio,& aſſidua familiaritas tm̄ hic reprobatur,vt & no.ſ.ſuper verbo,aſſidue.& eſt rō,quia vt dicit Pſal.Cum ſancto ſanctus eris &c. [Ad ſuam ſuperſtitionem.] ſi.xxviii. q.j. ſæpe. [Simplicium.] qa
5 † innocens credit omni verbo.22.q.4.innocens.

*SVMMARIVM.*

1 *Eccleſia ſaluat corpora ad ſe confugientium.*
2 *Occidere de iure cui ſit permiſſum.*
3 *Pœna non infertur, niſi per iudicem.*
4 *Sepulcra hoſtium religioſa non ſunt.*
5 *Iudæi licet fidei noſtrę, hoſtes ſint, ſerui noſtri ſunt.*
6 *Pecunia in ſepulchris ponenda non eſt.*
7 *Iudex pro quolibet peccato non debet ſemper vnumquemque deponere, vel excommunicare, vel ſententiam fulminare.*

CAP. IX.

1 Icut iudæi, & inf. [Compellat.] Quippe Chriſti fidem &c. vt j̄.eo.rñ.in fi. [Confugerit.] Si † eccleſia ſaluat corpora ad ſe confugientiū,ſm id quod no.ſ.de immu. eccle.inter alia.multo fortius debet ſaluare & animas,vt hic,& ſ. de cōuer.infi.c.ii.cum ipſa anima ſit precioſior corpore.xii.q.j.pcipimus.C.de ſacroſ.eccl.ſancimus.j. [Quippe, Chriſti fidem.] ver. xlv.diſt.quid autē.& c.qui ſincera. [Inuitus.] Hoc ideo dicit, quia nullus ad fidē præciſe cogēdus eſt.23.q.v.ad fidem.Nam ſi ſimpliciter & abſolute cogerentur,etiam characterem nō reciperēt.Secus ſi ɔdōnaliter,quia tunc bene recipiūt & fidem ſuſceptam ſeruare coguntur,vt leg.& not.ſ.de bapti.maiores.§.item quæritur. ver.pp quod.xlv.diſt.de iudæis.& accedit.ff.de ri.nup.ſi patre.C.e. rit.nullus.¶Nullus autem.] ii.pars. [Eorum.] ſ.iudæorum. [Ter
2 renæ poteſtatis.] † Nulli enim permiſſum eſt occidere,vel pœnā infligere,niſi iudici, vel illi,cui hoc ex officio competit. 23.q.v.q
3 malos.& c.miles.& c.cum miniſter. Et†pœna non eſt inferēda, niſi per iudicem.33.q.2.§.in hoc. [Pecunias.] Alias conuicti duplum reddere compelluntur.C.de ſacrifi.paga.l.Chriſtianis. [Aut bonas.] Secus de malis, vt ſi deludantur chriſtianis prætendentibus ſigna lamentationis. Vel prorumpant ad aliquid in contumeliam creatoris.j̄.eod. in nonnullis. Vel ſi annuatim ſimulatā ſpeciem crucis exurant.C.eod.tit.iudæos. Alias autem ſine præiudicio, vel contumelia fidei & chriſtianorum permittitur eis feſtiuitates ſuas more ſolito celebrare,vt hic,& xlv.diſ.q ſincera.& C. eod.tit.nemo. [Præſertim.] ver. [Feſtiuitatum.] quas eis permittitur celebrare,vt in præced.glo. [Neq; aliquis.] verſ. [Ab eis.] ſ.iudæis. [Coacta.] Semper enim gratis poteſt accipi gratis oblatum. ſ.de ſimo.dilectus.ii.in fi. Saluo eo quod not. ſ.de ſimo. & ſi quæſtiones.§.fin. verſic.penult. [Conſueuerunt.] Vel qui iura præcipiunt,& nihil eis extra hoc oneris indictatur,ſic.ſ.eo.multorum. §.j.ad fi.¶Ad hoc.] iii.pars. [Cœmiterium.] arg.contra. ff.de ſe-
4 pulch.vio.l.ſepulchra. Reſpon. † ſepulchra hoſtium religioſa nō
5 ſunt,nec illa infringens incidit in edictum, vt ibi dicitur. † Iudæi vero & ſi ſint fidei noſtræ hoſtes.j̄.eo.& ſi iudæos.ſerui tamen noſtri ſunt, & a nobis tolerantur,& defenduntur, vt hic patet,& 23. queſt.viii.diſpar. [Mutilare.] ideſt diſrumpere, ſeu frangere. [Pe-
6 cuniæ.] quę † in ſepulchris ponenda non eſt, argu. ff.de religi. & ſump.fu.l.ſed & ſi quis impediat.§.funeris cauſa.xiii.q.ii.non ęſtimemus.circa me. [Effodere,] quod qui fecerit actione ſepulchri violati tenetur.ff.de ſepulc.viol.l.iii.§.ſi quis.Et ſm quoſdam hæc actio infamat.ff.de ſepul.vio.l.j. Alij dicunt,ꝙ non infamat,cum ſit actio in factum. Et in l.illa impropriè ponitur actio.Ala.Quinimmo & deponi poteſt,quod dic,vt leg.& nor.j̄.§.j.¶Si quis autē.] iiii.pars. [Honoris.] i.dignitatis. [Patiatur.] ſi ipſum habeat, puta clericus eſt. Aut ſi non habet,puta,quia laicus eſt. [Excommunicationis &c.] ſi.xj.q.j.cōſpirationum.& c.coniurationum. Alij dicunt, ꝙ in optione iudicis eſt, quam iſtarum pœnarum infligat, ſi non vult ſatisfacere. Primam teneas,quamuis & depoſitus incorrigibilis excommunicetur,ſm quod legi.& traditur.ſ. de iud.cum non ab homine.§.j.& ii. [Satisfactione.] Si ergo vult ſatisfacere, non punitur.ſimil.35.diſtin.epiſcopus, aut presbyter.
7 xlvii.diſtin.cap.j.xcii.diſtin.cap.fin. Et eſt hic argu.† ꝙ non debet ſemper iudex pro quolibet peccato vnumquemque deponere, vel excommunicare, vel in ipſum alias ſententiam fulminare, ſecundum B.ad idem.ſ.de elect.ꝙ ſicut.§.fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Calumniatoribus licitum eſt cum iudæis comedere.*
2 *Iudæorum cibis vti non debemus, ne inferiores ipſis videamur.*
2 *Iudæorum conuiuium, quare potius vitatur, quam colloquium.*
4 *Sanctius eſt mori famæ, quam idolaticis veſci.*
5 *Prædicare nullus poteſt, niſi ex officio ſibi commiſſo, vel de prælati ſui licentia.*

CAP. X.

Vam ſit laudabile. & inf. [Tuiſque ſociis.] ſi.& forſan de eodem loquitur.ſ.de vi.& ho.cle. Deus q. [Cōcedimus.] i.hodie omnib.cōceſſum eſſe oſtēdimus.ſm Ia.immo ex priuilegio,vt patet in eo, qd̄ no.j̄.ſup
1 verbo,vti liceat. [Cū modeſtia.] vt ſ.a crapula & ebrietate† caueāt. ſ.de vi.& ho.cle.a crapula. [Et gratiarū actione.] ſi.ſ.de cēſi.cum Apoſtolus.§.j.in fi. [Qualitate.] ſ.ieiuniorū,& abſtinētiæ,quę pp hoc violari nō debēt,niſi inſtante neceſſitate, q̄ legi nō ſubiacet, vt patet ſ.de obſer.ieiu.c.j.& fi.& c.ii.rñ.j.& §.j.& §.fi.de qb.& cōcor.ibi ſig.fit hic mētio. [Canonicas.] 4.diſt.deniq;.& de conſec. diſt.iii.de eſu carniū.& c.ſabbato.& aliis ɔcor.ſig.in præc.gl. [Vti liceat.] A ſr.n.nō poſſet illos lucrari, & ſic liceat eis loqui, & cū eis comedere, dummodo in aliis nō coinquinetur homo exemplo dñi.23.q.4.infideles.xj.q.iii.ad māſam.arg.ɔ̄.xxviii.q.j.nullus.& c. oēs,Sol.ɔ̄ria loquuntur de iudęis,cum quib.non licet comedere. Hic vero & in ſimilib.loquitur de paganis,cum quib.comedere licet.Sed quæ eſt ratio diuerſitatis? Rñ. quia pagani nō diſcernunt inter cibos,at iudæi diſcernunt inter cibos noſtros.Vnde nō de-
2 bemus vti cibis † eorū,ne inferiores ipſis videamur.xxviii.q.j.oēs. Hodie vero & ſi pagani nō ɔtineātur in verbis edicti,vt patet hic. & xj.q.iii.ad menſam.oēs tñ.ſ.non ſolum iudæos,ſed & paganos, cum illi,& hi inter cibos noſtros diſcernant ex mente,vitare debemus,arg.ff.de pet.hær.itē veniunt.§.ait ſenatus.& ff.de excu.tu.
3 in l.gręca.ſcire oportet.§.illud aūt.ante fin.Sed quare† potius vitamus cōuiuium,q̄ colloquium? Rñ.quia conuiuium pp aſſiduam familiaritatem periculoſius eſt,vt patet ſ.e.ad hæc oīb.ad fi. Nec eſt ita neceſſariū,ſicut colloquiū,ſine quo ipſos lucrari nō poſſumus.xxiii.q.iiii.ifideles. Cū excōicatis aūt cā ɔuerſionis ſuæ licet loqui,& eis prędicare,& neceſſaria ab eiſdē recipere.j̄.de ſent.exc. cū voluntate.rñ.j,§.j. [Apponuntur.] Niſi dicatur,ꝙ fuerit idolis
4 immolatū.j.q.4.§.fi.xxvj.q.ii.ſi de area.Tūc enim ſanctius eſt mori famę,q̄ idolaticis veſci.32.q.4.ſicut ſanctius.¶Inſuper.] ii.pars.
5 [Requiſita & habita.] qa † nullus pōt prædicare,niſi ex officio ſibi cōmiſſo,vel niſi de p̄lati ſui licentia.j̄.de hær.cū ex iniuncto.& c. excōicamus.j.§.quia vero. Et nō ſolū petita,ſed ēt obtenta,vt hic. ſi.ſ.de regula.licet.§.illa.de cōſecr.diſt.v.non oportet.xj.q.iii.quid ergo.Quandoq; tamen ſufficit petere,licet non detur.xix.q.ii.duę. ſ.de regu.licet.§.i.& ii.ſ.de arb.cum olim. [Authoritate apoſtolica.] ſi.ſ.tit.j.c.fi.§.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Arma ferre hoſtibus, vel quæ mercimonia ſit licitum pro captiuorum redemptione.*
2 *Redemptionis inſtans neceſſitas a pœna canonis excuſare debet.*
3 *Prælati eorum ruinę debent occurrere.*
4 *Tregua, non eſt pax.*
5 *Tregua quid ſit.*

CAP. XI.

Ignificauit nobis. [Quomō.] i. vtrū hoc poſſit fieri aliquo modo, vel non. [Dūmodo nihil.] Ex hoc patet,
1 ꝙ quęcunq; ſit intentio, non ſunt tñ † ad eos prohibita deportanda,qd̄ dic,vt no.ſ.e.ita quorundā.rñ.j.ver.& pares.excepto redemptionis articulo,in quo caſu licet ēt arma deferre, ſi captiui aliter haberi nō pñt,ſm quoſdā,vt hic innuit ſatis aperte & facit pro his.C.de ſacroſ.eccl.ſancimus.j.& qd̄ legi.& not.ſ.de pig.c.j. Alij dicunt,ꝙ & ſi liceat in hoc caſu ferre pecuniā,pānos, vel alia mercimonia,ex quib.ſaraceni commodum conſequunt̄ non tñ pñt ferri arma,vel alia prohibita,ſine ſedis apoſtolicę licētia ſpeciali,alioquin excommunicationis ſnīam nō euadēt.ſ.eo. ita quorundam.j̄.e.ad liberandā. Et q̄uis hoc ſm deportantib.tutius ſit,arg.j̄.de cle.exc.mi.illud.§.licet.Primū tñ verius putamus, & ęquius.Nā & ſine hac cā mercimonia ſine metu canonis por-
2 tari pñt,dum tñ nō ſit guerra.j̄.e.c.j.† Inſtans ergo neceſſitas redēptionis a pęna canonis excuſare dēt,vt hic, & arg.ſ.de obſer.ieiū. conſilium.§.fi.cum ſuis ɔcor.xj.q.iii.qm̄ multos.j̄.de ſent.exc.inter alia.§.fi. [Qd̄ ēt.] ſ.ꝙ de prohibitis exceptis neceſſariis ad redēptionem nihil ſecum deferatur,vel ne quid aliud deferant,ſm ꝙ diuerſo modo intelligitur,vt patet in pręce.gl. [Iuro.] Ad maiorem cautelā,vel ſi ſuſpecti ſint,arg.xxviii.diſt.Siracuſanę.x.q.ſi.c.
4 fi. † qm̄ eorum ruinæ debent prelati occurrere.xciii.diſt.diaconi. xxii.q.v.hoc vr̄.Nihilominus tñ,ſi ɔ̄faciant, excōicati erunt.¶Illi quoq;.] ii,pars, [Merces prohibitas.] Hodie tpe guerræ ſunt oēs ꝓhibitę,vt patet j̄.e.c.j.rñ.j.qd̄ dic,vt ibi no. [Excōicationis.] de qua
4 habuiſti.ſ.eod.ita quorundam, Hoc ideo, † quia licet treuga ſit, non tñ eſt pax perpetua,quare prohibitio non intelligitur relaxata,vt j̄.e.§.j. [Per alios.] Feciſſe,ergo vr̄,qui per alium facit,ar.hic. & j̄.c.j.& probatur j̄.de ſent.exc.mulieres.xlvj.diſt.ſicut nō ſuo.ff. de admi.tu.ita tñ.§.geſſiſſe.¶Ad vltimum.] iii.pars. [Cū mercib.] prohibitis,vel aliis quibuſcunq;,ex quo iurauit. [Treugā.] Treu-
5 ga † eſt ſecuritas perſonis & reb.ad tps conceſſa.ſ.de treu.& pa.c.j. Et qui facit treugam,nō facit pacem,nec deſiſtit a guerra, niſi ad tps,vnde non vr̄ deſtitiſſe.ff.de iud.deſtitiſſe.ff.de mino.deſtitiſſe. ii.q.iii. notandum. [Conditio illa, quia aliud eſt treuga, aliud eſt pax,de qua iurauit,vt in pręced.glo.Ergo quouſque firma ſit pax, ſuum iurm ſeruare debet,vt patet in eo,quod leg.& not.ſ.de iure iur.ſi vero.& c.verum. [Non abſoluit.] Nec a periurio,quia aliud eſt treuga,aliud pax,vt ibi not.

ADDITIO.

a ¶Treuga non eſt pax. Adde plene per Felin.hic in iii.no.vbi no.ꝙ in materia etiā pœnali tempus guerræ comprehendit tempus treugæ, quod tamen limitat duobus modis.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus qui tulit arma hoſtibus, a quo eſt abſoluenda.*
2 *Eccleſia quod iuſte agit, Deus ratum habet.*

CAP. XII.

Vod olim præceptum fuit. & infra. [Licet hoc.] ſ.quod ſequitur,ne videlicet aliqs chriſtianus arma,vel alia quęcunque ad impugnationem apta ſaracenis ſubminiſtret. [In concilio Lateran.] ſ.eo.ita quorūdam. [Excommunicationi ſupponimus.] & tñ per Lateran.concilium excommunicati erant, & ſic excommunicatus excommunicatur,quod dic, vt leg.& no.ſ. eo.ita quorundam.in fi. Vnde ɔ̄facientes ſint duplici, vel triplici excommunicatione ligati.ſ.iſta canonis,& illa canonis & homi-
1 nis.Sed quis† abſoluet tales? Quantum ad ſententiam hominis is, q ligauit,vel eius ſuperior,per negligentiam inferioris,vel ſupplet ab eo.ſ.de off.ord.ad reprimendam.Quo vero ad ſnīam canonis proprius diœceſanus,qa,ex quo Papa ſibi non retinuit,ei vr̄ hoc indulſiſſe,vt patet in eo,qd̄ leg.& no.j̄.de ſen.exc.nuper. §.in ſecūdo.j̄.de cri.fal.dira.in fi.ſ.de preb.graue.in fi. [Mercimoniū.] quo ad res prohibitas ſm quoſdam.Alij intelligunt hoc indiſtinctę,q̄ opinio multos ligat.Et ideo Papæ declaratio neceſſaria eſſet, quia pro hac vltima opinione multum faciunt verba iſtius cōſtitutionis,vt j̄.leg.& not. [Vel per alios.] ſi.ſ.c.proxi.§.illi quoque. ad fi. [Eis.] ſ.ſaracenis. [Rerum.] prohibitarum ſm quoſdam, immo quarumcunque ſm alios. [Seu conſilia.] Hoc additur Lateran. concilio, mens cuius verbi multum facit pro opinione illorum, qui generaliter intelligunt hanc ɔſtōnem.ad idem.j̄.eod.c.§.j. in prin.& c.ad liberandas.C.quæ res expor.non poſſ.per totum.& q̄ res vendi non poſſ.per totum. [Guerra.] Ergo nec tpe treugæ, vt patet in eo,quod leg.& not.ſ.c.proxi.§.fi.¶Veſtrę igitur.] ii.pars. [Eis.] ſ.ſaracenis. [Mercimonia ɔſilia,vel alia.] Ergo non ſolum intelligit hoc de armis,vel aliis antiquitus prohibitis, ſed gñaliter de omnib.quod dic,vt not.ſ.eo.c.rñ.j. [Ne ſi aliqui.] ver.ſ.Chriſtiani. [Ipſo iure.] & ipſo facto. [In excōicationem illam.] de qua le-
2 gi.& no.ſ.e.c.rñ.j. [Iram Dei.] quod ab† eccleſia Dei iuſte factum eſt ratum habentis.xxiiii.q.j.quodcunque.Ala.

*SVMMARIVM.*

2 *Iudæi debent ſubeſſe Chriſtianis, non præeſſe,*
2 *Familiaritas nimia parit contemptum.*
3 *Prouerbia vulgaria poſſunt loco iurium allegari.*
4 *Chriſtianus quilibet in die reſurrectionis adminus dēt recipere corpus Chriſti.*
5 *Corpus Chriſti eſt cibus animæ, non corporis.*
6 *Iudæis Chriſtiani nullo modo perſonaliter ſeruire debentur.*
7 *Agar ſignificat ſinagogam, & liberam eccleſiam.*
8 *Infideles omnes in morte Chriſti omne ius dominij perdiderunt.*
9 *Iudæis non ſolum commercium interdicitur, ſed & quandoque Chriſtianis.*

CAP. XIII.

T ſi iudeos. [Subiecit.] per miſterium Cōſtantini quo ad executionem, vt no.ſ.e.ɔſuluit.Debent† ergo ſubeſſe Chriſtianis,nō
1 pręeſſe.ſ.eo.c.j.in fi.j̄.e.cum ſit nimis abſurdū. & c.ex ſpeciali. [Ingrati tñ.] Ideo priuari pñt non immerito gratia ſibi facta,arg.ſ.de do.c.fi.xii.q.ii.octaua diſcuſſio. C.de reuo.do.l.fi. ſ. de ſer.non ord.c.iii.§.fi. [Pro gratia contumeliā.] ſi.ſ.de fideiuſſ. peruenit.ſ.de renun.ſane. [Et de familiaritate contemptum.] Ni-
2 mia † enim familiaritas parit contemptum.ff.de off.præſid.obſeruandum.ff.de off.procō.necquicquam.§.circa aduocatos.lxxxvj. diſt.qñ neceſſitas. [Qui tanquam.] ver.ſ.iudęi. [Quam.] ſ.retribu-
3 tionē. [Iuxta vulgare prouerbium.] No.vulgaria† prouerbia poſſe loco iuriū allegari,vt hic,& ff.de off.procon.ſolent.§,fi.verſ.cuius epiſtolę verba.ff.de leg.iii.ſi chorus.de cōſec.diſt.v.ne tales.ſ.de iureiur.quemadmodum.§.j.ver.quia turpius. [Mus in petra.] ſ.ſportula.ſic.xiii.q.j.§.j.ante fi.¶Accepimus aūt.] ii.pars. [Nutrices.] qd̄ eſſe non debet,vt ſ.eo.ad hęc omnib.& c.iudæi.j.rñ.j. [Et qd̄ non tan-

4 tantū.]ver.[In die†reſurrectionis.]In quo ad minus qlibet Chri
ſtianus dēt recipere corpus Chriſti,qđ dic,vt leg.& no.j̃.de pę.oīs.
[Anteq̃ eos.] ſ.filios iudæorū.[Lac effundere.]Credebant forte
a corpus Chriſti deſcēdere in ſtomachum[a],& incorporari, quod
5 omnno falſum eſt.Eſt†enim panis iſte cibus animæ nō corporis
de conſecr.diſt.ii.tribus gradibus.& c.credere.ſ̃m Lau.[Alia inſu
per.] ver.[Deteſtabilia.] de quib.no.aliqua.s̃ e.iudæi.j.[Patiunt.]
ar.ꝙ q poteſt prohibere,& nō prohibet,ei eſt imputandū. ad idē.
86.di.c.iii.j̃.ti.j.c.ii.xxiii.q.viii.præterea.j̃.de ſen.exc.quantæ.vbi de
hoc,j̃.de reg.iur.c.pe.Et no.pro hac materia.s̃.de off.dele.c.j.ad fi.
6 [Inhibemus ergo.]iii.pars.[Habeant.] ſ.iudæi,quibus perſonali-
ter chriſtiani nullo mō ſeruire debent,qđ dic,vt leg.& no.s̃.eo.c.
rñ.j.& c.ad hæc omnib.& c.multorum.& c.j.[Ne filii.] ſ.chriſtia
ni.[Liberæ.]i.eccleſiæ.[Filiis.] ſ.iudæis,quia non erit hæres filius
ancillæ cū filio liberæ.32.q.4.dicat aliquis.[Ancillæ.]i.Agar,quæ
7 †ſignificat ſinagogā,& fuit ancilla Saræ,quæ fuit libera,& quæ ſi
gnificat eccleſiam.De Agar aūt ancilla Saræ deſcenderunt iſti q
debent eſſe ſerui illorū,qui deſcenderunt de Sara libera,in quibus
& eccleſia eſt fundata.32.q.4.recurrat.& c.dixit. Et eſt hic euidēs
8 arg.ꝙ† omnes infideles in morte Chriſti omne ius dñij perdide-
b runt[b].ad idem.s̃.e.c.ii.§.fi.& c.j.§.fi.[Sed tanq̃ ſerui.]ver.[In cu-
ius.] ſ.dñi noſtri Ieſu Chriſti.[Coniurarunt.]Collegerunt enim
pontifices,& phariſęi conſilium &c.Io.xj.f.Et ſequitur ibi j̃.ab il-
lo ergo die cogitauerunt,vt interficerent eū.[Per effectū operis.]
ſ.delicti ab eis perpetrati.[Illorū.] ſ.chriſtianorum.[Et illos.] ſ.iu
dæos.¶[Si vero.] iiii.pars.[Nō dimiſerint.] ſ.iudæi. Sed & ſi chri-
ſtiani volētes remaneant,excommunicari debent,vt s̃ eo.iudæi.
j.rñ.j.[Sub excommunicationis pœna.] ſi.s̃.de magiſt.quāto.§.j.
verſ.mandamus.[Commerciū.]ꝙ ſi nō obedierint, Chriſtiani
excommunicentur.ſi.j̃.c.j.in fi.& c.cum ſit.§.fi.j̃.de vſur.poſt mi
ſerabilem. Et ſic indirecte iudicat eccleſia de iudæis,vt not.s̃.eod.
9 iudæi.j.† Nō ſolum autem iudæis interdicitur commercium,ſed
& quandoque chriſtianis.j̃.tit.j.ad abolendam.§.ciuitas.

ADDITIONES.

a ¶In ſtomachum. Adde Guil.de Monte Laudu-& Genze.in cle.ſi dominum.in iii.
col.ver.dedit igitur.ad fi.ſuper verbo,ad ventrē.de reliqui.& vene.ſanc.qui vt hic
eos refert Henr.Bon.videntur tenere contrariam opinionem.

b ¶Perdiderunt.An autem dicantur habere filios in ſua poteſtate,ſicut patres Chri
ſtiani. vide hic plene per Ioā.de Ana.in vlt.col.ver.vlt.quæritur. qui etiam tractat
in j.col.uer.extra glo.nunqnid princeps poſſit expellere iudæos & ſaracenos de
regno ſuo ſine peccato,& accipere bona eorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœna iuris ordinaria ſi non poteſt cadere in perſonam pelinquentis, commu
tatur in aliam.*
2 *Eccleſia indirecte iudæos cogit.*

CAP. XIIII.

Poſtulaſti. [Manus iniecit.]Ex quo ſi chriſtia
nus eſſet,in ſententiam canonis in
cidiſſet.xvii.q.iiii.ſi quis ſuadente.j̃.de ſent.excom.pa-
rochianos.& quaſi per totum. Vnde cum iudæus illā
pęnam non timeat,& tm̄ delictum inultum tranſire nō debeat,
merito quæritur,qua pęna afficiatur.¶[Ad qđ.] ii.pars.[Tuæ iuriſ
dictionis.] ſ.tpalis, vt innuunt ſequentia.nam & ſpiritualis non
poteſt eſſe,niſi indirecte,vt j̃.§.j.[Ipſum.] ſ.iudæum.[Pęna pecu
niaria.]& arbitraria,quod dic,vt leg.& no.s̃.de off.dele.de cauſis.
[Vel.] Subaudi,ſi pauper eſt, nec pecuniā habet, vel illa,quā hēt,
nō ſufficit.[Alia.]&c.puta fuſtigatione temperata.j̃.de rapto. in
1 archiepatu.†Et hoc regulare eſt,vt loco pecuniæ pęna alia ſubro
getur,vt 14.q.vi.ſi res.xii.q.j.fraternitas.v.q.vi.quia iuxta.j̃.eo.ad li
berandā.§.fi.& leg.& no.j̃.de maled.ſtatuimus.§.j.ver.pen.[Tpa
li.]Spirituali enim nō,cum ſit extra eccleſiam.ii q.j.multi. quod
dic,vt no.s̃.eo.iudæi.j.[Faciēs læſo.] ver.[Satisfactionē.] pecunia
riam ēt,ſi chriſtianus ſit is, qui iniuriam hanc commiſit, qđ dic,
vt leg.& no.j̃.de ſent.exc.ea noſcitur.rñ.j. ¶[Alioquin.] iii.pars.ſ.
ſi nō eſt tuæ iuriſdictionis tpalis,ſed alterius,nec debes præiudica
re dño tpali.s̃.qui fil.ſint leg.cām quę.ii. [Eius dñm.]&c.[Quia
ſi dñs&c.] vt j̃.ver.j.[Vt paſſo.] ſ.clerico,qđ regulare eſt.j̃.de ſen.
exc.parochianos.& c.ↄqueſti.[Et eccleſię.] cui in perſonā magi-
ſtri intelligitur iniuria irrogata.iii.q.j.nulli.in fi.ii.q.vii.accuſatio.
& leg.& no.s̃.de fo.cōpe.j̃.de ſent.exc.cum deſideres.§.fi.[Quòd
ſi dñs.] ver.[Eius.] ſ.iudæi.[Hoc neglexit.]&c.quod apparebit p
aſſignationem termini iam elapſi.s̃.de off.ord.irrefragabili.§.ex-
2 ceſſis.[Chriſtianis.]ſic indirecte†cogit iudæos eccleſia.ſi.s̃.c.prox.
in fi.vbi de hoc.Et nihilominus pōr dñs excōicari,ex quo iuſtitiā
facere negligit,vt patet in eo,quod leg.& no.s̃.e.iudæi.j.§.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudæus & Chriſtiana matrimonialiter iungi non debent.*
2 *Ignorantia probabilis ſemper debet eſſe excuſata.*
3 *Nouitij a profeſſis per habitum diſtinguatur.*
4 *Meretrix per habitum diſcernitur a matrona.*
5 *Maſculus a fœmina diſcernitur per crines, & veſtes.*
6 *Liber a ſeruo per pileum diſcernitur.*
7 *Iudæorum feneſtræ & oſtia in paraſceues debent eſſe clauſa.*
8 *Diuinam maieſtatem grauius longe eſt lædere, quam temporalem.*
9 *Diſſimulatio correctionis omnium peccatorum in prælatis eſt reprobanda.*
10 *Iudæi in morte Chriſti nequiter coniurarunt.*

CAP. XV.

In nonnullis.[Diſtinguit diuerſitas.]quæ
cōſuetudo approbatur.j̃.eo.
§.j.qa laudabilis viſa eſt.ſi.s̃.de cland.deſpō.cum inhi
bitio.[Sed in quibuſdā.]ver.[Diſcernātur.] quod eſt
reprobandū, vt patet ex ſeq.[Vnde ↄtingit.]verſ.[Per errorem.]
Et qñq; ipſum fingunt,vt j̃.§.ſ.Inueniuntur.n qdam ignorantiæ
affectatores,q nullatenus excuſantur.s̃.de clan.deſpon.c.iii.§.j.in
fi.¶[Ne igit.] ii.pars.[Tā damnatę ↄiunctionis.] Alias cōmixtio
1 nis,qa iudęus,†& chriſtiana matrimonialiter iungi non debent.
28.q.j.caue.[Per velamē.]erroris ficti. ſ.ad excuſandas excuſatio
nes in peccatis,cum tñ in illis magis plectibilis ſit offenſa.j̃.de ex-
ceſſ.pl.inter dilectos.§.j.ver.cum in illis. Ergo a ↄrio ſi probabilis
eſſet error,excuſaretur in eo,qđ iudæa,puta,qa de nocte cū exiuiſ
ſet vxor lectum,rediit iudęa loco vxoris.24.q.2.in lectum. Debet
2 †enim ſemper eſſe probabilis ignorantia excuſata.j̃.de cler.excō.
mi.apoſtolicæ.[Statuimus.] ver.[Vtriuſq; ſexus.] ſ.tam maſcu-
li,q̃ mulieres,ſicut fit Marſiliæ,vbi maſculi portant ſtellā ante pe
ctus in publico, mulieres vero orariū in capite. [Prouincia & oī
tpē.]quia vbiq;& ſemper periculū imminet.[Qualitate habitus.]
vt no.s̃.e.ſuper verbo,vtriuſq; ſexus,vel alio mō,ſic per habitū de
3 bēt diſtingui†nouitij a profeſſis,s̃.de regu.ſtatuimus. & extra d.n.
4 j̃.eo.ti.is q monaſteriū.lib.vi.†Sic & p†habitum,meretrix diſcer-
nitur a matrona.ff.de iniur.item apud Labeonē.§.ſi qs virgines.
5 j̃.de ſent.exc.in audiētia.j.†Et maſculi a fęminis p crines & veſtes
6 30.diſt.ſi qua mulier.ii.†Et libera ſeruo per pileum.C.de lati.lib.
toll.l.vnica.§ ſed & qui dñi funus pileati antecedunt in medio.l.
¶[In diebus autem.] iii. pars.[Lamentationis.] ſ. paraſceues.[Et
7 dñicæ.]&c.[In publicum.] immo† debent feneſtræ & hoſtia iu
dęorum eſſe clauſa in die paraſceues.s̃.eo.quia ſuper his.[Eo q.]
ver.in quo cōtinetur prima rō prohibitionis.[Ex ipſis.] ſ.iudęis.]
[Et ornatus.]q̃ aliis diebus in vituperium noſtrum,quaſi de fletu
noſtro ridere videantur.j.de priuil.petiſtis.in fi.& de culpa ſua glo
riari,qđ nō eſt tolerandum,vt patet in eo,quod leg.& no.s̃.eo.ita
quorundam.quaſi in prin.[Chriſtianis.] ver. in quo tangitur rō
ſecunda prohibitionis.[Qui ſanctiſſime.] Alias ſacratiſſime.[Il
ludere.] Et quis omnis illuſio reprobanda ſit,vt patet in eo,quod
leg.& not.s̃.de poſtu.prel.bonę.ii.§.nec nocebat.hæc tamē eſt ſpe
cialiter vindicanda,cum vertatur in contumeliam Creatoris,vt
j̃.§.j.¶[Illud autem.] iiii.pars.[In cōtumeliam Creatoris.] quam
8 diſſimulare nō debemus,vt ſequitur,cū†longe grauius ſit ęternā,
q̃ tpalem lędere maieſtatem.j̃.tit.j.virgines.§.j.in fi.cum ſuis con
cor.[Et qm̄.]ver.[Illius.] ſ.dñi noſtri Ieſu Chriſti.[Diſſimulare.]
9 q̃uis†diſſimulatio correctionis omnium peccatorum reproban-
da & punienda ſit grauiter in prælatis,vt s̃.ne præla.vices ſuas.c.ii.
in fi.& patet in eo,quod leg.& no.s̃.de vi.& ho.cle.vt clericorū.§.
prælati.& s̃.de off.ord.irrefragaqili.rñ.j.Iſta tñ multo magis,vt pa
tet in eo,quod hic dr̄,& leg.& no.s̃.e.§.rñ.j.[Probata.] i.peccata.
[Seculares.] ſic.s̃.e.poſtulaſti.[Animaduerſione.] ſ.pœnę pecu-
niarię,vel alterius tpalis,prout arbitrabitur bonus iudex, vt patet
in eo,quod leg.& no.s̃.eo.poſtnlaſti.[Animaduerſionis.] ſ.pęnę
pecuniarię,vel alterius tpalis,ꝓut arbitrabitur bonus iudex,vt pa-
tet in eo,qđ le.& no.s̃.e.poſtulaſti.§.j.Vel grauiori, nā & ſ̃m ll.ca
pitalis eſt pęna,vt patet in Auth.vt nō luxu.ↄ nat.rñ.j.& §.i. coll.
vi.Relinquendus eſt ergo ſecularis arbitrio poteſtatis, arg.j̃.ti.j.ad
abolendam. §.j.[Compeſci.] Et ſi principes negligentes fuerint
debent excommunicari,vt patet in eo,quod leg.& not.s̃.e.iudęi.
10 §.fi.[Ne crucifixum.] verſi.[Blaſphemare.] In cuius † mortem
nequiter coniurarunt.s̃.e.& ſi iudæus.§.pe.ſi.j̃.c.j.in prin.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudæus appellatur blaſphemus Chriſti.*
2 *Iudæis quæ officia ſint prohibita,*
4 *Iniuſte quod extortum eſt pauperibus erogatur, quando neſcitur, a quibus ex
tortum ſit.*
4 *Epiſcopus debet facere reſtitutionem ſubtractorum, ſiue alienorum poſt
mortem alicuius.*

CAP. XVI.

Cum ſit nimis abſurdum.[Vt blaſ-
1 phemus Chriſti.] ſ.iudæus†blaſphemans Chriſtū.s̃.
e.c.prox.in fi.& c.j.ad fi.[Toletanū ↄciliū.]liiii.di.nul
la.Pñt tñ ei vēdi redditus,ſicut le.j̃.e.ex ſpāli.[In hoc generali ↄ
cilio.] cuius partes inuenies,not.s̃.de accuſ.ſicut olim.[Innoua-
mus.]ſic innouātur iura male ſeruata,vt hic,& s̃.de treu.& pa.in
nouamus. Alioqn p deſuetudinē inūbrant,vt in proę.Inſtōnū.§.
igitur poſt iibros.in fi.in Auth.de hær.& Fal.§.j.coll.j.& 4.di.§.le
ges.s̃.ti.j.qa nonnullis.§.i.in prin.[Prohibētes.] ver.[Præferant.]
Et eſt rō prohibitionis.[Qm̄ ſub tali prætextu,] Eſt & alia,ne ſ.fi
lij ancillæ filiis liberæ dominentur.ſup.eo.& ſi iudæus.§.inhibe-
2 mus. ¶Si quis autem.] ii.pars.[Eis.] ſ.iudęis.[Officium talem.]
ſ.pu-



ſcilicet publicū,ſicut eſt balliuia,miniſtralia,gaſtaldionatus,vice-
dominatus,vel leuare pedagiū,ſi.j̃.de pę.in quibuſdā.§.ſacri.[Pro
uinciale.] ad qđ ēt ſ̃m.ll.ſpectat generaliter exceſſus prouinciæ,
corrigere.in Auth.de ſanct.epiſ.§.vt aūt oīs ſtatus col.ix.[Præcipi-
mus]In hoc ↄcilio gñali,vt patet.s̃.de acc.ſicut,olim.in prin.[Mo
nitione]quē ſemp debet vindictā p̄cedere.xij.q.ij.indigne.s̃. de vi.
& ho.cle.c.fi.j̃.de ſen.exc.ſacro.¶[Officiali vero]3.pars.[Homini]
ſcilicet iudæo.[In cōmercijs]ſic.s̃.e.poſtulaſti.in fi.[Donec] verſ.
3 [In vſus pauperum]Sic † ergo pauperibus erogatur, quod iniuſte
extortū eſt,vt hic.& s̃.de immu.ec.quia pleriq;.Idē eſt vbi offm̄ li
citū eſt.ſed iniuſte extortū.14.q.v.nō ſane.Et hoc eſt verū, qñ ne-
ſcitur,a quibus extortū eſt Vel.ſ.qñ ſcitur,ſed hi,a quibus extortū
eſt,nō reperiuntur,vel non habent ius repetendi,vel quando acq
ſitū eſt in detrimētū Terræ ſanctę.j̃.e.c.j.ſub §.j.qđ dic, vt ibi no.
Vbi vero haberēt actionē.ſi ſciretur,qui eſſent,nō erogaretur pau
peribus,ſed ipſis,vel eorū hæredibus eſſet oīno reſtitutio faciēda,
vt patet.s̃.de iureiu.ſicut.& j̃.& in eo qđ le.& no.j̃.de homicidio.ſi
cut dignū.§.eos.j̃.de vſu.cū tu.§.j.s̃.de iureiu.eā te.s̃.đ decimis.tua
4 nobis.§.prætextu.[ſ̃m prouidentiā dięceſani.]iſte eſt ergo † vnus
a de caſibus,q epo reſeruantur,[a] ſcilicet reſtitutio ſubtractorū, ſiue
alienorū,vt hic patet.& C.de epi.& cle.nulli licere.C.cōia.de ſuc.
auth.oēs vero peregrini.§.j.quæ ſumūtur ex l.Fędericí hac edicta
li.ad idem.arg.s̃ de teſtamentis.tua nobis.§.j.& in auth.de ec.ti. §.
ſi aūt ꝓ redēptione.col.ix.Et eſt ratio,ne per ſimplices ſacerdotes
inburientur,ſiue ſibi approprientur. Et quia in maioribus & in
dubijs eſt dięceſani ꝓuidentia requirenda,vt patet.s̃.de offi.archi.
ad hæc.§.itē in epiſtola & de off.archipresbiteri.c.fi.ad fi.j̃. de ſen.
exc.monachi.Et quia gñaliter habet eps diſpoſitionē oīm eccle-
ſiarū ſuæ dięceſis.x.q.j.regenda & c.decernimus,vñ & tota dięce-
ſis ſua parochia dr̄. j̃. de rap. c.j. Sed hoc hodie multi ſibi in ani-
marū ſuarū periculū vſurparunt de oībus his,& ↄſimilibus, ac ſi
eſſent epi,diſponentes,& tranſgredientes terminos a ſanctis patri
bus ↄſtitutos ↄ id,qđ le.& no.s̃.de ſepul.c.j.§.fi.Vñ merito eſſet eis
hoc inhibendū.ar.j̃.ver.j.[Et offm̄]ver.Qđ irreuerenter] Sic dēret
fieri de vſurpātibus epale offm̄,vt no.ī pcedē.gl [Hoc idē]ver.[Ad
paganos]ſcilicet ne ipſis officia publica ↄmittantur. Et quicquid
dictū eſt de pœna,& alijs ad hoc pertinentibus a principio hui⁹.
c.vſque hic.Maior aūt pœna īponitur illis, qui ſaracenis prohibi
tas merces ferunt,vt le.& no.j̃.e.c.j.ſub.§.j.qđ dic, vt ibi no.

ADDITIO.

a ¶Reſeruantur.hunc,& alios caſus epiſcopo reſeruatos uide per gl.In c.2.de pen
& re.lib.6.

*SVMMARIVM.*

1 *Indulgentiæ,ſeu priuilegia conceſſa cruce ſignatis.*
2 *Templarij & hoſpitalarij non ſunt exempti.*
3 *Cardinales omnes dicuntur fratres papæ.*
4 *Singularitatis, & vniuerſitatis differentia.*
5 *Collegium Cardinalium dicitur Rom.eccleſiæ gremium.*
6 *Collegarum appellatione continentur hi,qui eiuſdem poteſtatis ſunt.*
7 *Error in inſtrumento propric tollerabilis non eſt.*
8 *Patrimonij ſui nemo præſumitur vires ignorere.*
9 *Euenientes fortunæ contrarios euentus ſæpius operantur.*
20 *Clerici inſiſtentes diuinis obſequijs debent eſſe immunes ab omnibus tallijs.*
11 *Modica læſio de facili toleratur.*
12 *Familia eodem priuilegio cum Domino ſuo gaudet.*
13 *Piratæ generaliter excommunicati ſunt.*
14 *Ecommunicatus,an poſſit contrahere.*
15 *Simoniaca pecunia cui eſt applicanda.*
16 *Delinquentes plus,vel minus puniendi ſunt,prout plus,uel minus deliquerint,*
17 *Pęna vnius metus eſt multorum.*
18 *Violator pacis excommunicandus eſt,& ſecundum leges decapitandus.*
19 *Bellum iuſtum eſt,quod de authoritate eccleſiæ fit.*
20 *Papa ſolus poteſt plenam indulgentiam peccatorum facere.*
21 *Pœna æterna remittitur per cōtritionem,ſed agenda eſt penitentia temporalis.*
22 *Contritione abſque nullus veraciter abſoluitur.*
23 *Pœnitens vere tria facere debet.*
25 *Pauperes facilius ſaluantur,quam diuites.*
25 *Malum nullum impunitum,neque bonum irremuneratum.*

CAP. XVII.

Ad liberandam Terram San
ctam & infra. In hac deciſione ↄtinet pars
q̄dā,in qua ponūtur indulgē
1 tiæ,†ſiue priuilegia cruce ſignatis ↄceſſa,de qua ēt fit mētio quo-
tidie in literis apoſtolicis,ſicut & s̃.de voto.c.fi.& j̃.ti.j.excōicam⁹.
j.§.catholici.vt & ibi no. Et iō cū practicatoria ſit,& vtilis, & ne-
ceſſaria,nullatenus debuit remoueri.ſi.no.s̃.de voto.qđ ſup his. §.
iuſſus.& j̃.e.ad abolēdā.§.illos quoque.s̃.de off.or.dilectus.§.j.ver.
dictus.cū ſuis ↄcor.& j̃.de apoſtatis.c.ij.§.j.Vt ergo qđ textus omi
ſit gl.ſuppleat,qa & ipſā multi quotidie q̃runt,nec inueniūt,eādē,
quatenus tāgit hūc articulū,duximus hic apponendā. Et eſt talis
prīo.in rñ.j.inter cætera ſic ↄtinetur.Ipſis aūt clericis indulgemus
vt bñficia ſua integre pcipiāt p trienniū,ac ſi eſſent in eccleſia re
ſidētes.Et ſi neceſſe fuerit,ea per idē tp̄s pignori valeant obligare,
Poſtea ſeqtur.Cupiētes aūt.eccleſiarū p̄latos, necnō clericos vni-
uerſos & ī merito & in p̄mio habere participes & cōſortes ex cōi
approbatione ↄcilii ſtatuimus,vt oēs oīno clerici tā ſubditi,q̃ præ
lati viceſimā eccleſiaſticorū prouētuū vſque ad trienniū integre
ↄferant in ſubſidiū Terræ ſanctæ p manus eorū,q ad hoc fuerint
apoſtolica ꝓuidentia ordinati,quibuſdā religioſis exceptis ab hac
præſtatione merito eximēdis.Illiſque ſilr̄,q aſſumpto,vel aſſumen
do crucis Chriſti ſigno ſunt perſonaliter profecturi, Nos autē &
fratres nr̄i ſāctę Ro.eccleſię Cardinales plenariā decimā perſolue
m⁹, ſciātq; ſe oēs ad hoc fidelr̄ obſeruādū p excōicationis ſñīam
obligatos,ita ꝙ illi,qui fraudē ſcienter ↄmiſerint, ſñīam excōica-
tionis incurrant. Sane quia in iſto iudicio cœleſtis Imperatoris
obſequij inhærentes,ſpāli decet prærogatiua gaudere,cū tp̄s profi
ciſcendi annū excedat in modico,cruce ſignati a collectis,vel tal-
lijs,alijſque grauaminibus ſint immunes, quorū pſonas & bona
poſt crucē aſſumptā ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipi-
mus,ſtatuentes,vt ſub eporū & archieporum, ac oīm prælatorū
eccleſiæ Dei defenſione ↄſiſtant Proprijs ad hoc nihilominus ꝓ
tectoribus ſpāliter deputandis, & ita vt donec de ipſorū obitu,vel
reditu certiſſime cognoſcāt,integra maneāt & quieta. Et ſi quiſ-
piā ↄ præſumpſerit,cenſura eccleſiaſtica ↄpeſcatur.Si qui vero ꝓfi
ciſcentiū illuc ad præſtandas vſuras iurō tenentur aſtricti,credito
res eorū,vt remittant præſtitum iurm,& ab vſurarū exactione de
ſiſtant,eadē præcipimus diſtrictione ↄpelli.Qđ ſi quiſq̃ creditorū
eos ad ſolutionē coegerit vſurarū,eū ad reſtitutionē earū ſimili
cogi aīaduerſione mandamus. Iudæos vero ad remittendas vſu-
ras per ſecularē ↄpelli pręcipimus ptātē,& donec illas remiſerint,
ab vniuerſis Chriſti fidelibus eis oīno cōio denegetur,His aūt,qui
iudæis debita ſoluere nequeūt in præſenti, ſic principes ſeculares
vtili dilatione prouideant,ꝙ poſt iter arreptū vſque quo de ipſo-
rū obitu,vel reditu certiſſime cognoſcatur, vſurarū īcōmoda nō
incurrāt,ↄpulſis iudæis prouentus pignorū,quos interim ipſi per
ceperint,in ſortē deductis expenſis neceſſarijs ↄputare, cū hmōi
beneficiū nō multū videatur habere diſpendij: quia ſolutionem
ſic prorogat,ꝙ debitū non abſorbet.Porro eccleſiarū prælati, qui
in exhibenda iuſtitia cruce ſignatis, & eorū familiæ negligentes
fuerint,ſciāt ſe grauiter puniendos.Cæterum quia curſarij & py-
ratæ nimis īpediunt ſubſidium Terre ſanctæ capiendo & ſpolian
do trāſeūtes ad illā,& redeūtes ab ipſa Nos ipſos & prīcipales adiu
tores & fautores eorū excōicationis vinculo innodamus, ſub in-
terminatione anathematis inhibentes,ne qs cū eis ſciēter cōicet
in aliquo venditionis, vel emptionis ↄctu: iniungentes rectori-
bus ciuitatum & locorū ſuorum,vt eos ab hac īiquitate reuocēt,
& ↄpeſcant. Alioquin quia nolle perturbare peruerſos nihil aliud
eſt,q̃ fauere:nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ q manifeſto fa
cinori deſinit obuiare,in perſonas & terras eorū per eccleſiarum
prælatos ſæueritatem eccleſiaſticā volumus, & præcipimus exer-
ceri.[Excōicamus præterea]&c.vt hic ſequitur in textu vſque in
fi.& j̃.Quia vero ad hoc negotium exequendum eſt per maxime
neceſſariū,vt prīcipes & populi Chriſtiani ad inuicē pacē obſer-
uēt ſancta,vlī ſynodo ſuadēte ſtatuimus, vt ſaltē p quadrienniū ī
toto orbe chriſtiano pax generaliter obſeruet, ita ꝙ p eccleſiarū
prælatos diſcordantes reducantur ad verā pacē,aut treugā inuiola
biliter obſeruādā,& qui acquieſcere ↄtempſerint, per excōicatio-
nem in perſonas,& interdictum in terras arctiſſime compellan-
tur,niſi forte tanta fuerit inimicorum malitia,ꝙ ipſi tali non de
beant pace gaudere. Quòd ſi forte cenſura eccleſiaſticam vilipē
derint,poterunt non immerito formidare,ne per authoritatem
eccleſiæ ↄ eos tanq̃ ī pturbatores negotij crucifixi ſecularis potē
tia inducatur.Nos ergo de oīpotētis Dei miſericordia,& de apo-
ſtolorū Petri & Pauli authoritate confiſi,& ex illa,quam nobis,li
cet indignis contulit Deus ligandi,atque ſoluēdi poteſtate,oībus,
qui laborē iſtum in perſonis proprijs ſubierint, & expenſis plenā
ſuorum peccaminum,de quibus veraciter fuerint corde ↄtriti,&
ore confeſſi, veniam indulgemus,& in retributionem iuſtorum
ſalutis æternæ pollicemur augmentum. Eis autem, qui non in
perſonis proprijs illuc acceſſerint,ſed in ſuis duntaxat expēſis iux
ta facultatem,& qualitatem ſuam viros idoneos deſtinauerint.
Et illis ſimiliter,qui licet in alienis expenſis in proprijs tamē per
ſonis acceſſerint,plenam ſuorum concedimus veniam peccato-
rum.Huius quoque remiſſionis volumus,& concedimus eſſe par
ticipes iuxta quātitatem ſubſidij & deuotionis affectum omnes,
qui ad ſubuentionem ipſius Terræ de bonis ſuis congrue mini-
ſtrabunt,aut circa prædicta conſilium & auxilium impenderint
oportunum.Omnibus etiam pie proficiſcentibus in hoc opere
ſancta & vniuerſalis ſynodus orationum & beneficiorum ſuo-
rum ſuffragium impartitur, vt eis digne proficiant ad ſalutem.
Datum Lateranenſis, xix. calen. Ianuarij Pontificatus noſtri an
no octauodecimo.[Ipſis autem clericis.] verſicu. ſcilicet ſeculari-
bus Sed & religioſi adminiſtrationem habentes prouentus vice-
ſimæ redditū ſuorum Terræ Sāctæ conceſſæ percipere poſſunt,
qđ dic,vt le.& no.s̃.de voto.c. fin.[Integre &c.]Ergo etiam quo

tidianas diſtributiones, cum & ipſas percipiant reſidentes, licet
eas non habeant in theologia ſtudentes, nec in ſeruitio epiſcopi
exiſtentes, quod dic, vt le.& no.ſ̄.de præben.licet.& de clericis nō
reſiden. de cetero.& infra de verborum ſig.olim. Videtur tamē
contrarium per illud cap.ſ̄.de prębend.licet.Sol.non dicitur ibi,
ac ſi eſſet ī eccleſia reſidens, ſicut hic.Iſta enim verba aliquid ope
rari debent, vt patet in eo, quod le.& no.j̄.de priui.ex ore.§.j. Sed
& maiori priuilegio dignus eſt exponens perſonam tot pericu-
lis & proficiſcens in ſeruitio Ieſu Chriſti.vt j̄.e.§. ſanc. quia inde
eſt, ꝙ ſtudens in thelogia, & ſi habeat priuilegium percipiendi
integre fructus beneficiorum ſuorum per quinquennium .vt ſ̄.
ti.j.c.fi.§.fi.non tamen dicitur ibi, ꝙ ipſos percipiat, ac ſi reſidens
eſſet, nec ꝙ ipſos valeat obligare, vt hic dr̄, & ibi no. Ideo tenendū
eſt vt prædixi.Niſi papa aliud declararet, ad quem & non ad ma-
giſtrum ſpectat declaratio dubiorum, vt patet in eo, quod legi.&
no.ſ̄.qui fil.ſint le. per venerabilem.§.rationibus.Nec inſultes, &
dicas, quare ergo declaras hoc dubium? Reſpondeo etiam, ꝙ ego
nullum declaro dubium.Sed verum eſt, ꝙ in dubio a verbis edi-
cti non recedo, quibus melius eſt deſeruire in tali caſu, quā aliud
fantaſtice diuinare.ff.dele.3.non aliter.ff.de exerci.act.l.j.§.ſi is q
nauē.ver.in re igitur dubia.[Et ſi neceſſe]Puta, quia aliter nō po
teſt ſeparare, & ſic intendit prouidere non vtilitati, ſemper enim
eſſet ei vtile, ꝙ hoc facere poſſet.Sed neceſſitati tantum, quę legē
non habet.ſ̄.de obſer. ieiu.conſilium ante fi.[Per idem tp̄s]ſcili-
cet per triennium, nō ergo vltra.Quid ſi interim moriatur? Dic,
vt plene no.ſ̄.ne præla.vices ſuas.querelam.¶[Cupientes.]j. pars.
[Ad alios eccleſiarum prælatos]Ideo hoc dicit, quia in ſuperiori
bus continetur, ꝙ ipſe, papa Innocentius. 3. de his quæ reſeruare
potuit.xxx.milia librarum in hoc opus concedit.præter nauigiū
quod cruce ſignatis de vrbe atque de vicinis partibus confert.
[Conſortes]quia quo ad tales nullus zelus, nulla inuidia locū ha
bet.[Quā prælati]cuiuſcūque conditionis, vel religionis exiſtāt.
2 [Quibuſdā religioſis]ver.[Eximendis]†Puta hoſpitalarijs, & tem
plarijs, qui huic obſequio continue inſiſtunt, & ad hoc ſunt ſpā-
liter deputari.Vnde & multi ſunt alijs priuilegijs decorati, vt pa-
tet.j.de priui. c.dilecti.& cap.porro.& ſ̄.de decimis.ex parte tua.
§.ſed prædeceſſor.Nō tamen ſunt exempti, licet in proprios Ro-
manæ eccleſiæ filios ſint recepti, vt le.& no.extra.d.n.de verb.ſig.
veniens.li.vj.[Perſonaliter]quia & de his eadem ratio exemptio
nem ſuadet.Et de hoc §.fit mentio.ſ̄.de voto. c. fi. vt & ibi nota.
3 ¶[Nos autem]ij.pars.[Fratres noſtri]Nota. ꝙ in genere† omnes
Cardinales fratres dicuntur papæ, vt hic, & ſ̄ de ele. in Geneſi. in
fi.& c.eccleſia.ij.in fi.In ſpeciali vero presbiteri & diaconi filij ap
pellantur, vt ſ̄.de ele.coram dilecto ſ̄.de ſup.ne.præ. dilecto filio.
ſ̄.de teſta.Rainaldus.§.a cuius.ver.dilectus.& epi fratres, vt ſ̄. de p̄-
ben.venerabilis & de conſue.cum venerabilis.Et hoc generaliter
obtinet, quod epiſcopi ſoli, & ſuperiores quicunque, non ſolum
Cardinales, ſed & alij fratres.Cæteri vero omnes, ſiue clerici, ſiue
laici filij appellantur.vt j̄.de crimine falſi.quam graui pœnæ.[Sā
ctæ Romanæ eccleſiæ]Nota contra illos, qui dicunt, ꝙ Cardina
les non habent ius capituli, ſiue collegij, ſed potius iure ſingulo-
rum cenſentur tanquam homines a diuerſis mūdi partibus ſin-
gulariter vocati, & in ſingulis eccleſijs ſibi commiſſis intitulati,
licet & diaconi n̄ dicātur habere titulū.vt ī p̄ced.gl.Vn̄ nec hēnt
archā cōem, nec ſindicū, nec ſimilia, q̄ vniuerſitas hr̄e ꝯſueuit, ſi-
ue collegium.ff.quod cuiuſque vniuerſitatis nomi. l.j.& no.j̄. de
4 exceſ.præla.dilecta.Et inter hæc duo iura ſcilicet† vniuerſitatis &
ſingularitatis magna differentia eſt, vt patet in eo, quod no. ſ̄. de
conſti.cum omnes.reſpon.j.Sed errant euidenter, qui talia autu-
mant præſumendo.Nam & de facto ita eſt, ꝙ antea fiunt Cardi-
nales, quam eis aliquis titulus aſſignetur. Et hac conſideratione
habita Cardinales dicuntur ſimpliciter nulla alia eccleſia expreſ
ſa.23.di.in nomine domini.& lxxix. diſt. oportebat.& c.ſeq.Cu-
ius ergo eccleſiæ dicent̄ tūc tp̄is Cardinales? Vtique nō alterius, q̄
Romanæ cuiꝰ & ſemper Cardinales ſunt, vt hic expreſſe dicitur,
& extra.do.no.de re iu.ſacro. §. & vt ad præſens.verſ.perpetrauit.
ad idem.lxxix.diſt.ſi quis ex epis.Sed & archam communem ha
bent quo ad ſeruitia communia, & camerarium ſpecialē loco
ſindici, qui & oblata æqualiter diuidit inter eos.Sunt & ſimul cō
gregati, & ad tractatus communes totius mundi expediēdos cōi-
ter conueniunt tota die.Et ſilr̄ ius eligendi habent, quod ex iure
congregationis non ſingularitatis competit, vt patet in eo, quod
le.& no.ſ̄.de elect.ca.j.& c.licet & c.quia propter.Quinimmo &
ſacrum collegium vulgariter, & cōiter noīatur. Vnde & tale ha-
bendum eſt arg.ff.de flu.l.j.rn̄.j.& no.ſ̄.de ſponſa.ex literis. Nā &
noīa debent eſſe conſona rebus, vt patet in eo, qđ le.& no. ſ̄. de p̄-
5 præb.cū p̄m Apoſtolū.Et in iure† dr̄ eccleſiæ Romanæ gremiū.
24.di.in nomine domini.circa medi.ibi eligatur aūt de ipſius ec
cleſiæ gremio Eſtque ſummū & excellens collegiū ſup oīa alia
vnitum adeo cū Papa, quòd cū ipſo vnū & idē eſt, vt patet in eo,
quod le.& no.j̄.de priui.antiqua.reſpon.j.de pœni.cum ex eo. §.
fi.& ſ̄ qui fil.ſint leg.per venerabilē.§.rationibus.ver.ſi[illegible]t autem
Sed & collegarum† appellatione ꝯtinentur hi, qui [illegible]dem pote-
ſtatis ſunt.ff.de ver.ſig.l.collegarum.vj.carta.& accedit, ff.de colle
gi.illicitis.l.vnica.& l.græca ibi poſita. [Per quartam decimam]
Alij vero ſolam viceſimam. vt ſ̄. §. proxi. & fi.hoc cauſa exem-
pli.ar.j.q.j.viliſſimus.xxvj.di.vna.ſ̄.de voto.magnæ.§.j.verſi.quod
enim agitur. cum ſuis concor. [Omnes] ſcilicet Cardinales ad
decimam. Alii inferiores ad viceſimam Vel forſan hic non in-
tendit includere Cardinales, ſed inferiores tantum.[Scienter]De
bet enim eſſe probabilis ignorātia, excuſata. j̄. de cle.exc. mi.apo
7 ſtolicæ. Sed hoc quomodo poteſt eſſe? Nam in facto † proprio
8 non eſt tolerabilis error.ſ̄.de reſcrip.ab excommunicato.Et† ne
mo præſumitur vires patrimonij ſui ignorare.C.de reſcin. ven.
9 quiſquis.Reſpondeo, licet hoc non præſumatur prima facie, † tn̄
euenientes fortunæ cōtrarios euentus ſepius operantur, vt in Au
then.de nup.§.quia vero hactenus colla.4.Vnde & ſæpius† de fa-
cultatibus ſuis amplius, quam in his eſt, ſperant homines, vt Inſt.
qui & ex quibus cauſis manu.non poſ.§.in fraudem.Quia tamē
ſententia talis periculoſa eſt, conſulimus, vt ad ſecuritatem con-
ſciētiæ eccl̄ię antea des plus, quā minus, q̄a tutius eſt de benigni
tate in talibus præmium reportare, quam de auaritia reddere ra-
tionem, ſicut alias dicitur ſimile.xxvj.q.fi.alligāt. Et no. ꝙ liceat
ad fideliter recolligendam hanc partem aliqui deputentur, non
tamen habent poteſtatem aliquid diminuendi, vel remittendi,
niſi hoc expreſſe contineatur in literis eorundem.arg.ff.de proc.
p̄curator totorū. ff.de dona.filiusfa.reſpon.i.Ideo frequenter ſe
ipſos decipiunt, qui cum eis componunt.¶[Sane.]3. pars [Iuſto
iudicio.] Vere iuſto, cum enim inſiſtentes obſequio papæ, vel ēt
epiſcopi priuilegiati ſint, vt patet.ſ̄.de cler.non reſiv.de cætero.&
cap.cum dilectus.iuſtius eſt, ꝙ qui ſeruit Deo, prærogatiua gau-
deat ſpeciali.ideo no. ꝙ qui ꝯ priuilegia & libertatē eccleſiæ de
facili interpræratur, vel iudicat humanis fauendo, & ipſa ampliā
do, poteſt de iniuſtitia merito reprehendi, ſuper quo vide quod
no.ſ̄.de rebus eccle.non alienan.c.fina.[Cęleſtis Imperatoris.]i.
per pœnitentiam perpetuam in carcere peragendam.ĩ.eo.excõ
municamus.ij.§.damnari . Secundo in falſario domini papæ.ĩ.
de crimine fal.ad falſariorum.Tertio cum quis propter calum-
niam,quam intulit proprio epiſcopo,deponitur.xj.q.j. ſi quis ſa
cerdotum.Si vero depoſitus ſit incorrigibilis , tunc nullo modo
priuilegium retinet. Et ſic intellige opinionem Alani. immo fi-
naliter poteſtati traditur ſeculari , quod dic,vt legitur , & nota.s̃.
de iudic.cum non ab homine. Qualiter autem tradi debeat, ex-
ponitur hic,vbi ſequitur.[Secularis relinquatur]&c. ĩ.de verbo.
ſignificatio. nouimus qualiter autem puniantur hæretici , legi-
tur,& nota.ĩ.eod.excommunicamus.j. & ij. [Sponte recurrere.]
6 poſtquam eſt de hæreſi condemnatus. Et ſi ſponte redeat † de-
bet recipi abiurato errore.xxiiij.q.iii.dixit Apoſtolus . & detrudi
in carcerem ad perpetuam pœnitentiam peragendam.ĩ.eod.ca.
penul.§.damnari. Alias autem ſi non eſſet damnatus de hæreſi ,
non ſolum ſponte rediens admitteretur , ſed etiam ad fidem ſe-
mel ſuſceptam ſeruandam inuitus cogeretur . Et ſic ſoluitur &
nota.contra xlv.diſtin.de iudęis.xxiij. q. v. ad fidem . [Ad arbi-
trium epiſcopi. ] Olim tamen non recipiebatur in concilio.j.q.
vij.ſi quis epiſcopus.Sed propter periculum multitudinis,quæ in
ualuit,iſtud hodie ad arbitrium epiſcopi eſt redactum, vt hic di-
cit.ad idem ĩ.de purga.ca.inter ſolicitudines . [ Abiurare] Vel ſe
purgare.ĩ.eo.§.illos.¶Laicus autem]iii.pars.]Arbitrio] Et idem
eſt de clerico impœnitente,prius tamen a ſuis ordinibus degra-
dato,vt s̃.§.proxi.& ĩ.cap.penulti.§. damnari . [Debitam] Vltio
7 †debita eſt ignis crematio,ſicut probatur ex verbis domini dicē
tis.Ioan.xv. b. Si quis in me non manſerit per fidem firmam &
ſimplicem.s̃.de ſumma Trini.cap.i.in princ.ſed ab ea exorbita-
uerit,mittetur foras.i. extra communionem eccleſiæ, ſiue cleri-
cus , ſiue laicus ſit per ſententiam excommunicationis,qui ta-
men hodie omnes ſunt excommunicati.ſupra eod.cap. reſpon
ſo.i.& ĩ.eod.excommunicamus.i.& ii.Sicut palmes.i.homo infi
delis,& inutilis,ac mortuus , cum in eo omnino Dei gratia ſit
extincta.s̃.de rebus eccle.non alienan.ſi quis præsbiterorum . Et
niſi pœnituerit,areſcet, ſi laicus ſit per iudicis eccleſiaſtici condē
nationem , & curiæ ſecularis dationem , pœnæ & corporalis
executionem.Si vero clericus ſit,per præmiſſam conſimilem cõ
demnationem,& ſecutam degradationem,& curiæ ſeculari tra
ditionem,& colligent poteſtates ſeculares , eum,ſcilicet laicum
per damnationem corporalis pœnæ & executionem.Clericum
vero in foro ſuo recipient , vt & datam per eos pęnalem contra
eum ſententiam exequantur . Et in ignem mittent miniſtri ſe-
cularium Poteſtatum de mandato eorum. Et ardet.i.ad literam
tradetur ignorantia conburetur.Et ex hac authoritate ſic expoſi
ta ſatis poteſt colligi id,quod legitur,& nota.ĩ.de verbor.ſignific.
nouimus.Lex etiam humana in hac pęna cõcordat, dicit enim
tales vltimo ſupplicio puniendos. C. eodem tit. Arriani . Quod
vltimum ſupplicium alia lex mortem interpretatur.ff.de pœnis
8 vltimum ſupplicium.Et tertia lex expreſſe dicit,ꝙ † viui crema-
tio vltimum ſupplicium eſt.ff.de pœnis.capitulum.Hanc etiam
pęnam ſic interpretata eſt generalis conſuetudo,ſm quam igni
traduntur hæretici vniuerſi.Ergo non ſolum ſm legem euange
licam,ſed & ſecundum humanã.necnon & generalem cõſuetu

dinem omnibus hæreticis debita eſt hæc pœna. Sed & ad hoc pręſtat ar. lex canonica. ſ. eo. firmiſſime. rñ. j. vbi probatur, ꝙ qui diabolo & angelis eius participant, æterni ignis incendio puniendi. Ideo autem dixi condemnationem in perſonam eccleſiæ, & dänationem in perſonam poteſtatis ſecularis, quia ad eccleſiam pertinet condemnatio de crimine, & non damnatio corporis. Ad ſecularem vero ſpectat condemnatio corporis, & non condemnatio de crimine, quæ pœnam corporalem & ipſius ſententiam præcedere debet. ſecundum hoc intellige quod no. in Summa. eod. tit. §. qualiter deuitetur. ver. ergo cognitio [Et j. Continebatur hic. Qui vero inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad arbitrium epiſcopi propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, ſimili ſententiæ ſubiacebunt, quod non debuit remoueri, vt patet in eo, quod legitur, & no. j. c. §. j. Sed & hoc hodie temperatur. j. eod. excommunicamus. j. §. j. quod dic, vt ibi no. ¶ Illos quoque] 4. pars. [Vt diximus] Verum eſt de abiuratione, de purgatione autem nihil dixit in ſuperioribus, ſed dictum fuit hoc in proxima præcedenti deciſione, quæ non debuit remoueri, vt ibi no. aut hæc litera non debuit apponi. Frequenter igitur dum breuis eſſe laboro, obſcurus fio, vt hic patet. & ſ. eodem ad liberandam. in prima deciſione. vt & ibi no. & ſ. de voto. quod ſuper his. §. rurſus. in fine in ipſa deciſione. & cap. ex multa. reſpõ. j. verſicul. ſic ergo. vt & ibi nota. [Recidiſſe] Nam ſecundum. B.

9 † recidere peius, ſiue periculoſius eſt, quam incidere, ſic & deterior dolus eſt illius, qui interruptam iterum litem deſerit, quam qui ſemel cęptam dereliquit. in Auth. de liti. §. ſi vero intra prædictum. in fine. colla. viij. [Sine vlla audientia] quo ad bona, vel quo ad hoc, vt nulla ipſius excuſatio ſuper hæreſi audiatur, quia ſufficit, quòd ſemel fuerit conuictus, & condemnatus, neceſſe eſt tamen, ꝙ condemnetur de recidiua. Sinautem ſtatim ſponte redire voluerit, admittendus eſt, ſecundum quoſdam, ita tamen ꝙ in perpetuum carcerem retrudatur, vt legitur, & nota. ſ. cod. §. præ-

10 ſenti. Et facit pro his, quia Deus † non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat. xxv. q. vj. cognouimus & in Auth. vt non luxuri. contra naturam. reſpon. j. collat. vj. Vnde & eccleſia

11 † nemini volenti redire gremium ſuum claudit, j. q. vij. ſi quis omnem. C. de ſumma Trini. l. fina. ante fi. & ar. C. eod. titu. l. manichæos. & de pen. diſt. 3. adhuc. Alij tamen dicunt, ꝙ iſte eſt caſus ſpecialis in fauorem fidei, & quia omnino reddidit ſe indignum audientia, ex quo abuſus eſt prima gratia ſibi facta. Et hoc credo verius de rigore & ex mente. argu. ſ. de poſtu. prælato. ca. ij. cum ſuis concor. xj. q. 3. priuilegium. xxv. q. ij. ita nos. ff. de ſer. cor. inde Neratius. C. de epi. aud. l. iij. ad fi. Vbi hoc videtur expreſſum, vnde & talē interfi. fecit hic. d. n. [Audientia.] q. d. non prodérit eis, ſi dicant ſe velle hæreſim abiurare, ac ſi diceret, nullo modo amplius reconciliabuntur, audientur tamen defendendo ſe ſup alijs criminibus accuſati, vt no. j. cod. ſi aduerſus. reſpon. j. Prima tamen opinio de vberāti æquitate & benignitate tolerari poteſt, quod totum finaliter dicimus ad arbitrium boni iudicis redigendum. ar. in eo quod legitur & no. ſ. de trāſ. c. fi. ad fi. ¶ [Statuimus] v. pars. [¶ Vt comites] Non potuiſſet hoc papa ſtatuiſſe laycis, niſi ratione inmanitatis criminis. ſic. j. cod. ca. j. ſ. de iudic. nouit. §. j. in fi. ti. ſ. tit. j. ita quorundam. Alij dicunt, ꝙ ideo valuit, quia Imperator præſens fuit, ſiue cōſenſit. ſecundum. d. n. Tu dicas, vt no. extra eiuſdem. d. n. de homi. pro humani. §. ſacri. verſi. ſitque. li. vj. cum ſuis concor. [Iuramento] ſi. j. eo. excommunicamus. j. §. mo neantur. [Si vero] ver. [Noluerunt.] ſi. poteſtates ſeculares. [Honore] quia hoc ipſo contra eccleſiam eſſe videntur, quare dignitate priuari debent. xxxij. q. v. præceptum xxiiij. q. j. qui contra eccleſiæ pacem, quam poteſtatem habet eccleſia etiam quo ad Imperatorem, quod dic, vt legitur, & nota. ſ. de ele. venerabilē. C. e. eos igitur. [Et ad alios] ſcilicet honores, quibus ſe indignos reddunt, ga turpius eijcitur, quam non admittitur hoſpes, & multa impediūt promouenda & c. ſ. de iureiur. quemadmodum. §. j. ver. quia turpius. & §. ij. ver. profecto. [Eis] ſcilicet ſi rebelles fuerint, nec pęnituerint. [Excommunicatione & c.] ſi. ſ. tit. j. ad liberandam, §. cæterum. ¶ Ciuitas autem] vj. pars. [Comercio] ſ. e. c. proxi. §. j. [Priuanda] propter tantum delictum. ſi. xxv. q. ij. ita nos. ¶ [Si vero] vij. pars. [Exempti] vt templarij. ſecundum. d. n. Idem tamen contra diffiniuit. extra eiuſdem. d. n. de verb. ſigni. veniens. lib. vj. Dicas ergo, vt Cluniacen. & multi alij quorum priuilegia vidimus, de his enim aliter iudicari non poteſt, vt patet in eo, quod legitur, & no. ſ. co. de vſu pal. ca. fi. & j. de priui. porro. Et ſi quis ſe exemptū, vel priuilegiatum dicat, cum diœceſanus de iure communi intētionem ſuam fundet, vt ſ. de relig. do. de xenodochijs. cum ſuis concor. Neceſſe eſt, ꝙ de priuilegio fiat fidēs, vt patet. cē. diſt. contra morem. ff. de iudic. ſi quis ex aliena. ſ. de except. cum venerabilis. §. quia vero. & ar. ſ. de offic. dele. cum in iure peritus exiſtas. [Epiſcoporum] qui alias ordinarij ſunt. vt ſ. eod. c. reſpon. j. verſi. & generali. [Et eis] ſcilicet epiſcopis. [Delegatis] generaliter, & vbique authoritate huius concilij. ſi. ſ. de off. ordi. irrefragabili. §. cęte-

12 rum † Gratia enim non dat licentiam delinquendi. j. q. vij. exigit Non tamen propter hoc amittunt in alijs exemptionis priuile-

gium illi, qui ſunt de collegio exemptorum, ſed delinquentes nō

13 obſtante priuilegio puniuntur, quia † non defendit priuilegium in delictis, quod dic, vt legitur, & no. j. de priuileg. tuarum. Puniuntur autem per epiſcopum, qui hoc facit vice papæ, vt hic dicit. Vnde perinde eſt ac ſi papa hoc faceret. argu. j. de ſenten. excom. mulieres. §. ſi. cum ſuis concor. ſecundum. T. Tu dicas, ꝙ omnes perdunt priuilegium in illa diœceſi, in qua hoc eſt commiſſum. j. eod. excommunicamus. j. §. ſane clerici. verſi. ſina. Dicas etiam, ꝙ cum hæc delegatio generaliter ſit conceſſa, & vniuerſaliter, vt no. ſ. ead. glo. in princ. Hæc delegatio hodie in tali caſu ordinaria iuriſdictio eſt cenſenda [a] argum. ff. de iudic. cum prætor. Nec iſto verbo vſus eſt papa, niſi quātum ad placandum exemptos, ac ſi diceret, non moueamini propter hoc vos exempti, quia nō procedit epiſcopus in his iure ſuo, ſed noſtro. Sed quicquid dicant, poſſunt reſpondere exempti, hæc ſatisfactio eſt puerilis. Nam ex quo ita eſt, quantum ad effectum facit hoc epiſcopus iure ſuo, nec in verbis vim facimus, ſed in rebus. C. communia. delega. l. ij. in fine. C. de donati. l. fina. [Non obſtantibus] ſi. ſ. eodem ca. proxi. §. j. vbi de hoc.

ADDITIO.

a ¶ Cenſenda. Adde hodie bo. tex. in c. j. de priuil. l. b. vj.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæreticorum bona cum confiſcantur non debet fieri præiudicium ſecularibus.*
2 *Blaſphemantes Deum digni ſunt ſupplicia iuſtiore.*
3 *Iniuria illata religioni diuinę omnibus dicitur illata.*
4 *Papa ſi ſtatuendo dicat ꝙ filij hæreticorum vſque ad quartum gradum non admittantur ad collegium clericorum, an extendatur ad filios filiarum.*
5 *Filium iniquitatem patris portare contra generalia iura eſt.*
6 *Filia quo ad forum, & dignitatem ſequitur virum, & non patrem.*
7 *Filius, & pater idem ſunt.*
8 *Patris affectio in filium ſpecialis eſt ſuper omnes.*
9 *Hæreticorum bona, an ſunt confiſcanda, ſi habeat filios catholicos.*

CAP. X.

**Vergentis in ſeniū ſæculi corruptelam. & infra.** Subaudi teſtantur non ſolum clementa, ſed & hoc ſicut in integra continetur. [Noſtræ iuriſdictioni] Loquitur prælatis, vt patet ex ſequentibus. ti. ſ. de foro compe. ex trāſmiſſa. & c. verū. & de vi. & ho. cle. qm̄ [Publicari] ēt poſt mortē, qđ dic, vt no. ſ. e. ſi quis eps. [Et in alijs] ver. cæteris quæ non ſub iacēt eccleſijs, vel prælatis. ſed laicis. [Præcipimus.] ſi. bona publicari. [Per poteſtates] ſi. ſ. c. proxi. §. ſtatuimus. quod dic. vt ibi no. [Se-

1 culares.] † quibus non dēt præiudiciū gñari. §. qui fil. ſint le. cām. ij. quādiu obedientes & nō negligentes fuerint. Alioquin j. vt legitur, & no. j. c. excōicamus. j. §. ſi vero diſs tpali. verſi. j. [Cōpelli] qđ pōt fieri. xxiij. q. v. adminiſtratores. & ſ. eo. c. proxi. §. ſtatuimus. ver. j. & ſ. ti. j. poſtulaſti. §. fin. & c. iudęi ſiue ſarraceni. §. ſi. [Necad eos] ver. ſ. hæreticos. [Bona.] ſi. publicata. [Eorū.] ſi. quodā, nōc eſt, ex quo publicata ſunt, dñium amiſerunt. [Miſereri] De ſcl. ergo miſericordia reſtituuntur bona, vt hic patet, & etiā quęque epius. 23. q. 4. ipſa pietas. ver. ſi & inquiunt. in fi. & q. vij. quod aūt. & j. q. vij. puenientibus. Et no. j. eo. §. ſi. ſuper verbo, ex hæredatio. [Diſciplina] ſi. ſ. de elc. cū in cunctis. §. pe. cum ſuis concor. ¶ Cū enim] ij. pars. [Sanctiones] C. ad l. Iul. maieſt. quiſquis. & ct canonizata. vj. q. j. §. verum. ver. ſi quis cum militibus. [Quāto magis] ſi enim contra homines illatę blaſphemiæ impunitæ non tranſeunt, mul

2 to magis qui † ipſum Deum blaſphemat, dignus eſt ſuppliciis ſuſtinere, vt in Auth. vt non luxu. contra naturam. reſpõ. j. & §. j. co. vj. Vnde & j. ſequitur cum longe grauius ſit & c. vt j. cod. §. in fi. & nota. j. de maledicis. ſtatuimus. [Quod eſt Chriſtus] quod dic, vt no. ſ. de elec. ſignificaſti in fi. & de ſacra vnctio. cap. vnico. §. vnde in veteri. ver. j. [Cum longe] verſi. [Sit grauius] ſi. 17. q. 4. ſicut qui

3 eccleſiam. 23. q. v. ſi apud. Quod † enim in religionem diuinam committitur in omnium fertur iniuriam. C. eodem titu. Manichæos. Nec debemus dimittere illius inultum opprobrium, qui probra noſtra deleuit. ſ. titu. j. in nonnullis. §. ſi. ad idem. ſ. de decimis. tua nobis. §. verum. xxiij. q. 4. ſi is qui. & no. ſ. eo. ſuper verbo, quanto magis. & cap. ſi quis epiſcopus. Sed quid ſi ita dicat papa,

4 † ſtatuimus, ꝙ hæretici & filij eorum vſque ad quartum gradum non admittantur ad collegium clericorum. Nunquid eſt hoc intelligendū, tā de filijs filiarum, ꝙ de filijs filiorum? Ita vr. ar. j. de pęnis. in quibuſdam. §. ſacri. vbi de hoc. Nam & tales aſtringunt. ver ba mens: Verba, quia tam hi, quam illi ab hæretico deſcendunt, & differentia agnationis & cognationis hodie eſt ſublata, vt in Authen. de hære. quæ ab inteſt. deſe. colla. ix. ergo a ſignificatione verborum recedi non debet, ſicut dicit lex. ff. de le. iii. non aliter. ff. de exerci. actio. l. j. §. ſi is qui nauem. Sed & de mente idem videtur, voluit enim princeps punire hæreticum, non ſolum, in ſe, ſed & in filiis. arg. ff. quod metus cauſa. iſti quidem. Pone ergo, ꝙ non habet niſi unicā filiā, ſi dicas neporeſ ex filia deſcendentē īmunē, ergo non punietur in filios, cū alios nõn habeat. Item de mente videtur, ꝙ ideo ſit facta prohibitio, ne quis ducat filiam hæretici



hæretici in vxorem. Et merito: quia timeri poteſt de corruptione mariti & filiorum, ſicut enim vir infidelis ſaluatur per mulierem fidelem, ſic & damnari poteſt fidelis per infidelem, ar. ſ. de di uor. quanto. ff. de redhibi. act. l. ꝙ ſi nolit. §. qui per mancipia. Dicendum ergo videtur in fauorem fidei, ꝙ talis filius, & ſi ſit inculpabilis, puniatur: quia & hoc in alis contingit. Et in hoc etiam poſſumus ſequi diuinum iudicium, vt probatur in hoc. c. & in his quæ. ſ. no. Caueat ergo ſibi vnuſquiſque, ne contrahat cum filiabus Canaan. Gen. xxviii. c. Econtra videtur. quia nemo debet puniri ſine culpa & c. C. de pęnis. ſancimus. cum ſuis cōcor. Nec obſtat quod dictum eſt de verbis ſtatuti: quia cū dicat filijs, maſculos complexus eſt, & non fœminas ſecundum verba, & ſecundū mentem, idem eſt, cum agatur de pœna, argu. ff. de ventre in poſ. mit. l. j. §. j. ff. de pęnis. ſi præſes. & l. interpretatione. cum ſuis cōcor. ſ. de teſta. Rainaldus. rñ. j. ſuper verbo, maſculis. Item videtur potius comprehendiſſe agnationem peruenientem extra lineam paternam, quam cognationem maternam. ar. Inſt. de legit. agna. ſuc. § j. & de leg. ag. tu. §. i. Præterea ex quo qs de legitimis nuptiis genitus eſt, ſequitur patrem, & non matrem. ff. de ſta. ho. cum legitime. quod omnino verum eſt, cum agitur de dignitatibus, & honoribus, & pęnarum immunitatibus, vt pater. C. de decur. eos indulſerunt. & l. exemplo. & l. nullus. & l. ſi ille. lib. x. C. de pęnis. decuriones. & l. decurionum filij. & melius & expreſſius quantum ad pœnas. ff. de pœnis. moris. §. ſi ff. de decu. l. ij. §. in filiis. Sol. non

a videtur ꝙ talis filius hoc ſtatuto damnetur, [a] potius enim lineam maſculinam & paternam quam fœmininam & maternam cō prehendit, etiam ſi de immunitate agatur, vt probatur. ff. de mu. & ho. vacatio. ff. de iure immuni. l. j. §. vnico. Et dicit lex ſenatores debere vocari ipſos ſenatores, & eorum filios & nepotes natos ex eis. Nepotes vero nati ex filiabus non ſenatores dicentur, ſed patris ſui conditionem ſequuntur. ff. de ſenato. l. liberos. Si ergo in beneficiis & dignitatibus filius ex matrimonio natus matris conditionem non ſequitur, quanto magis dicendum eſt & in pœnis contra iura maxime a diuentis non debeat ſequi conditionem eiuſdem cum pœnæ legum interpretatione ſint molliendę & nō

5 exaſperandæ. vt ſ. no. Contra vero iura generalia eſt. † vt filius portet iniquitatem patris. ff. de penis. l. crimen. ff. de in ius vo. adoptiuum. §. j. Huic igitur ad hærebo fauori, maxime quantum ad eccleſiam, quę innocentem punire non deſiderat, imo nec nocenti redeunti claudere gremiū conſueuit. Et ſi ſpecialia in priū ſint quædam, metu ipſorum ad conſimilia non tranſcendam. ff. ad mu. l. j. C. de decr. neque Dorotheum. C. de le. leges. vt generales. Inſti. de iu. na. ver. quod Principi. ff. de leg. ius ſingulare. cum ſimilibus. Video inſuper, ꝙ ſi filius habeat patrem & auum ſenatorē, & ſi pater a ſenatu remoueatur turpiter, tamen filius remanebit ſenator. vt plus ei proſit aui dignitas, quam obſit caſus patris. ff. de ſena. emancipatum. §. fi. Sic & debet dici, vt plus proſit filio patris fidelitas, cuius conditionem naturaliter habet ſequi. ff. de ſta. ho. lex naturæ. A contrario, quam mater, & etiam, aui materni infidelitas, quibus quo ad multa dicitur alienus, & quo ad patriam poteſtatem & ſubſtitutionem pupillarem, & bonorum poſſeſſio

6 nem contra ta. & alia multa. † Filia enim etiam quo ad forum & dignitatem ſequitur virum, non patrem. ff. de ſena. fœminæ. Ergo multo fortius filius vir ipſum ſequitur, & ſi vndique inter patrem & matrem ſit parilitas. tamen viri conditio præualet, & eſt

7 ſpectanda. ff. de ſenato. l. j. † Filius enim & pater iuris interpretatione idem ſunt. C. de impu. & aliis ſubſti. l. vlt. Inſti. de inutil. ſti. §. ei qui. quod nunquam in matre, vel auo reperitur materno. Cum ergo ſtatutum dicat & filii eorum lineam paternam non maternam reſpexiſſe videtur. Alias ſequeretur punito filio ipſum patrem puniri quod dici nō debet. Tum ex patris in filium affectio

8 ne † quæ ſpecialis eſt ſuper omnes. C. de cura. furi. l. fi. j. reſpon. cū ſimilibus. Tum ex filij infamia, quam licet patri proſequi etiam inuito filio. Tum quia ſubſtantia filii minor eſſet, quam habet ne ceſſe alere pater, ſi oporteat. Tum quia filium ſaltem de facto infamem. (ff. de obſequiis a liberis & c. l. j.) in domo cogeretur habere, & in familia patriæ poteſtatis tenere, quod dici nō debet. Nec obſtat, quòd de verbis ſtatuti dicitur ſeruandis, quia propter ſententiam ab eis receditur, cum verborum interpretatio nunquam tantum valeat, vt melior ſenſu exiſtat. xxxviii. di. ſedulo. C. de libe. præteri. l. iii. C. de fideiuſ. cum virum. C. de conſti. pec. l. ii. Nec obſtat, ꝙ punire voluit Princeps hæreticum in filiis. Hoc enim eſt dicendum in proprijs filijs, non in alienis, at filius filię non ſuus eſt, ſed alienus. cum non ſit in poteſtate ipſius, vt C. de iu. do. l. fi. §. ſi quoquo modo. & de rei vxo. ac. l. vnica. §. accedit. ver. extraneum. Nec obſtat, ꝙ Princeps arcere voluerit hæreticum, ne quis contrahat cum filia eius: quia hanc pęnam expreſſam non inuenio in ſtatuto ſed ſolum in filijs eius, vt puniantur in cleri promotione. Non ergo eam extendam, ſed reſtringam, vt odioſam: quia cū vir caput ſit vxoris, veriſimilius eſt ipſam trahi ad legē iuri fidelis, ꝙ ipſū ad legē ipſi?. Vñ, ex hoc deterius cingere poſſet, ſi cū catholico filia nubere nō poſſet, ſ. augmentū hrticorū, & diminutio catholicorū. Et quia vir, qui diuinare nō potuit hęreſim alie-

nam, propter iuſtum ſuum errorem puniri nō debet. Si vero ſciē ter talem duceret, ei forſitan eſſet imputandum, vt & no. j. de pœnis. in quibuſdam. §. ſacri. ¶ Nec huiuſmodi.] iii. pars. [Orthodo

9 xorum filiorum] vt ſequitur. [Exhæredatio.] Hic † expreſſe habes, ꝙ bona hæreticorum confiſcantur, [b] ſiue habeant filios catholicos, ſiue non. Sed contra: quia filij catholici propter hoc hęreditate paterna priuari nō debent. C. e. ti. Manichæos, & l. cognouimus. & auth. idem de Neſtorianis. Sol. illa iura hodie per hoc, quod hic dicitur, corriguntur & per. l. Federici hac edictali. quæ hoc idem dicit, & fuit olim poſita in quinta compil. eius. tit. nec debuit ne moueri. & eſt ratio, vt no. ſ. eo. ver. j. vel intelliguntur de gratia ſecundum iſtam. vt ſ. e. c. reſpõ. j. & no. ſ. e. ſi quis epiſcopus. Quia vero ſuper hoc ſunt diſſentiones, ſi vis amplius proſequi hāc materiam, vide in Summa. e. tit. §. qua pœna feriantur. reſpon. j. & ver. i. & ſequen. [Impedire.] i. ſpiritualis pœna, non debet impedire temporalem, nec econuerſo, imo vtraque eſt imponenda, ſicut & j. de maledicis. c. ij. & arg. extra. d. n. de re iudi. cum ęterni. in fi. Nec mireris, ſi in hoc caſu filij propter delictum patris exhæredentur, cum in multis & c. vt j. ver. j. [Cum in multis.] ver. [Caſibus.] Alijs minoribus iſto, & in quibus hoc minus videret. Multo magis ergo & in iſto, de quo magis videtur, arg. ſ. de elec. cum in cunctis. in prin. cum ſuis concor. [Diuinum iudicium] quod nec fallit, nec fallitur. j. q. iiii. §. item pro peccato ciuium. & ſequētibus. quod dic, vt plene no. j. de pœnis. in quibuſdam. §. ſi. [Et iuxta canonicas.] ver. [Sactiones.] xv. q. vlt. cum multæ. ſ. de fil. presbi. per totum. j. de pœnis. in quibuſdam. §. ſi. cum ſuis concor. [In progeniem.] In qua magis punitur pater, quam in ſe ipſum. vt patet. ff. quod metus cauſa. iſti quidem. & in eo quod legitur, & no. j. de fil. presbi. literas.

ADDITIONES.

a ¶ Damnetur. Adde quòd hodie per c. ſtatutum. eo. titu. l. b. vj. deciſum eſt ꝙ filij hęreticorum vſque ad ſecundam lineam paternam, & vſque ad primam lineam materna ſunt inhabiles ad beneficium eccleſiaſticum, vel officium ſeculare, ſi eorum patres ante mortem eccleſiæ reincorporati non fuerint.

b ¶ Confiſcantur. Adde ꝙ hodie per c. cum ſecundum. eo. tit. lib. vj. bona hæreticorum ipſo iure confiſcatur ſed bonorum apprehenſio nō debet fieri per dominum ſecularem, niſi prius pronuntiatum fuerit ſuper crimine per iudicem eccleſiaſticum, qui hoc poſſit, cotes tamen vxorum innocentium propter hæreſim maritorum non confiſcantur. c. de creuit. eo. tit. lib. vj.

*SVMMARIVM.*

1 *Timeri plus ſolet, quòd ſpecialiter iniungitur, quam quòd generaliter imperatur.*
2 *Iudex non dicitur, ſi in eo non eſt iuſtitia.*
3 *Inſtrumenta confecta a notario ſuſpenſo non valent ſtante eius ſuſpenſione.*

CAP. XI.

**Si aduerſus nos terra conſurgeret. & infra.** [Pl⁹ timeri † ſolet] hoc ſum

1 ptū eſt ex illo canone. xxiii. diſt. quanquam. Sic & dicit lex, ꝙ ea quæ generaliter dicuntur, niſi ſpecialiter notentur, neglecta videntur. ff. de iniu. item apud Labeonem. §. ait prætor. ar. ad hoc. ſ. de conſir. vti. bon. e. §. ſi. ſ. de dolo & contu. c. i. §. ſi in prin. ſ. de offi. lega. quod tranſlationem. cum ſuis concor. [Specialiter.] Ideoque quandoque quod de iure communi competit generaliter ſpeciali priuilegio imperatur, vt patet. ſ. de procur. quia in cauſis. ſ. de iureiur. & ſi Chriſtus. §. ſi. & no ſ. de æta. & quali. accepimus. §. licet igitur. ver. ex ſuper abundanti. & ſ. e. ſicut ait. §. j. [Scriniariis.] i. tabellionibus. ſ. e. §. ſi. ver. ad audientiam. §. ſi. ver. nec credentes. vbi de hoc ſi. xxv. q. ii. ſanci mus. §. vniuerſa. j. e. excommunicamus. j. §. credentes. ver. ſi. j. de ſent. excom. nouit. [Defenſoribus] qui omnes hodie hæretici iudicantur. j. e. excommunicamus. §. credentes. [Auxilium vel fauorem] Cum ſint excommunicati. j. e. excommunicamus. j. §. credentes. & ſ. e. ſicut ait. Sed contra: quia ſi conueniantur, nō eſt eis iuſta exceptio ſine ſententia deneganda, vt patet. ſ. de excep. cū inter priorem. §. j. cum ſuis concor. Sol. illud poteſt habere locū infra annum, poſtquam eos conſtiterit tales eſſe. Nam elapſo anno, niſi interim ſe correxerint, inter hæreticos computantur. j. e. excommunicamus. j. §. credentes. Vnde non admittuntur ad aliquam defenſionem, cum bona ipſorum debeant confiſcari, imo & eis licite auferuntur. xxiii. q. v. non vos & q. vii. c. j. Melius tamē eſt, vt authoritate eccleſiæ, vel iudicis hoc fiat. xxiij. q. iii. ſex differentiæ ſunt. C. de pig. l. iij. ſecundum. B. Non placet hæc glo. & dic de prima parte, vt no. j. e. excommunicamus. §. j. credentes. De ſecunda vero parte dic, ꝙ & ſi non poſſint ſe defendere quo ad bona, poſſent tamen aliter criminaliter accuſari, vnde in illis non eſt in iudicio iuſtitia deneganda. Sed ad defendendum hæreſim nullatenus audirentur, quod per iura inducta ſuperius ſatis patet. Nec obſtat in Auth. de priui. do. poſt medium. j. ver. ſed ſi ſint eis inaggreſſibilia. coll. vj. vbi expreſſe dicit, ꝙ nec beneficijs iuris, nec aliquibus alijs priuilegijs tales poterunt ſe iuuare, quia illud ius & ſimilia intelligi poſſunt quantum ad accuſationem, ſiue imgnationem, vel actionem, & hæreſis defenſionem. ſ. e. ad abolendam

dam.§.illos.vbi de hoc. In alijs autem criminibus quo ad defen-
ſionẽ iuſtitia nõ denegabitur:qa nec in hoc attẽdit fauor hrtici,
ſed æquitas iudicantis,vt legitur,& no.s̃.de excep.cum inter prio
rem.§.j.Et hoc ſatis apparet hic, nam ex eo ꝙ hoc ſolis aduoca-
tis& ſcriniarijs,non tamen iudicibus,de quibus nulla ſit hic mẽ-
tio,prohibetur,ſatis patet,ꝙ de ipſis iudicibus contrarium ſenſit
quantum ad iuſtitiam faciendam,arg.in eo quod legitur , & no.
s̃.de præſcri.nonne.Nec obſtat,ſi dicas,ꝙ talis hæreticus eſt,& ſic
ſtatim eſt puniendus.Nam & poſt depræhenſionem,ſi ſponte re-
dierit,admittitur,& in monaſterium eſt detrudendus.j̃.e.excom
municamus.ij.§.pen.ibidem igitur ſe defendere poſſet ſuper alio
crimine accuſatus,arg.C.de his qui ad eccleſiam confu.l.fi.§.j.&
reſpon.j.Maxime ſi præuentus fuiſſet in alterius criminis accuſa
2 tione.s̃.de fo.comp.propoſuiſti.Tamen excepto iudice qui † nec
iudex eſt,niſi ſit in eo iuſtitia.j̃.de ver.ſigni.forus.§.in omni.nulli
alij perſonę licet talibus conſilium,vel auxilium,vel communio
nem aliquam niſi ad ſalutem animæ, etiam in cauſis , vel factis
aliis impartiri,vt patet.j̃.e.§.j.¶Nec his.]ij.pars.ſ.hęreticis.[In cau
ſis]ſcilicet criminalibus.[Vel factis.]i.quibuſcunque negotiis. q.
d.nec in iudicio,nec extra.j̃.de verb.ſig.forus.§. negotium. [Vel
aliquibus]ſcilicet aliis etiam catholicis.[Sub eorum]ſcilicet hæ-
reticorum,qui nullatenus iudicare poſſunt , nec aliqua publica
officia exercere.j̃.eo. excommunicamus.j.§. credentes.[Patroci-
nium]ſcilicet vos iuris periti etiã magno ſalario dato, quod alias
liceret.xj.q.iii.non licet.quod dic,vt no.s̃.ti.j.cum ſit nimis abſur
dum.§.fi.[Facere] vos tabelliones. Sed nonne iudices tales con-
tra iuſtitiam condemnabunt , ſi fuerint ſuper aliis criminaliter
accuſati? Non,quod dic,vt no.s̃.e.reſpon j.in fi. ¶Quòd ſi cõtra.]
iii.pars.[Præſumpſeritis]vos aduocati.ſeu ſcriniarii , quibus tan-
3 tum ſcribit,vt patet.s̃.e.c.reſpon.j.[Suſpenſos]qua † ſententia du
rante non valebunt confecta inſtrumenta,arg.in eo quod leg. &
no.s̃.de conſue.cum dilectus.§.quia nobis.& x.diſt.vides fili cariſ-
ſime.C.de leg.non dubium.s̃.de elec. qualiter poſt obitum. in fi.
& j̃.e.excommunicamus.j.§.credentes.verſi. quod ſi forte,& ſeq.
Sed quid de patrociniis,nam illa de facto tenent? Reſpõdeo,erũt
forſan ſententiæ irritandæ.vt dicunt quidam. Alii contra. Credi-
mus,ꝙ hoc eſſet per ſummum Pontificem declarandum.s̃.qui
fil.ſint legi.per venerabilem.§.rationibus.s̃.de feudis.c.j.s̃.de con-
ſti.c.fi.cum ſuper hoc nullum ius expreſſum habeatur, niſi ꝙ ad
uocatus per exceptionem poterit remoueri.j̃. e. excommunica-
mus.j.§.credentes.& §.quod ſi forte.in fi.Vel dic lucrum pauperi
bus erogandum,ar.in eo quod legitur,& no.s̃.ti.j.ex ſpeciali. Sed
nunquid,ſi taliter ſuſpenſi officium ſuum exequantur,irregulari
tatem incurrunt? Ita videtur,vt j̃.de cle.exc.mi.c.ij.ver.j.extra. d.
n.de ſen.exc.cum medicinalis.§.fi.ver.quoniam.cum ſuis cõcor.
lib.vj.Sed hoc falſum eſt.Nec obſtant iura inducta:quia loquun
tur,quando aliquis ſuſpẽditur ab officio ſpirituali ordini ſacro an
nexo,vt patet.xj.q.iii.ſi quis epiſcopus dãnatus.& c. ſi quis epiſco-
pus in concilio.Vbi & ſi non fiat mentio niſi de ipſo presbitero
& diacono,tamen idem intelligendum eſt & de ſubdiacono, cũ
hodie ſacer ordo exiſtat,vt patet in eo,quod le.& no.s̃.de ſer. non
ordi.miramur.De ſuſpenſis autem a minoribus hanc pęnam ex
preſſe non inuenio iure cautam,quare non videtur,ꝙ ad ipſos ſit
extendenda,ar.s̃.de tranſla.epi.c.ii.§.ſed neque.ver.fi.cum ſuis cõ
cor.Nam & vbi pęna expreſſa inuenitur,cum ſit odioſa , non eſt
dilatanda,ſed potius reſtringenda.ff.de pęnis ſi pręſes.& l.pe.Mul
to minus ergo dicam irregularitatem incurrere ſuſpenſum ab of
ficio publico temporali,de quo hic loquitur , & ſi propter tranſ-
greſſionem alias ſit puniendus,arg.in eo quod legitur, & no.s̃.de
dolo & contu.veritatis.§.fi.ver.in nomine domini. in princ. Sed
verum eſt,ꝙ clerici etiam inferiorum ordinum irregularitatẽ in
currere poſſunt,qđ dic,vt plene no.j̃.de cle.ex.mi.c.ii. [infamiæ]
Et ita Papa poteſt etiam quo ad forum ciuile infamiam irroga-
re,cum & ipſam poſſit tollere,vt hic.& ar.s̃.qui fil.ſint legi.per ve
nerabilem.Eſt tamen ar.contra.ii.q.iii. §. hinc colligitur. ſecun-
dum.B.quod dic,vt no.s̃.de ſecundis nup.c.penul.& fi. & s̃. de re
iudi.cum te.

*S V M M A R I V M.*

1 *Conuenticulæ infra,& extra eccleſiam fieri prohibentur.*
2 *De fide diſputandum non eſt turbis coadunatis.*
3 *Conſpiratorum graue eſt peccatum.*
4 *Illuſio omnis generaliter reprobatur,*
5 *Officia,ſingula ſingulis ſunt committenda.*
6 *Prædicare nullus,debe tniſi ſacerdos.*
7 *Miraculis non ſemper credendum.*
8 *Miracula quandoque fiunt per malos peccatores.*
9 *Sacerdotibus pudibundum eſt,ſi neſciunt reſpondere.*
10 *Iudicandum eſt legibus,& non exemplis.*
11 *Argue,increpa,& obſecra,in prædicatione.*
12 *Iniuria non infertur volenti,& ſcienti.*
13 *Ordo iuris eſt ſeruandus.*
14 *Soluere,eius eſt cuius eſt ligare.*

## C A P. XII.

CVm ex & iniuncto.& inf. [Studiũ.]
ſubaudi haberent.patet.s̃.de magiſtris.ſuper ſpecula.
& s̃.ne cle.vel mo.ſuper ſpecula.§. quia vero. [In eo
tamen.]ver.[Arguendi.]i.reprehendendi.[Quia occulta] Prima
reprehenſio,quam proſequitur.j̃.e.reſpõ.& §.Deus enim. & ſeq.
1 † [Conuenticula]quæ infra eccleſiam fieri prohibentur.C.de epi
ſcopis & cle.conuenticula.Et etiam extra eccleſiam,vt ibi no. &
probatur.j̃.e.excommunicamus.j.§.adijcimus.verſi. j. C.de ſum-
ma tri.l.ii. Alioquin capitalis eſt pœna.vt patet.C.de his qui ad ec
2 cleſiam confu. denuntiamus.† Sed nec eſt de fide coadunatis tur
bis publice diſputandum.C.de ſumma Tri.l.ii.quamuis & qñq;
expediat reſpondere.xliii.diſt.in mandatis.ante fi.Prohibentur ẽt
conuenticula talium : quia timetur de conſpiratione.xj.q.j. con-
3 ſpirationum.& c.coniurationum.lxxix.di.ſi quis Papa. † Et licet
omnium conſpiratorum graue ſit peccatum , vt patet ex prædi-
ctis iuribus,& in eo,quod no.s̃.de re iudi.cum.I. & A. iſtorum tũ
maius eſt peccatum,& pęna debet etiam maior eſſe , vt patet in
eo,quod legitur,& no.s̃.e.vergentis.§.cum enim.ver.cum longo.
[Et officium]Secunda reprehenſio,& hanc proſequitur.j̃.e. §.ſi-
cut enim per totum.[Pręedicationis]quod priuilegiatum eſt mul
tis modis.vt legitur,& no.s̃.de ſta.mo.quod Dei timorem. & pa
tet.j̃.e.§.ſicut enim.ver.j.Et ſacerdotum]Tertia reprehenſio, quæ
& probatur.j̃.e.§.licet aũt.[Simplicitatem]Et male.xxxviii.di.ſe-
4 dulo.[Illudũt] † Omnis illuſio generaliter reprobatur.s̃.de poſtu.
præla.bonæ.ii.§.nec nocebat.[Et eorum]Quarta reprehẽſio,quæ
omnino eſt deteſtanda,vt patet.j̃.e.§.fi. [Conſortium]Non ſolũ
ſacerdotum,quos propria temeritate euitant,vt patet.j̃.eo.§.fi.ſed
etiam aliorum omnium.[Qui talibus.]ſ.conuenticulis , vſurpa-
tionibus,illuſionibus , & ſacerdotum euitationibus. [Non inhæ-
rent.] q.d.tales volunt omnes eſſe,quales ipſi ſunt,ꝙ ſi aliter ſe ha
buerit,ipſos tanquam excommunicatos euitant. ¶ Deus enim.]
ii.pars.in qua intendit quod.s̃.dixit de occultis conuenticulis im
probare.[Lux vere.] Io.j.[Tenebrarum.]i.s̃.de off.deleg. conſul
uit.§.ne vero.[Omni creaturæ]Matth.c.fi. [Dicens] Matth. x.e.
¶ Sicut enim.]iii.pars.in qua improbat quod.s̃.dixerat de vſurpa
tione officij prædicãdi.Et ſumitur hoc ex eo,quod legitur Ro.xij.
5 [Sed non omnes]Imo † ſingula officia ſunt ſingulis committẽ-
da.lxxxix.diſt.ſingula.& patet in eo,quod leg.& no. j̃.de præb.cũ
non ignores.[Quia ſecundum Apoſtolum]Ephe.iiii. [Alios de-
6 dit &c.]ſi.j̃.e.c.pen.† Nullus enim quantumcunque literatus prę
dicare debet,niſi ſacerdos ſit.xvj.q.j. adijcimus. Vel ſaltem niſi ſit
miſſus.vt j̃.e.§.ver.nam ſecundum Apoſtolum. & c. excommu-
nicamus.j.§.quia vero.vbi de hoc.& argumen. xxiii. q. iiii. diſpli-
cet. ¶Cum igitur.] iiii. pars. [Doctorum.] ideſt prædicatorum.
ſi.infra eod. cap. ſicut in vno. §. vnico. in princip. [Præcipuus.]
Et priuilegiatus,vt no.s̃.e. reſpon. j.ver.j. ſuper ver. prædicationis
[Indifferenter] Imo cum maius periculum immineat , cautius
eſt agendum.xlii.diſt.quieſcamus.xxxii.diſt.§.verum.j.q.j. §.ecce
cum honoris.[Nam ſecundum Apoſtolũ]ad Ro.x.d. [Et etiam
veritas ipſa]ſcilicet Chriſtus præcepit Apoſtolis Lu.x.a. [Mittat]
q.d.nullus ſibi vſurpet,ſed miſſus ſolummodo admittatur, vt hic.
& xxj.diſt.in nouo.[Quam ſi forte]ver.[Argute reſpõdeat].i.ar-
guendo vos ſic opponat.Domine non debetis dicere,ꝙ tales tan
quam non miſſi non admittantur.[Quia tales &c.]Sed huic ſta-
tim reſpondet.j̃.e.ver.j.[Dignior.]Verum dicit, ſi de illa conſta-
ret,vt patet.s̃.de regularib.licet.reſpon.j. ver.talis ergo. & xix.q.ij.
duæ ſunt.Sed non eſt credendum cuilibet,vt patet. s̃.de regulari-
bus licet.§.ſi vero dubitetur. Vnde oportet,ꝙ aliter probetur quã
nudo verbo illius, qui dicit ſe miſſum.vt j̃.e.ver.j.& ver.ſed opor
tet.& ſeq.[Poteſt rationabiliter]ver.[Non ſufficit]Bene dicit, nã
& ſi martires aliqua mandent,non ſtatim ſunt facienda, ſed an-
te eſt,vt ſciamus illos a Deo,quæ poſtulant,impetraſſe.l.diſt.ſi qs
7 præpoſtera.Nec † ſemper eorum miraculis eſt credendum,vt no.
j̃.e.ver.ſi oportet.ad fi.& patet in eo,quod legitur,& no.s̃.de reliq.
& venera.ſanctorum.c.j.in fi ad idem.xlii.di.quieſcamus. [Nudo
tantum].i.ſine ſigno miraculoſo , vel teſtimonio ſcripturæ ſuffi-
cienti,vt no.j̃.ver.j.Nam nec ipſius iuramento crederetur ,tum
quia ſolus eſt.s̃.de teſti.licet.j.in fi.& c.cum a nobis.Tum quia in
re propria generaliter nullus eſt idoneus teſtis iiii.q.iii.ver.itẽ nul-
lus.& ver.item omnibus.& no.de hac materia.s̃.de teſti.in omni
negotio.[Aſſeueret]Nec enim ſufficit dicere,niſi & probetur, vt
hic,& le.& no.s̃.de conceſ.pręben.cum ſuper quęſtione.& s̃.de re
iud.cum ſuper controuerſia.§.j.[Sed oportet]ver.[Aſtruat]Aſſe
rendo ſtruat,ſiue inſtruat,hoc eſt probet,ſiue confirmet.[Miracu
li.]Sed nec miraculo ſtatim credendum eſt,quia † & quandoque
per malos & peccatores miracula fiunt.j.q.i.teneamus.& no. s̃.e,
ver.poteſt rationabiliter.Ideoque antequam fides adhibeatur, de
vita & miraculis diligenter eſt inquirendum . Et poſtea referen-
dum ſedi apoſtolicę,quæ hoc reprobet,vel confirmet, vt legit.&
not.s̃.de reli.& venera.ſanctorum.c.j.ad fi.& s̃.de teſti.venerabili.
Hoc autem,quod dicit de miraculo,ſtatim exẽplificat. j̃.e. ver. j.
[Scriptu-



[Scripturæ]Et hoc exemplificat.j̃.e.ver.Ioannes.[Vnde cum do
minus.]ver. [Vellet.] Exo. iiii.[Ioannes quoque.] ver. [Dicens]
Matth.x.e.¶Licet autem.]iiii.pars.in qua improbat quod.s̃.dixit
de illuſione ſimplicium ſacerdotum.[Scientia] etiam eminens,
licet competens toleretur,vt legitur, & no. s̃.de elec. cum nobis
olim.§.his igitur.ver.illius quoque.& de renun.niſi cum pridem.
§.pro defectu.[Propheticum] Malach.ij.c. [Labia ſacerdotis] ſi.
xliii.diſt.ſit rector.xj.q.j.ſacerdotibus.[Cuſtodiunt.]i.cuſtodire de
9 bent.[Exquirunt.] ſ.ſubditi , † vnde pudibundum eſt,ſi neſciunt
reſpondere.xliii.diſt.in mandatis.ad fi.Quare & talis debet eſſe, q
omni poſcenti ſciat reddere rationem.xxxvj.diſt.§.ecce quod.an
te fi.[Non eſt tamẽ.]ver.[A ſcholaſticis.]xxxviii.diſt.ſedulo.mul-
to minus ab alijs ſubditis.vj.q.j.oues.& c.præced.& ſeq. [Cum in
eis]quãuis ſimplicibus.[Propter quod.] verſi.[Præcepit] Exo.xxii.
[Non detrahes]per hoc,qđ dicit dominus.[Sacerdotes]&c.[Nec
quiſquam]ver.in quo reſpondet oppoſitioni,quæ ſibi fieri poſſet
10 exemplo aſinæ,quod ſtatim ſequitur.[Exemplo]Licet † enim nõ
ſit exemplis,ſed legibus iudicandum.C.de ſent. & interlo. nemo
iudex.quod qualiter intelligatur.no.s̃.de re iudi.in cauſis. Exem-
pla tamen ſacræ ſcripturæ & hiſtoriarum frequenter inducũtur,
& ipsã probationem inducunt,vt hic.& s̃.de elec.venerabilem.§.
obiectionem.ver. quod autem. in fi. Sicut & prouerbia vulgaria
antiquorum,vt patet in eo,quod legitur,& no.s̃.tit.j. & ſi iudęos.
reſpõ.j.in fi.[Quòd aſina.]ij.q.vij.ſecuti ſunt.& c.nos ſi incompe-
tenter.[Legitur]Nu.xxij.f.[Prophetã.]ſ.Balaam.vt j̃.ver.j.[Vel.]ſ.
illo ſcripturæ teſtimonio,ꝙ dominus dixit Io.viij.f. [Quis ex vo-
bis]huic reſpõdet.j̃.e.ver.& aliud.Et ſi male locutus ſum. Io.xviij.
de quibus no.s̃.de ſimo.c.iij.De malo.Subaudi,ſed nõ obſtat exẽ
plum de aſina,& ſic continuatur ſequens.verſi.cum aliud ſit &c.
[Cum aliud.]ver.[Quod quiſque tenetur] ſcilicet occulte repre-
hendere,vt hic.& ar.xxiii.q. v. non putes: non manifeſte vel pu-
blice.Illa enim correctio ad ſuperiorem,vel iudicem tantum ſpe
ctat,arg.xxiii.q.iiii.duo iſta.& c.forte. Prælatus enim ſubditum ſi
cut pater filiũ & publice poteſt corripere & occulte. Vnde Apo-
11 ſtolus ad Titum.iiii.b. Argue, † increpa,& obſecra.xlv.diſt.c.j.viij.
q.j.quid autem.Filius vero patrem , vel prælatum ſubditus publi-
ce reprehendere,ſiue corripere non debet,vt legitur hic,& proba
tur.xxj.di.nolite.& in eo quod le.& no.s̃.de maio.& obe.cum in-
ferior.reſpon.j.Correctio ergo canonica & occulta,de qua hic lo
quitur,ad omnes ſpectat ſecundum euangelicam veritatem.Ma
nifeſta vero ad prælatos,ſiue iudices tantum, vt hic diſtinguitur.
Et ſecũdum hoc poteſt intelligi ij.q.j.ſi peccauerit.& facit ad hoc.
xxij.q.v.hoc videtur. Ad denuntiationem autem euangelicam,
quæ admonitionem & probationem requirit.xlv. diſt. ſi illud.s̃.
de teſtibus. in omni negotio. & quæ fit ad pœnitentiam. ii. q. j.ſi
peccauerit.videtur,ꝙ quilibet ſit admittendus.arg.ij.q.vij.qua pro
pter. Dummodo ſit perſona honeſta. s̃. de ſpon.cum in tua. ſe-
cundũ.B.Tu dic,vt ibi no.& s̃. de cogna. ſpiri.tua nos.& plenius.
s̃.de iudi.nouit.reſpon.j.[Euangelicum]Matth.xviii.c.Si peccaue
rit in te frater tuus &c. [Balaam] per quem ſuperior intelligitur.
[Ab aſina]quæ tenet figuram ſubditorum. Subaudi, ſed nec ob-
ſtat,quod obiectum eſt ex ſcripturæ teſtimonio.s̃.e.ver.nec quiſ-
quam.ibi quis ex vobis &c.Nam & aliud eſt &c. vt ſequitur. [Et
aliud eſt.]ver.[Patrem ſuum]Alias fratrem.[Reprehendere]Cũ
reprehenſus ſe non ſubmittat,alioquin contra.j̃.e. ver. & rurſus.
[Manifeſte]Ad detractionem tantum,quod non licet. j̃.e.ver.&
aliud. [Euangelicam] Supradictam , ex eo enim,ꝙ dicit corripe
eum inter te & ipſum ſolum,& quod ſequitur duos vel tres teſtes
adhibendos,ſubaudi,& non plures,ſequitur, ꝙ hoc intelligendũ
eſt tantum de occulta,& non de publica correctione.ar.in eo qđ
le.& no.s̃.de præſump.nonne.[Nam qui etiam dicit.]ver.[Fratri
fatue]ſicut le.Matth.v.c.& lv.diſt.ſi euangelicam.[Et rurſus.]ver.
[Innocentia]ſicut Chriſtus,qui ſemper innocens eſt,& fuit.j.Pe.
ij.g.Qui peccatum non fecit &c.[Supponit]quod poteſt.ij.q.vij.
nos ſi incompetenter.ff.de iuriſdi.om.iudi.eſt receptum. Et tunc
12 nulla poteſt notari detractio,ſiue iniuria, † quę volenti & ſcienti
non infertur. ff. de iniur.l.j. §.vſque adeo. Hæc autem ſuppoſitio
quantum ad violentiam corpori inferendam a nullo clerico fie-
ri poteſt,quin violentiam inferens excommunicatus ſit.Nam &
ſi manus non ſit violenta reſpectu ſupponentis , tamen propter
iniuriam,quæ fit eccleſiæ,temeraria iudicatur, vt patet in eo, qđ
legitur,& no.j̃.de ſen.excom.cum deſideres.§.fi.& c.contingit in
terdum. j. Sed nec quo ad iuriſdictionem hoc licet ſine ſuperio-
ris licentia.vt j̃.e.& no.s̃.de fo.compe.ſignificaſti. Nec quantum
ad forum pœnitentiale.j̃.de pœ.omnes.§.j.Quid eſt ergo,vel qua
liter eſt hoc intelligendum,quod hic dicit? Reſpondeo indiſtin-
cte hoc intelligi poteſt in Papa ij.q. vij. nos ſi incompetenter. &
ij.q.iiii.auditum eſt. Alias audiſtis quo ad iura poſitiua,quę ipſum
non ligant,nec ligare poſſunt,vt patet in eo, quod legitur, & no.
s̃.de conceſ.præben.propoſuit,Quo ad alios autem omnes intelli
gendum eſt hoc tantum extra iudicium ſecundum ꝙ fit.s̃.de iu-
reiur.veniẽs.& c.Quintauallis.Niſi hoc fieret de licentia ſuperio
ris,& dummodo nulla violentia inferatur, vt patet ex præmiſſis.

[Verbum domini]Quis ex vobis arguet me &c.Et ſi male locu
tus ſum &c.vt s̃.e.ver.nec quiſq;.[Et aliud.]ver. [Quod ſubditus]
ſine aliqua ſubmiſſione ſuperioris.[Reprehendendi.] i.corrigen-
di, non ꝙ hoc liceat in publico.Sed hoc ideo dicit : quia minus
peccaret,vt poteſt colligi in eo,quod le.& no.j̃.de ſen.excom. cũ
non ab homine.reſpon.j.& s̃.de coha.cleri.& mu.veſtra. §. item
aliud eſt.[In prælatũ]quod nulli licet.vt s̃.e.ver.& aliud eſt.[Obſe
quendi.] i.obediendi.ſi.s̃.de rebus eccle.non alie.c.fi.reſpon. j. cũ
ſuis concor. ¶Quòd ſi forte.] v.pars.in qua improbat, ꝙ ſubditi
contemnendo proprios ſacerdotes eoſdem vitant,& faciunt eui
tari,vt no.s̃.e.c.reſpõ.j.& ver.& eorum conſortium &c. [Inutilis]
Nam & propter negligentiam remouetur.j̃.e.c.j.in fi.& lxxxj.diſt.
dictum.C.de offic. præfec.ori.ſi quos.xviij.q.ij.ſi quis abbas. quod
dic,vt legitur,& no.s̃.de offi custo.c.j.§.fi.s̃.de renun.c.fi. reſpon.j.
s̃.de ſimonia licet Hely.§.cum igitur.ver.j.[Remoueri.]Subaudi
temeritate propria minime ſunt vitandi,quamdiu ab eccleſia to
lerantẽ,niſi forſan eſſent notorij fornicatores,vel ſimoniaci.xxxij.
diſt.§.verum.& legitur,& no.s̃.de coha cleri.& mu.veſtra. & s̃.e.
veritatis.[Sed agendum eſt]&c.[Ordinate &c.]Puta per modum
accuſationis,vel denuntiationis,vt legitur,& nota.s̃.de accu. qua
13 liter.ii.§.pen.Et eſt hic arg. † ꝙ ſeruandus eſt ordo iuris.s̃.de accu.
ad petitionem §.fi.ver.j.vbi de hoc.[Apud epiſcopum]quod dic,
vt legitur,& no.s̃.de offi.archidia.cum ſatis.ad idem.xvi.q.vij.nul
lus.j̃.de priui.cum & plantare.§.in eccleſijs.s̃.de capel mo.c.j.[In
14 ſtitutio.]ſ.authorizabilis [Deſtitutio] Nam † eius eius eſt ſolue-
re,cuius eſt ligare regulariter,quod dic,vt no.s̃.de maio. & obed.
cum inferior. Et ſic examinatio perſonæ ad illum pertinet , ad
quem manus impoſitio ſpectat.s̃.de elec.venerabilem.§.j.ver.eſt
enim regulariter &c.Sic omnis res &c.j̃.de reg.iu.c.j.

*S V M M A R I V M.*

1 *Hæretici omnes iudicantur,licet ſectæ diuerſæ ſint.*
1 *Præſumptio,ſeu ſuſpicio de hæreſi purgationem inducit.*
3 *Excommunicatus pro ſimplici contumacia,ſi per biennium ſteterit eſt ſuſpe-ctus de hæreſi,ſi per triennium omnibus beneficijs eſt priuandus.*
4 *Claues Petri nullus debet contemnete,*
5 *Hæreticus per quos gradus quis iudicatur.*
6 *Hæreticum condemnare quomodo poteſt eccleſia.*
7 *Contumacia annalis quandoque aufert rei poſſeſſionem.*
8 *Hæreſis crimen eſt de foro eccleſiaſtico,*
9 *Hæreſis ſuſpecto ſi aſſignatur terminus ad purgandum,& non venerit,an iu-dicetur,vt hæreticus.& nu.10.*
11 *Poteſtates,conſules,& rectores,ad annum eliguntur.*
12 *Diæceſanus cum concilio clericorum,an poteſt ferre ſententiam hæreſis.*
13 *Eccleſia non ſolum in res ſed etiam contra perſonas poteſt inuocare auxilium brachij ſecularis.*
14 *Puniri alius non debet,propter delictum alterius.*
15 *Bellum authoritate eccleſiæ fieri poteſt.*
16 *Crucis receptæ vinculum nemo poteſt ſoluere,niſi Papa.*
17 *Indulgentia remiſſio eſt omnium peccatorum.*
18 *Hæreticorum receptatores ſunt ſicut hæretici puniendi.*
19 *Pœnæ quibus receptatores,defenſores,& fautores hæreticorum puniuntur.*
20 *Crimen vbi eſt grauius,maior pœna eſt imponenda.*
21 *Delictum ratione dignitatis aggrauatur.*
22 *Maior qui ſine comparatione creatus fuit,ſine venia damnatus eſt.*
23 *Communicans cum excommunicato denuntiato,peccat mortaliter.*
24 *Celebrantes coram excommunicatis,excommunicati ſunt.*
25 *Clerici grauius peccant,quam laici ratione clericatus,cum participant cum excommunicatis.*
26 *Prædicatio priuata magis ſuſpecta eſt.*
27 *Vniuerſitas poteſt præſtare iuramentum calumniæ.*
28 *Iuramentum de calumnia,qui præſtare recuſat pro condemnato habetur.*
29 *Prælatus propter negligentiam remouetur.*

## C A P. XIII.

EXcommunicamus itaque.
[Superius].ſ.s̃.de ſumma Trini.c.j.& ii. [Quia de va-
rietate.]alias de vanitate.ſi. j̃.e.excommunicamus.re
1 ſpon.j.[In idipſum.]quantum ad errorem hæreticum, † omnes
enim hæretici iudicantur,licet ſectę diuerſæ ſint.xxiiii.q.fi.§.fi.&
§.ſeq.vſque in fi.[Dãnati vero]ver. [Relinquantur.] qualiter hoc
intelligatur,legitur,& no.j̃.de ver.ſig.nouimus. ſunt & alii caſus,
in quibus degradatus ſtatim ſeculari relinquitur poteſtati,vt no.
s̃.eo.ad abolendam.§.præſenti.[Puniendi.] niſi ſtatim ſponte re
uertantur,in quo caſu ſunt in monaſterium retrudendi. vt j̃.e.c.
pen.§.j.& legitur,& no.s̃.eo.ad abolendam.§.præſenti. [Ita ꝙ bo-
na]ver.[Confiſcentur.] Corrigitur ergo lex, quæ defert bona co-
gnatis hæreticorum.C.eo.tit.auth.idem de Neſtorianis. ſecundũ
do.no.vt patet hic,& s̃.e.ver.gentis.§.i.& ii.vbi de hoc.[Stipẽdia.]
pro rata.ar.s̃.de teſtamentis.relatum.ij.§.fi.& ca. Raynutius. §. a
cuius.ver.pen.¶Qui autem] ii.pars. [Suſpitione ſola].i.præſum-
ptione,intelligas tu probabili,& ſic non obſtat. ii.q.j. primo. Ta-
2 lis enim ſuſpicio , ſiue † præſumptio purgationem inducit,vt ſe-
quitur,vnde quod infra dicit monſtrauerint, expone.i.monſtra-
re ne-

re neglexerint.[Anathematis]&c. nam & ſi deficiat in præſtan-
da is,cui inducitur,tanquam cõuictus punitur, & ſic ſine aliquo
temperamento poteſt intelligi.quod leg.s̄.cod.ad abolendam.§.
laicus.& j̄.eo.§.adiicimus.in fi.j̄.de pur.ca. inter ſolicitudines. §.
fi.s̄.de cohabi.cleri.& mulie.tua.s̄.de ſimonia. de hoc autem.§.j.
& c.inſinuantem.§.fi.& de hoc no.j̄.de pur.ca.cum P.[Qualita-
tem]quia hoc ſemper attendendum eſt,vt conſiderata ſuſpitio-
nis & perſonæ qualitate purgatio indicatur. ij. q.j. omnibus. j̄.de
pur.cano. inter ſolicitudines.[Satisfactionem. ſi. j̄.e.§.credẽs.qđ
dic,vt ibi plene no.[Anathematis] olim vero talis ſtatim relin-
quebatur poteſtati ſeculari,vt s̄.co.ad abolendam.§.laicus in de-
ciſione. ſed hodie per annum expectatur, vt hic ſequitur,& po-
ſtea velut hęreticus condẽnatur,vt in fi.huius.§.& ſic traditur po
teſtati ſeculari.s̄.e.ad abolendam.§.j.[Euitentur]ꝙ ſi poſt purga
tionem præſtitam, vel abiurationem factam in hæreſim eandẽ
reciderint,ſeculari iudicio ſine vlla penitus audientia relinquun
tur.s̄.e.ad abolẽdam.§.illos quoque.[Ita ꝙ ſi per annum.]ſubau-
di hac de cauſa excommunicati, vt pręmiſit.[Ex tunc] ſcilicet
elapſo anno.ſi.j̄.e.§.ſi vero dominus.& §.credẽtes.& accidit hoc
propter contemptum.j̄.de exceſ.præla.c.fi.reſpon.j.Si quis igitur
hac de cauſa excommunicatus per annum in rebellione perſti-
terit,veluti hæreticus condẽnatur, vt ſequitur,ſin autem propter
crimen aliud pro conuicto habetur.xj.q.iii.rurſus. & ca.quicun-
3 que. † Quod ſi pro ſimplici excommunicatus contumacia fue-
rit, non immerito de hęreſi habetur ſuſpectus,maxime ſi per biẽ
nium excommunicationem ſuſtinuerit animo indurato.j̄.de pę
nis.c.fi.vbi de hoc,multofortius ſi per triennium,in quo quidem
caſu beneficijs eccleſiaſticis omnibus eſt priuãdus.s̄.de eta.& qua
li.cum bonæ.Ad idem.s̄.de appel.paſtoralis.in fi.j̄.de cle.excom.
mi.poſtulaſtis.in fi.& c.fi.in fi. & ideo dixi maxime, & multofor-
tius,quia idem eſt,ſi per annum,vt hic & in ſuperioribus iuribus.
Cum ergo excommunicatus pro ſimplici contumacia, ex quo
per annum excommunicatus ſtetit, de hæreſi merito habeatur
a ſuſpectus,[a] vt s̄.no.ſi contra talem aggrauetur manus,hoc modo,
vt quia de hæreſi tali de cauſa ſuſpectus habetur,infra certum tẽ-
pus ſecundum ꝙ indicenti purgationem videbitur,debeat ſe pur
gare,eandem purgationem ſibi indictam præſtare neglexerit,ob
talem negligentiam contumax iterum poterit excommunica-
ri,& ſi poſtea in hac excommunicatione per annum ſteterit,ve-
luti hæreticus debet iudicari,vt hic dicit, per quod euidenter pa-
4 tet,ꝙ maxima eſt poteſtas eccleſiaſtica,& ꝙ † nullus debet con-
temnere Petri claues.j̄.de exceſ.præla.tanta.Quid ergo ſi non fue
rit negligens, ſed ſe purgare tentauit,in purgatione tamen defe-
cit? Reſpon.Tunc non eſt locus excommunicationi, nec per cõ
ſequens annali expectationi,ſed incontinenti poteſt tanquam cõ
uictus de hæreſi condemnari,vt patet in eo,quod no.s̄.eo. §.ſup
verbo,ſuſpicione ſola. Qualiter autem contra contumacem in
criminibus ſit alias procedendũ,dic,vt plene no.s̄.de dolo & con
tu.veritatis.[Velut hæretici.] licet in veritate poſſit eſſe,ꝙ non eſt
hæreticus,tamen ac ſi eſſet propter tantum contemptum eccle-
ſiæ & clauium,ex quo ſic cõdemnatus eſt,pœnas hæretici incur-
rit.ſi.j̄.de ſen.excom.ſi vero aliquis.de quibus legitur, & no.j̄.e.§.
credentes.ar.j̄.de rapto.c.ij.j̄.de exceſ.præla.tanta.in Auth. de pri-
uil.dot. hæreti.muli.non præſtan.quaſi in medio.colla.viii. & ita
& ſi hæreticus non ſit, tamen veluti hæreticus condemnatur, &
eſt ſi.quod dicitur,ſit tibi,ſicut Ethnicus,& publicanus.s̄. de iudi.
nouit.reſpon.j.ver.ſed cum dominus.eſt ergo talis velut.i.pręſum
ptus hæreticus iudicandus. Sed contra: quia etiam pro præſum-
ptione vehementi non eſt quis de tanto crimine condemnãdus.
s̄.de præſum.literas.§.fi.in prin.vbi de hoc.Sol. Illud verum eſt de
præſumptione facti,vel iuris tantum,vt ibi,ſecus de præſumptio-
ne iuris & de iure,vt hic,quæ non admittit probationem in con
trarium,vt patet in eo,quod no.s̄.de ſponſal. is qui fidem. [Con-
demnentur.]ſi moniti competenter redire noluerint, & ſic non
obſtat.j.q.viii.conuenientibus: ſed & tales vitandi ſunt & ante ad
monitionem,ne ſecreta fidei noſtræ,quibus nos impugnent, eis
exponamus,ſiue reuelemus.xliii.diſt.in mandatis.& ſic intellige.
5 xxiiii.q.j.quę dignior domus.† Et nota gradus,per quos in hoc ca
ſu ad condemnationem criminis hæreſis peruenitur.Primus eſt
ſuſpicio notabilis.Secundus,ꝙ propter hanc ſuſpicionem indica
tur purgatio.Tertius,ꝙ ſi negligat ſe purgare,propter hoc feratur
in ipſum excommunicatio.Quartus,ꝙ ſi de hac cauſa ligatus in
ſententia per annum pertinaciter permanſerit,ſequitur hoc con
demnatio. Primus ergo eſt ſuſpicio. Secundus purgatio. Tertius
excommunicatio. Quartus annualis limitatio.Aſcenſis enim &
obſeruatis diligenter per ordinem his quatuor gradibus ſequitur
condemnatio,alias caſum ſententiæ appetit, qui iſtis gradibus in
tali caſu poſtpoſitis. quærit per abrupta aſcenſum, arg. xlviii.diſt.
c.fi.Et no.ꝙ licet alias poſt terminum peremptorium lapſum &
datum ad aliquid faciendum non audiatur quis,nec poſſit mora
purgari regulariter,niſi gratia fiat,vt patet in eo, quod legitur, &
no.extra.d.n.de reſtitu.ſpol.frequens.§.pe. Hic tamen ſpeciale eſt,
ꝙ poſſit purgari mora,& eſt ratio: quia non debet quis de tanto
crimine nimis leuiter condemnari,vt patet.s̄.de pręſump.literas.
6 §.vlt.& † magnum priuilegiũ eſt eccleſiæ,vt ex hac cauſa,& hoc
ſeruato ordine poſſit aliquem tanquam hæreticum condem-
nare.& de hoc no.j̄.de pur.c.cum.P.Manconella.Hic igitur notã-
7 dum,ꝙ annalis † contumacia quandoque aufert rei poſſeſſionẽ,
vt patet.C.vt in rem act.l.ij.s̄.vt li.non conteſt.quoniam frequen
ter.§.in alijs.& §.ſeq. nec mirum: quia & quandoque quod plus
eſt,aufert omnem defenſionem,& inducit ſufficientem pręſum
ptam probationem,& per conſequens iuſtam condemnationẽ,
vt hic.& xj.q.iii.rurſus.& c.quicunque.ex quibus iuribus hoc, qđ
hic dicitur,videtur eſſe ſumptum: hodie vero non eſt neceſſe, ꝙ
tales per eccleſiam condemnentur,ſicut patet per.l.Fęderici poſi
tam.C.de hæreti.in modum.auth. quæ ſic dicit.Gazaros, patare-
nos,leoniſtas,ſperoniſtas,arnaldiſtas,circunciſos,& omnes hęre-
ticos vtriuſque ſexus quocunque nomine cenſeantur, perpetua
damnamus infamia,diffamamus,atque bannimus cenſentes, vt
bona talium confiſcentur, nec ad eos vlterius reuertantur. ita ꝙ
filij ad ſucceſſionem eorum peruenire non poſſint, cum longe
grauius ſit æternam, quam temporalem offendere maieſtatem,
Verum qui inuẽti fuerint ſola ſuſpicione notabiles,niſi ad man-
datum eccleſiæ iuxta conſiderationem ſuſpicionis,qualitatẽque
perſonæ propriam innocentiam congrua purgatione monſtra-
uerint,tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita
ꝙ ſi ſic per annum permanſerint,ex tunc eos ſicut hæreticos cõ-
demnamus.Ergo hodie non eſt neceſſe,ꝙ per eccleſiam excom-
municentur,vel condemnentur,ſed ſufficit, ꝙ talibus purgatio-
nem indicat,quam ſi præſtiterit,bene quidem,alioquin ipſo iure
banniti & infames habentur, & ſi ſic per annum permanſerint,
ipſo iure ſine aliqua ſententia velut hæretici ſunt damnati,vt pa-
8 tet per prædictam conſtitutionem.Nec obſtat,ꝙ crimen † hære-
ſis eſt de foro eccleſiæ: quia dicta conſtitutio fuit per Romanam
eccleſiam non ſolum approbata,ſed procurata,& ſic ea vti poſſu
mus.s̄.de conſtitu.eccleſia ſanctæ Mariæ.& patet in eo,quod no.
j̄.de ope.no.nun.c.j.& s̄.de ſolu.c.ii. Sed quid ſi eccleſia ſuſpecto
9 † aſſignet terminum ad purgationem præſtandam, nunquid per
hoc videtur indixiſſe purgationem,ita ꝙ ſi nõ venerit, & hac de
cauſa excommunicetur,& poſtea per annum expectet, & in ea-
dem contumacia permaneat,debet velut hæreticus iudicari? Di
cunt quidam,ꝙ ſic: quia pro eo,ꝙ non venit,patet,ꝙ per eum ſte
tit,quominus purgatio indiceretur,vnde perinde eſt,ac ſi indicta
eſſet,arg.ff.de reg.iu.ad ea.§.ſemper.& l.iure ciuili.ff. de condi. &
demon.l.iure ciuili.& l.qbus diebus:quod non placet: quia aliud
eſt tantum purgationem indicere,& aliud ad purgandum tantũ
terminum aſſignare,aliud vtrunque facere:ita ꝙ ſi tantum alterũ
interueniat,nunquam poteſt dici,ꝙ in non purgando cõtumax
ſit,ſi enim terminus aſſignetur tantum,non poteſt dici,ꝙ aſſigne
tur ad purgationem indictam,ſed indicendam.j̄.de pur.ca.c.fi.in
prin.Si igitur non veniat,& ſi ſit contumax in non veniendo,nõ
tamen eſt contumax in non purgando: quia non poteſt dici cõ-
tumax reſpectu purgationis indicendæ,cum adhuc non ſit in re-
rum natura,argu.ff.de iure codicill.quidam referunt.s̄.de conſti.
cum acceſſiſſent.§.fi.Item ſi purgatio ſit indicta,ſed nõ ſit termi-
nus aſſignatus,de facili non poteſt comprehendi cõtumacia,arg.
in eo quod legitur,& no.j̄.de offi.ord.irrefragabili.§.exceſſus.niſi
dicas intelligendum eſſe,ꝙ ſtatim purget ſe,ar.ff.de verb.obli. eũ
qui kalendis.quod in hac materia durum eſſet ſentire.Igitur vtrũ
que requiritur.ſ. ꝙ purgatio indicatur, vnde & in dicta conſtitu-
tione Gazaros iungitur ad mãdatum eccleſiæ, vel ad arbitrium
epiſcopi.s̄.e.ad abolẽdam.§.ſi laicus.in deciſione vt ibi no.ex qua
& iſte.§.videtur ſumi,& tęmperatur hic pœna illius, & ꝙ ad hoc
faciendum terminus peremptorius aſſignetur,arg. ff. de iudi. ad
peremptorium.& ll.ſequentibus.s̄.de offi.deleg.conſuluit.& pro-
batur.s̄.de re iudi.ꝙ ad conſultationem.s̄.de cohabi.cleri.& mu-
10 li.c.pen.§.pen.& fi.s̄.de ſimo.de hoc & c. inſinuatum. Sed † quid
ſi ita dicat iudex,volumus,decernimus,& mandamus,ꝙ ſuper ta
li ſuſpicione te purges ad arbitrium noſtrum, & ad hanc purga-
tionem præſtandam tibi talem terminum peremptorium aſſi-
gnamus,in quo,niſi veneris,& dictam purgationem præſtiteris,
contra te,quantum de iure poterimus,procedemus, & ipſo non
veniente excommunicatur,pro eo ꝙ non venit,nec dictam pur-
gationem,vt citatus erat,præſtitit? Hic locum poteſt habere iſte.
§.niſi citatus reputans ſe grauatum a tali mandato ex iuſta cau-
ſa expreſſa duxerit appellandum.s̄.de appel. præterea. & extra. d.
n.in eo.tit.cordi.lib.vj.s̄.de re iudi.quod ad conſultationem. quã
tamen ſi eccleſia velit excludere,indicat purgationem declaratã,
& bene formatam,& bonę famę de tali contumaci quamuis ab
ſenti,ad quam pręſtandam iterum aſſignet ei diem peremptoriũ
in quo niſi venerit,excommunicet ipſum:quia purgationem ſi-
bi indictam non præſtitit,& ſic omnino locus eſt huic,nec con-
tumax audietur appellans.ij.q.vj.§.ſunt quorum.Nec mireris,qđ

ADDITIO.

a ¶Suſpectus.Adde tex.in c.cum contumacia.tit,eo.lib.vj,



dixi abſenti & contumaci purgationem determinatam & ſpeci
ficatam indici poſſe,cui tamẽ forſan non indiceretur, ſi præſens
eſſet rationibus ſuis auditis,nam idem eſt & de ſententia diffiniti
ua,quæ plerunq; datur contra abſentem contumacem,& tamẽ
forte non daretur contra preſentem & de iure ſuo docentem, vt
patet.C.de iud.properandum.s̄.de elec.extra.d.n.ſtatuimus.lib.vj.
s̄.de eo qui mit.in poſ.cauſa rei ſer.extra.d.n.eum qui.eo.lib.Hæc
enim contumacia operatur,quæ vt s̄.no.& poſſeſſionem & pro-
prietatem rei aufert,& probationem ſufficientem inducit,ac ex-
ceptionem & defenſionem excludit,& adde quod no.j̄.de pur.c.
nos inter alios.& c.inter ſolicitudines. §.fi.& de pœnis.c.fi.¶Mo
neantur autem.]iii.pars.[Compellantur ſęculi poteſtates.] ſi.s̄.e.
ad abolendam.§.ſtatuimus.dic, vt ibi no. [Fideles igitur.] ſi hoc
iuramentum pręſtare renuunt,reddunt de fide catholica ſe ſuſpe
ctos,vnde ſi propter talem ſuſpicionem indictam ſibi purgatio-
nem non exhibuerint,& propter hoc excommunicati fuerint,&
talem excommunicationem per annum ſuſtinuerint, poterunt
ex tunc tanquam hæretici condemnari,quod dic, vt leg. & no.s̄.
e.§.proxi.[Sacramentum: ꝙ de terris.] Hæc eſt ergo forma, quã
præſtare teneãtur domini temporales ab eccleſia requiſiti,in qua
& aliud debet addi.ſ. ꝙ catholici ſunt. in Auth. de iureiur.quod
præſtatur ab his.§.& æquus ero.colla.ij. Quid eſt ergo, ꝙ hoc ſa-
cramentum de facto hodie non præſtatur? Reſpon. Epiſcoporũ
negligentia eſt in cauſa,quæ eis in hac parte admodum eſt veren
da,ſicut & no.in alio ſimili.s̄.de treuga & pace.c.j.Sed & poteſt di
ci,hæc,quæ hic dicuntur,& no.locum tantum habere in terris,ſi
ue prouincijs,in quibus fama eſt hæreticos habitare,arg.in eo qđ
le.& no.j̄.e.§.adijcimus.[Studebunt]Diligentiam, voluit notare
& fugarę omnem fraudem & negligentiam,ſi vero dominus tẽ-
poralis &c.vt j̄.eod.§.j.[Ita ꝙ.]ver. Amodo.]q.d.quicquid hacte-
nus fuerit.[Siue perpetuam.]Hoc dicit propter comitatus,duca-
tus,& alios principatus,in quibus filij ſuccedunt,vt no.s̄.de voto.
11 licet.[Temporalem.]Hoc dicit propter poteſtates, † conſules &
rectores,qui ad annum eligũtur.s̄.de iudi.c.fi.& de immuni.ecc.
aduerſus.ſicut & hoc de vtriſque exemplificatur.s̄.eo.ad abolen-
dam.§.ſtatuimus.in prin.[Teneatur.]ſi requiratur.vt j̄.eod. §.j.in
prin.quod dic,vt no.s̄.e.§.ſuper verbo.ſacramentum quod de ter
ris.¶Si vero dominus.]iiii.pars.[Et monitus.] Eſt ergo reqrẽdus
& monendus: quia cum excommunicari debeat ex hac cauſa,
vt s̄.e.§.proxi.in prin.aliter excommunicari non debet, niſi mo-
nitus & rebellis,vt hic patet,& ibi & j̄.de ſentẽ.excom.ſacro.[Per
Metropolitanum & cæteros]in concilio.s̄.tit.j. cum ſit nimis. §.
j.de præben.graue.ſi forſan Rex fuerit,vel magnus Princeps,qui ei
æquiparari valeat,vel quaſi,puta: quia habet ſub ditione ſua vnũ
Metropolitanum,& ſuffraganeos.vj.q.iij.ſcitote.iij.q.vj.nõ liceat
& c.vna queq;.& ſeq.In concilio enim talia grauia & ratione per
ſonæ,vel negotij,de quibus agitur,ſunt tractanda.in Auth.de ſan
ctis epi.§.vt autem omnis eccleſiaſticus.colum.v.coll. ix.& xviii.
12 diſt.propter eccleſiaſticas.j.& ij.Sed contra: quia ſolus † diœceſa
nus cum concilio clericorum hanc ſententiam ferre poteſt. s̄.e.
ad abolendam.reſpon.j.Reſpon.Verum eſt,niſi ratione ſcandali,
vel grauitate negotij oporteat cæteros epiſcopus cõuocare,vt ibi
dem patet,& hic & j̄.e.ver.j.alias enim vnuſquiſq; epiſcopus ſub
ditum ſuum excommunicat,quem vicini epiſcopi tenentur de-
nuntiare,& ſententiam approbare ad requiſitionẽ excommuni
cantis,vt patet in eo,quod leg.& no.s̄.de treuga & pace. c. j.§.j.&
j̄.de rapto.c.j.[Et ſi ſatisfacere.]ver.[Summo Pontifici.]Tum ra-
tione grauitatis negotij,vt patet in eo,quod no.in ſeq.gl.Tum ra-
tione grauitatis infligendæ pœnæ,vt ſequitur.[Extunc.] i. elapſo
anno,ſed & ipſe dominus temporalis tanquam propter hoc ſu-
ſpectus de hæreſi per eoſdem Metropolitanum, & ſuffraganeos
poterit excommunicari, ita ꝙ ſi per alium annum hanc ſecun-
dam excommunicationis ſententiam corde ſuſtinuerit indura-
to,extunc velut hæreticus poteſt condemnari,vt patet in eo, qđ
leg.& no.s̄.e.c.§.j.[Fidelitate.] inflictio huius pęnæ ad ſolum ſpe-
ctare Papam videtur,vt hic.& xv.q.vj.alius.& c.nos ſanctorum.&
ſeq.& præced.vel ad illum,cui ſpecialiter hoc committit.j̄.de pœ
nis.c.fi.quantum tamen ad hoc crimen ſpectat, non oportet ho
die ad Papam recurſum habere: quia ipſo facto de iure ſunt ab-
ſoluti vaſalli vt j̄.e.c.fi.[Exponat.]mandando prædicari crucem,
ꝙ nullus inferior Papa poteſt facere,vt le.& no.j̄.e.§.j.alias autem
ſine prædicatione crucis poſſet diœceſanus,vt puto,bona excom
municati ſubditi & rebellis,ac per annum expectati exponere,vt
patet in eo,quod leg.& no.extra.d.n.de homicidio. pro humani.
§.ſacri concilij.ver.ſitque cum ſuis lib.vj.quod ſic probo,poteſt.n.
perſonam exponere etiam clerici incorrigibilis, hoc non poteſt
verti in dubium: quia expreſſum eſt nedum in crimine hæreſis.
s̄.e.c.reſpon.j.ver.j.& c.ad abolẽdam.§ præſenti.ſed etiam in quo
libet crimine & qualibet contumacia,ex quo eccleſia non habet
vltra quid faciat,vt patet in eo,quod le.& no.s̄.de iudi. cum non
ab homine.j̄.de verb.ſigni.nouimus.ſed ſi hoc poteſt de perſona
clerici,multofortius in pſona laici,vt patet in eo,quod leg.& no.
s̄.de fo.compe.ſignificaſti.& ſi hoc poteſt de perſona laici, mul-
tofortius & de rebus,ar.xij.q.ij.præcipimus.C. de ſacroſan. eccle.
ſancimus.j.& in eo quod le.& no.s̄.de dona.inter vi.& vxo.per ve
ſtras.§.fi.s̄.qui fil.ſint leg.per venerabilem.reſpon.j. s̄. de decimis.
13 ex parte.iii.Generaliter enim non ſolum † in res, ſed etiam con-
tra perſonas poteſt eccleſia inuocare auxilium brachij ſecularis,
vt patet in eo,quod legitur,& no.j̄.de homici.poſtulaſti.j̄.de cler.
excom.miniſtran.c.ij.in fi.cũ ſuis concor.& in ſeq.gl.[Poſſideãt.]
& ſic inuadendi ſunt rebelles, & bona ipſorũ occupanda ab alijs
catholicis,eccleſiæ authoritate interueniente,vt hic.& xxiij. q.fi.
§.his ita reſpõdetur.& c.ſequentibus.& j.q.v.§.ipſis autem princi
pibus.& c.ſi apud carnales.& ſequẽtibus.qui enim tales & taliter
impugnant a locis ſuis expellendo,vel eos damnificando,vel pe-
cunias auferendo,diligentiſſimi rectores & pij conſultores intel-
ligunt,vt e.q.ſi vos contra eccleſiam Chriſti.& c.ſequentibus. nã
& necandi ſunt,& ciuitates igni cremandæ,ita ꝙ ſine habitaculo
ſint in æternum.e.q.ſi audieris.& maxime dominus temporalis,
qui iuſtitiam facere negligit,impetendus eſt,vt e.cauſa.q.ij.domi
nus.& q.iiii.c.j.& ſequentibus.& §.breuiter monſtratum eſt.& ca
pitulis præced.& ſequentibus.& iij.q.vij.qui ſine.& ar.in Auth.vt
differen.iudi.§.pen.& fi.coll.iij.& ij.q.vij.ſicut & in fidei.alias fide
14 li.[Saluo iure.]ver.ar.ꝙ propter delictum † vnius,alius puniri nõ
debet,quod regulariter omnino verum eſt,vt patet in eo,quod le
gitur,& no.s̄.de his quæ fi.a maio.par.ca. quæſiuit.quandoque tñ
caſualiter accidit contrarium,vt patet in eo,quod leg.& no. s̄.e.
vergentis.§.j.& j̄.de pęnis.in quibuſdam.[Dominij principalis.]
i. maioris & immediate ſuperioris, nam res immobiles prioris
domini ſunt.ff.de capti.& poſtli.re.l. antepenul.ff.de acquir.rerũ
do.l.& transfugã.C.de capti.ab hoſtibus.Vel dic,ꝙ vbi inter Chri
ſtianos iuſtum eſt bellum ex parte vna, ex altera vero parte iniu-
ſtum,is,qui iuſte pugnat,omnia occupata ſua facit,quæ tamẽ ab
alio in feudum non tenentur.C.de capti.le.v.§.in pace.xxiij.q.v.di
cat quis.& q.vij.ſi de rebus.ff.de acquir. rerum do.naturalem.§.fi.
ſed & feudalia iure occupare poſſunt, ſaluo tamen iure domini
Innocentis,a quo tenentur,vt hic.Vbi vero infideles vel Chriſtia
ni iniuſte pugnantes bona immobilia iuſte pugnantium occu-
pant,& poſtea recuperantur,ad antiquũ dominum reuertuntur,
vt in dicta.l.ff.de capti.l.ſi captiuus.mobilia vero,quę infideles oc
cupant,ſua ſunt,vt ff.de capti. l. antepen. & alijs duabus concor.
s̄. inductis in ver.huius glo. quæ incipit. mobilia. nam ſi fideles
ſunt hi, qui iniuſtum bellum fecerunt, vniuerſa reſtituere cõpel
luntur,vt patet in eo,quod le.& no. s̄.de iureiur.ſicut. & j̄.vbi de
hoc. & ſecundum hoc intellige quod no. extra.d.n. de homici
dio. pro humani.§.fi. ver.penul.ſuper verbo, diffidatus.& in ver.
ipſius glo. quæ incipit ſecundum iudicialem. [Opponat.]nam
ſi hoc facit,nullo modo põt vti priuilegio vt patet. s̄.eo. ad abo-
lendum. in fi.immo & contra ipſum poterit procedere eccleſia
hac de cauſa.vt s̄. e. §. legitur & no.[Eadem].ver.[Lege ſeruata]
vt ſcilicet ſi neglientes fuerint, excõmunicẽtur,vt.s̄.e.§. a princi-
pio.vſque ad ver.ſaluo.omnia enim illa contra tales locum ha-
bent, illud autẽ quod dicit. ver.ſaluo. ex quo non habent dños,
locum habere non poteſt, qa nequit ſaluari ius domini, qui nõ
eſt in rerum natura. ar.s̄. de conſti.cum acceſſiſſent. §.j. ver. per
quod euidenter.cum ſuis concor.¶Catholici].v.pars.[Accinxe
15 rint.]Ar. quod † authoritate eccleſiæ bellum fieri poteſt, ad idẽ.
xxiij.q.fi.igitur.& ca.hortatu.xv q.vj.authoritatem.lxiij.di.Adria
nus. quod verum eſt.cõtra inimicos fidei, vel contra eos,qui ec
cleſiam impugnant. ſecundum. B.vel ei rebelles exiſtunt, quod
dic,vt no. s̄.e. §. Crux tamen prædicari non poteſt niſi de Papæ
licentia ſpeciali, ſicut nec nomen ipſius redimi,vt patet in eo qđ
le.& no.s̄.de voto. quod ſuper his. & ca. ſequentib. & hoc tribus
16 rationibus.Prima eſt, quia † nemo poteſt crucis receptæ vinculũ
ſoluere,niſi Papa,vel is,cui hoc cõmittit,vt dictũ eſt, ergo nec in
ducere, ſeu ligare. ar.in eo qđ le. & no.j̄.de reg.iur. c.j s̄.de maio.
& obe. cum inferior. Secunda, quia ad ſolum Papam pertinet
proprie & principaliter de fide reſpondere, & per conſequẽs eius
acceſſoria expedire 24. q.j. quoties.& no. s̄.c.ad abolendam.reſp.
j.& ar.ff.de reg.iur.cum principales. Tertia eſt quantitas indulgẽ
tiæ,de qua ſequitur,quam nullus poteſt facere niſi Papa.vt j̄.no.
De cęteris hanc materiam tangentibus dic,vt plene no.in Sum
ma.de voto.§.in quo caſu,& a quo crux debeat prædicari.[Indul
17 gentia.]quæ † eſt remiſſio omnium peccatorum, vt patet.s̄.de iu-
dæis.ad liberandam. in textu deciſionis.ibi no.§.nos ergo. quam
nullus poteſt facere niſi Papa,vt ibi no. cum aliis inferioribus ad
xl.dies communiter. & in maiori caſu ad annum hęc poteſtas
ſit limitata,vt leg.& no.j̄.de pę.cum ex eo.§. ad hæc quia per in-
diſcretas.De cæteris priuilegiis cruce ſignatorum.dic, vt plene le.
& no.in textu deciſionis, ſiue dicti ca.ad liberandam. ¶Creden-
tes]vi.pars.[Receptatores] &c. ſine quibus hęretici diu occulta-
ri non poſſunt.ar.ff.de receptato.l.j.ff.de offi.præſi.congruit.vnde
18 ſicut † hæretici puniendi ſunt, immo & grauius, ſi eorum errorẽ
defendant.24.q.iii.qui aliorum. & ideo merito ſunt tales ſaltem
pœna ſimili coercendi.xi.q.iii.qui conſentit. C. de his qui latro.
occul.l.j.etiam ſi conſanguinei ſint.argum.27.q.j. de filia.s̄. eo.ſi
quis

quis epiſcopus.vbi de hoc.quamuis in alijs criminibus receptatorũ pœna ſit rõne ↄſanguinitatis temperãda. ff. de receptatoribus. l.j.puniuntur autem tales,vt ſequitur j.e.§. per totum. credentes vero omnino hæretici iudicantur.j.e.c.penul.in fi.[Firmiter ſtatuentes.]ver.[Talium.] ſ.receptatorum,defenſorum, & fautorũ. Credentes vero hodie oĩno ſunt excõicati & condemnati. j.e.c. ij.in fi.[Notatus.] i.hac de cauſa per epiſcopum denuntiatus.ſ.e. ad abolendam.vel iterum excommunicatus.nam & excommunicatus iterum excommunicatur.ſ.tit.j.in quorundam.§.fi.[Satisfacere]ſi.ſ.e.§.qui autem.& j.e.§.j.ad fi. & conſiſtit hæc ſatisfactio in hoc vt ſ.abiuret hæreſim,vel purget ſe,ſi ſuſpectus ſit tantum.j.e.§.adijcimus.ver.fi.& ſi alia de cauſa notoria excommunicatus ſit,debet reſtituere omnia percepta, & quæ percipi poterunt.ſ.de reſt.ſpol.grauis.& quæ ex occupatione aliqua,ſi forte ipſam fecerint,ad eum peruenerunt.ſ.de iureiu.ſicut.& j.Vel ex officio vſurpato & damnato,vel ei interdicto, vt patet in eo, quod leg.& no.ſ.tit.j.cum ſit nimis abſurdum.§.fi.& c.ſeq.ſub.§.præcipientes.idem ergo eſt de his,quæ occaſione participationis ad eũ peruenerunt,ar.in dictis iuribus.& j.c.§.j.& ſ.e.ad abolendam.§. j.in fi.nã de his omnibus,quæ notoriæ offenſæ accedunt,& ipſius ſequela ſunt,ſicut & de ipſa offenſa notoria,pro qua excommunicatus fuerat,ſatisfacere tenetur,vt patet in eo,quod leg. & no.j. de verb.ſigni.ex parte.j.& c.ſeq.& ſ.de fide inſtru.inter dilectos.§. cæterum.ver.fi.cum ſuis concor.ſed & ſi pro ſuſpectione hæreſis excommunicatus fuerat,lapſo anno tanquam hæreticus condẽnatur,quod dic,vt le.& no.ſ.e.§.qui autem.[Cõtempſerit.]ſubaudi,ſi laicus fuerit,extunc ipſo iure &c.vt j.e. verſi.j.& ſequenti.[Si vero clericus]&c.vt j.e.§.j.[Infra annũ.]ſi.ſ.e.§. ſi vero dominus. & §.qui autem.[Ex tunc.]ver.ſ.elapſo anno [Ipſo iure.]&c.ecce
19 † pœnæ in quibus receptatores, defenſores, & fautores hæreticorum afficiuntur. Primo enim excommunicantur.vt ſ.& ſequuntur aliæ pœnæ.xj.& ſic ſunt.xij.per totum.vt j.no.[Infamis.] Ecce ſecunda pœna.[Nec ad publicas.]Tertia pœna,& habet locũ etiam in excommunicato,vt patet in eo,quod le.& no.ſ.de procur.c.fi.[Nec ad eligendos]verſi. Ecce quarta pœna, idem in excommunicato & ſuſpenſo,vt patet in eo,quod le.& no.ſ.de conſuetu.cum dilectus.§.quia nobis. ſ. de elec.illa.[Nec ad teſtimonium.]Ecce quinta pœna, idem in excommunicato. ſ. de teſti. veniens.ij.§.fi.[Sit etiam inteſtabilis.]ver.Ecce ſexta pœna,& idẽ videtur in excommunicato,ar.in Auth.de priuileg.do.hæret.muli. non. ver.ſed ſint eis inagreſſibilia.coll.viij.& de hoc no. extra. d.n.de excep.pia.ſed nec tales vendere,nec donare poſſunt,ne aliquo modo contrahere.C.e. tit. Manichæos. [Nec ad hereditatis ſucceſſionẽ.]ver.Ecce.vij.pœna.[Accedat.] ex teſtamento vel ab inteſtato,& idem videtur in excommunicato,licet aliud innuatur in partẽ.in Auth.vt cum de app.cog.§.generalem.& ſeq.coll. viij.ſed corrigitur in parte illa.ſ.e.vergentis.§.j.[Nullus præterea.] ver.Ecce octaua pœna , quæ & in excommunicato quolibet locum habet.ſ.de iud.intelleximus.ſ.de excep.cum inter priorem. §.j.& ij.in prin. [Quòd ſi forte.]ver.Ecce.ix.pęna, & idẽ eſt in excommunicato notorio.ſ.de re iud.ad probandum.[Nec cauſæ.] ver.Ecce decima pœna , quæ ſequitur ex proxima ſuperiori. [Si fuerit.]ver.Ecce.xj.pęna,quę & ex ꝓxima decima ſuperiori ſequitur.[Si tabellio.[Ecce.xij.pœna,quæ & in excommunicato vendicat ſibi locum.iij.q.iiij.nullus.De cæteris pœnis contra hæreticos promulgatis dic,vt plene no.ſecundum.ll.& canones.in Summa.e.tit.§.vna pœna.[Damnato]ſi.ſ.e.fraternitatis. quod dic, vt ibi plene no.[Et in ſimilibus.]verſic.hoc verbum duobus modis poteſt intelligi.Primo,vt fiat comparatio de his, quæ hic interdicuntur ad alia conſimilia,puta ad publica officia, quæcunq; ſint illa,& quocunque nomine cenſeantur: quia nec omnia de facili nominari ſpecialiter poſſent,arg.ff.de præſcrip.ver.l.iiij.& quia ſecundum diuerſas prouincias ipſorum nomina variãtur, ſed nec eſt vis in nominibus facienda,vt patet in eo,qđ le.& no.ſ.de procura.petitio.Item ſicut ſunt actus oẽs legitimi.ff.de reg.iur. actus. qui omnes ſunt talibus interdicti: quia & omnibus infamibus.ſ. de teſti.licet ex quadam.§.j.in fi.Secundo poteſt fieri comparatio de perſonis hęreticorum ad alias ſimiles,ſicut ſunt ſciſmatici, & etiam notorij excommunicati,qui & a prędictis omnibus repelluntur,vt patet in concor.ſ.ſigna.in ſingulis.ver.& ſecũdum hoc excommunicati notorij inteſtabiles ſunt,nec aliquem ibi obligare poſſunt,in quo tamen aliqui contradicunt, ſuper quo vide qđ no.extra.d.n.de excep.pia.reſpon.j.ver.& excommunicati. lib. vj. & ſ.de dolo & contu.veritatis.in fi.& in Summa de pœnitentijs. §. fi. ſub. §. quid de his qui excommunicati. ¶[Si vero clericus.] vij.pars.[Fuerit]receptator,defenſor,vel fautor hæreticorum.[Deponatur.]exceptis pœnis ſupradictis contra laicos promulgatis, quæ & in ſimili tantum locum habent,quibus & hæc additur ꝓ
20 pter rationem,quæ ſequitur.[Vt in quo maior]&c.nam † vbi crimen eſt grauius,maior pœna eſt imponenda, vt hic, & 50. diſt. quia tua.& patet in eo,quod leg.& no.j.e.§.j.ver.ſimiliter.& ſ.de vita & ho.cleri.vt clericorum.§.j.ſ.de tranſla.epi.c.ii.§.j.Habes ẽt
21 hic ar.ꝙ † ratione dignitatis aggrauatur delictum.ff.de re mili.oẽ delictum.§.j.& per conſequens pœna,ar.ad idem.xxxij.q.j.qui viderit.xxv.q.j.nulli fas.xix.diſt.nulli.xl.diſt.homo Chriſtianus. vn
22 de & qui † magnus ſine comparatione creatus fuit,ſine venia dãnatus eſt.de pe.diſt.ij.§.principium enim.de hoc no.ſ. de iureiur. cum quidam.[Si qui autem.]ver.[Tales.] ſ.credentes, receptatores,& fautores hęreticorum.vt ſ.e.§.proxi.in prin.[Denotati.]ar.
23 † ꝙ ſi quis communicat excommunicato non denuntiato , licet peccet venialiter,non tamen mortaliter, poſt denuntiationẽ vero ab eccleſia ſolenniter factam peccat mortaliter. ad idem.ſ. de poſtul.præla.c.j.§.j.& ij.& ſecundum hoc intelligi poteſt. ſ.qđ metus cauſa.ſacris.vt & probatur extra.d.n.de ſen.excom.ſtatuimus.§.fi.lib.vj.quod dic,vt ibi no.& j.de cleri.excom.mini. ſi celebrat.§.pen.& fi.[Satisfactionem.]De hoc dic,vt plene no.ſ.e.§. credentes.ver.j.[Percellantur]qui enim participat excommunicato ſcienter,& monitus ſe non corrigit,eſt excommunicandus. j.de ſen.excom.quod in dubijs.xj.q.iij.qui communicat.ſecundũ B.& extra.d.n.de ſen.excom.ſtatuimus.lib.vj.¶[Sane clerici.] viij. pars.[Peſtilentibus] a peſte, quæ prouenit a participatione eorũ. ſi.ſ.de ſimonia.ſicut ſimoniaca.[Sepulturæ.] de hoc caſu & alijs dic,vt no.ſ.de ſepultu.ex parte.§.fi.[Alioquin.]ver. ſubaudi excõmunicati ſunt clerici ipſo iure,cum cenſeantur fautores.ſ.e.§.credentes.& cum ab ore Papæ tales ter excommunicentur in anno
24 † celebrantes autẽ diuina coram excõicatis a Papa excommunicati ſunt.j.de ſenten.excom.ſignificauit.reſtat,ꝙ ſi ſic excommunicati celebrent,ac ſacramenta interdicta miniſtrent,irregularitatem incurrunt.j.de cleri.excom.miniſtran.c.j.& c.ij.& c.poſtulaſtis.Præterea dicimus,ꝙ ſuo priuentur officio.&c.xj.q.iij.ſi quis epiſcopus damnatus.& c. ſi quis epiſcopus in concilio. [Abſque indulto]ſi.j.de cler.excom.mini.c.j.ij.& iij.& iiij.j.de rapto.c.ii.in fi.vbi de hoc.Cum ergo hanc reſtitutionem ſibi ſpecialiter retineat Papa,alijs inferioribus hoc ꝓhibuiſſe videtur, vt patet in eo, quod le.& no.ſ.de præben. graue.§.fi.ſic econuerſo abſolutionẽ, quam ſibi non retinet,alijs cõceſſiſſe videtur.j.de ſen.excom.nuper.§.in ſecundo.ver.fi.quamuis autem hæc reſtitutio prohibeatur epiſcopo,ipſum tamen reuertentem poterit ab excommunicatione abſoluere,& eccleſiæ reconciliare.ſ.e. ad abolendam. §.j. ad fi.Quod verum eſt quo ad ſententiam canonis,ſecus de ſententia oris Papæ quã ter in anno ꝓfert.vt ſ.e.§. ver.alioquin.in prin. ab illa enim nullus inferior Papa abſoluere poterit.ſ. de maio. & obe.cum inferior.ex quo & ſequitur,ꝙ nullus poteſt ad plenum reconciliare hæreticum ſine domini Papæ licentia ſpeciali,quod eſt dignum no.niſi dicas,ꝙ hæc ſententia lata ab ore Papæ canõ eſt generalis,a quo & inferior poteſt abſoluere,ex quo Papa non retinet ſibi abſolutionem.j.de ſen.excom.nuper.§.in ſecundo.& adde quod no.j.de priuil.cum hoc.in prin.& de ſen.excom.a nobis.ij.§.vt autem.ver.fi.[Similiter.]verſi.[Regulares.] ſubaudi. caueant,ne talibus exhibeant eccleſiaſtica ſacramẽta,alioquin ſuo priuentur officio &c. vt ſ.eo.§.reſpon.j.ver.i. [Quibus etiam.] ſcilicet regularibus circa prædicta delinquentibus.[Hoc.] i.hęc pęna ad ipſos magis aggrauãdos,ſicut ergo clerici ſeculares grauius
25 puniuntur,quam laici: quia ratione clericatus † grauius peccant, vt legitur,& notatur.ſ.eo.§.proxi.ſic & religioſi plus peccant ratione religionis,quam clerici ſeculares,& ideo grauius puniũtur, vt hic.[Vt illorum.]ſi omnes,vel maior pars delinquant.hoc planum eſt,alioquin contra.ſ.de his quæ fi.a ma.par.c.quæſiuit.Vel dic,ꝙ hoc eſt ſpeciale ratione immanitatis criminis cõtra illam regulam,ſicut & alias no.ſi.ſ.e.vergentis.§.j.& ii.& ar.in eo quod le.& no.ſ.de offi.archid.ea quæ.§.vnico.[Priuilegia.] quod dic,vt plene no.ſ.ad abolendam.§.fi. & eſt ſi. j. de priuileg tuarum. §.j. ver.j.¶[Quia vero.]ix.pars.[Apoſtolus dicat.]Ro.x.c.[Omnesq.] ver.[Prohibiti,vel non miſſi.]hoc ideo dicit: qa aliqui ſunt miſſi ordinarij per vniuerſum mundum,& omni creaturæ.vt probatur Mat.vlt.xxi.di.in nouo.Vnde & dicit decretum,ꝙ nullus audeat prædicare præterquam domini ſacerdotes.xvj.q.j.adijcimus quod de ſacerdotibus.i.epiſcopis Anthonomaſice eſt intelligendum,non ergo refert quis epiſcoporum prædicet,ſed quid prędicet,& ſic poteſt intelligi.xix.diſt.ſecundum.quod verum eſt, niſi ab illo,cuius eſt diœc.prohibeatur,arg.vj.q.iij.ſcriptum.Vel illud intelligatur non de falce prædicationis,ſed iuriſdictionis,cum.n. epiſcopi miſſio tãta authoritate roboretur,vt patet.ſ.e.gl.in prin. non poteſt prohiberi,imo ab omnibus debet recipi , & admitti, vt patet.ſ.eo.cum ex iniuncto.§.ij.ver.ſed oportet.& ver.Ioannes. Dummodo caueat ab errore,alioquin contra. j. de purga.cano. inter ſolicitudines.& xl.diſt.ſi Papa.maxime quia verbum domini non eſt alligatum.ij.Thim.ij.b.Sed verius eſt,vt epiſcopus ſemper admittatur,& vbique,niſi ab illo,cuius diœc.intrat, prohibeatur,nam ex quo eſt prohibitus , alligatur verbo, prohibito, vnde & debet omnino abſtinere,vt hic,& probatur.ix.q.ij.c.j.& ij. & c. epiſcopi.& in eo quod le.& no.ſ.de vſu pal.c.antepen.ad fi.quamuis autem non prohibitus poſſit epiſcopus prædicare in aliena diœc.non tamen indulgentiam dare,niſi hoc faciat authoritate ſedis Apoſtolicæ ſibi commiſſa,vel de expreſſa licentia epiſcopi. vt j.de pe.quod autem.Ratio diuerſitatis hæc eſt : quia per prędicationem

cationem non intelliguntur multum iniurioſe alieni limites vſurpari,nec aliquod paratur præiudicium graue, imo fit melior conditio epiſcopi,cuius eſt diœc.& animarum ſibi commiſſarũ, vt probatur.xcv.diſt.ecce.vnde & videtur, ꝙ eo inuito hoc exerceri poſſet,arg.ff.de neg.geſt.ſoluendo.ff.de ſol.ſi pro me. & l.ſoluere.& l.ſi debitor. Sed non obſtat : quia & ſi non fiat ei graue ꝑiudicium,vt dictum eſt, tamen aliquatenus intereſt ſua, ne ipſo inuito fiat,ne vtiq;.ſ.videant ſui termini vſurpari, ar.ff.de neg.ge. cum pecuniam.in fi. Alij autem exceptis epiſcopis, & ſaluo. qđ no.j.e.ſuper verſi. non miſſi præter authoritatem.& ſuper verbo, epiſcopo loci non debent prędicare populo,cuius curam non habent,niſi a ſede apoſtolica, vel catholico loci epiſcopo hanc expreſſe obtinuerint poteſtatem,vt ſequitur hic, qui,& ſi ipſam obtinuerint,reuocari poſſunt,quandocunque placuerit concedenti,ar.ff.de iudi.iudicium ſoluitur. ſecundum hoc ergo expone qđ dic dicit.[Omnes.] ſubaudi epiſcopi.[Qui] ſubaudi,ab illo cuius eſt diœc.[Prohibiti.]vel alij quicunq;.[Non miſſi præter authoritatem]&c.ſicut hoc conceſſit prædicatoribus, & minoribus,& alijs quibuſdam religioſis,vnde non ſunt prohibẽdi, vt hic patet, & j.de exceſ.prælato.nimis praua.& ſ.de cleri.non reſi.fraternitati.cum ſuis concor.Sed caueant ipſi,ꝙ ſuis terminis ſint contenti.ſ.de ſepultu.c.j.§.fi.alioquin poterit eis prædicatio interdici, vt patet in eo,quod le.& no.j.de priuil.tuarum.§.j. [Epiſcopo loci.] ſi.j.de pœ.cum ex eo.reſpon. j. vbi de hoc. non ergo licet abbati hanc authoritatem dare.ſecundum.d.n.arg.ſ.de præſump. nonne.& expreſſius.j.de exceſ.præla.accedentibus.Secus ſi miſſam velit quis celebrare: quia illud poteſt concedere quilibet incuratus, dummodo conſtet eſſe presbiterum celebrare volentem.ſ.de cleri.peregri.c.iii.ſecundum.d.n.quod dic,vt ibi no. Ratio diuerſitatis eſt: quia in primo magis imminet periculum,quam in ſecundo,vt patet.ſ.e.cum ex iniuncto.j.e.c.j.ſecundum.d.n. cum his q̃ ibi no. Vel dicas,ꝙ ſi perſona nota ſit volens prædicare,ſicut magiſter in theologia,vel alius competens idoneus prædicator, etiã quilibet incuratus hanc authoritatem dare poterit. ſecundum.d. n.arg.ſ.de offi.ord.ab eccleſiarum.quod intelligo caſualiter,& in tranſitu,ſed epiſcopus hoc generaliter concedere poteſt per totã ſuam diœc.ſ.de offi.ordi.inter cætera, quod inferior non poteſt,
26 vt hic.[Publice,vel priuatim.]Priuata † enim magis ſuſpecta eſt, arg.j.e.§.j.ver.j.& in eo quod le.& no.ſ.e.cum ex iniuncto.reſpõ. j.ver.j.in prin [Vſurpare.]Vſurpare intelligitur, qui miſſus nõ ꝓbatur,vel per literas Papæ,vel epiſcopi,vt ſ.vel qui miſſionem nõ probat per operationem miraculoſam,vel ſcripturæ teſtimoniũ ſpeciale quod dic,vt plene le.& no.ſ.e.cum ex iniuncto. §.ij.& q etiam probat miſſionem.ſi ab illo,cuius eſt populus,prohibeatur niſi ipſa miſſio ſuperioris authoritate roboretur,vt patet ex eo,qđ ſ.legit,& no.[Præſumpſerint.]ſubaudi,ſi moniti non deſtiterint. [Excommunicationis]&c.aliter enim non eſt quis excommunicandus,niſi monitione præmiſſa,vt patet in eo, quod le.& no. ſ.e.§.ſi vero dominus.& §.moneatur.[Et niſi.]ver.[Quod citius] ad arbitrium ſuperioris.[Reſipuerint.] ſint excõmunicati.[Alia competenti.]arbitraria.vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ.de offi.leg.de cauſis.§.vnico.[Plectantur.] quia creſcente contumacia debet augmentari & pœna, vt hic, & le.& no.ſ.vt li. non conte. c.fi.§.fi.¶[Adijcimus.]x.pars [Honeſtas.]ſi.ſ de offi.archi.c.j.ſ. de offi.ord.inter cætera.[Bis aut ſaltem ſemel.]ſi.ſ.de offi.arch.mandamus.[Fama fuerit.]alias enim niſi ex cauſa tali, vel conſimili non eſt prouincia ( etiam occaſione religionum , vel hæreſum ) commouenda.vt in Auth.de mandatis prin.§.neque occaſione. colla.iii.Ex cauſa autem hoc poteſt facere iudex eccleſiaſticus,vt hic,& contra rebelles procedere quantumcunque dignitatis exiſtant,vt patet ſ.e.§.ſi vero dominus.& præce.& ſeq.& in eo quod plene no.in Summa eo.tit.§.qualiter deuitetur.maxime in verſi. ergo cognitio.& ver.& hoc intelligas.[Et ibi.]ver. [Viros]ſi.ſ.de
27 accuſ.ſicut olim.§.j.in prin.[Totam viciniam.]ar.ꝙ† vniuerſitas poteſt præſtare iuramentum calumnię.ſic.xxxv.q.vj.epiſcopus in ſynodo.ſecundum.B.hoc multum remotum eſt arg. & planum eſt,ꝙ vniuerſitas,vel collegium nec conueniri,nec agere,nec iurare poteſt,niſi per ſindicum, vel prælatum, vt patet in eo, quod le.& no.ſ.de ſindico.c.vnico.extra.d.n.de teſti. ad hæc præſentiũ. reſpon.j.ver.ab eiſdem.lib.vj. Eſt tamen hic ar. ꝙ vniuerſitas delinquere poteſt & ꝙ contra ipſam & ſingulos de vniuerſitate poteſt fieri inquiſitio.& ꝙ ſinguli iurabũt & pro delicto proprio punientur,vt le.& no.ſ.e.ad abolendam.§ ciuitas.& de ſimonia.dilectus.ii.§ abbatibus. Excommunicari autem non poteſt ipſa vniuerſitas,quod dic,vt le.& no.extra.d.n.de ſenten.excom.Romena.§.fi.lib.vj [Occulta conuenticula.]ſi.ſ.e.cum ex iniuncto. reſpon.j.ver.j.in prin.vbi de hoc.[Diſſidentes.]propter quod merito ſuſpecti habentur,vt hic.& ſ.de elec in cauſis.§.j.& ar.xli.diſ. quiſquis.lxxxvi.diſt.inferiorum.xxiii.q.viii.præterea.ff.ad l.Aqui. ſcientiam.ff.de his qui no.infa.quid ergo.§ j.[Indicare.]ſi.xxxv.q. vi.epiſcopus in ſynodo.ſ.de teſti.cogen. præterea. ii.qõne.vii.quapropter.xxii.q.j.ſi quis per capillum.[Ipſe autem epiſcopus.] ver. [Purgauerint.] immo in purgatione defecerint , vel quia iurare nolunt, vt.j. §.j.vel alio modo, tunc enim puniuntur tanquam conuicti, vt ſequitur, ſecus de illis, qui negligunt ſe purgare,quia illi excõmunicatur, & hæc eſt differentia quantum ad illum articulum inter hunc & illum , quem habuiſti.ſ. e. §. i. vbi de hoc. Vel dic, vt no.j. de pur.ca.inter ſolicitudines.§.fi.quod verius eſt. [Canonice.] vt ſcilicet,tanquam hæretici condemnentur hi,qui in purgatione deficiunt.ſ.e.§.j. Hi vero,qui lapſi ſunt ſine vlla audientia, ſeculari iudicio relinquantur. ſ e. ad abolendam. §.illos quoque. ¶[Si qui autem]xj.pars.[Obſtinatione damnabili.]Hoc ideo dicit,quia & quandoque religioſi nõ rebelliter,ſed ex quadã honeſtate iurare renuunt,vt patet in eo,quod leg.& not.ſ. de teſti.nuper.ſ.de iureiur.& ſi Chriſtus.§.fi. Sin autem hoc aliqs omnino renueret dicens, ꝙ crederet peccare mortaliter,quia nullo modo eſt iurandum hoc ipſo hæreticus reputatur, hic, & habet̃
28 pro conuicto,ſicut & pro condemnato habetur † is. qui renuit iurare de calumnia, vt le.& no.ſ.de iura.calum.c.fi.§. pęna.ſicut & is,qui neque defendit, neque exhibet, vt contumax condemnetur.ff.de nox. quoties.§.in poteſtate.ideoque tenetur quis per iuramentum purgare de hęreſi conſcientiam de conſecra. d. ij. ego Berengarius. j. q. vij.quoties.maxime quando circa hũc articulũ errare pręſumitur. Quòd ſi omnino iurare renuat,de ſecta Valdentium, qui omnino iurare renuunt,præſumitur,& hoc ſolo hæreticus reputatur , vt ſequitur, & hoc argumento leui a fide deuians hæreticus cenſetur,& ſic poteſt intelligi. C. e. ti.l.ij.alias autem propter ſolam ſuſpitionem q̃uis vehementem de tanto crimine non condemnatur, quod dic vt no. ſ.e. c. §. qui autem. in fi.& de præſump.literas.§.fi.in prin. ſecundum hoc duob. modis poteſt intelligi, quod legitur.C.de fide inſtru.l. j. & ſ. de ſimo. & ſi quęſtiones. reſpon. j. ver. j.& ij. vt ſcilicet quod ibi dicit de tali,ſiue tenui religione intelligatur de obſtinata & damnabili,& ſic hæretica,de vel ſimplici & honeſta,qui intellect⁹ vltimus magis congruit menti , vt patet in dicto ca. & ſi quæſtiones.reſpon. j.in fi. ¶[Volumus igitur. ]xij. pars. [Inuigilent.]Erant enim paſtores ſuper gregem ſuum vigilantes . Luc. ij. quod dic, vt plene no.ſ.de offi.archipreſ.ca. fi.in prin.[ Canonicam. ]de qua ſequit̃. j.e. §.j. ¶[Si quis enim ]xiij. pars.[Super expurgando.] nam & ſi generaliter ſit epiſcopi negligentia reprobanda . vt patet in eo , quod le.& no.ſ.de offi.ord. irrefragabili.reſpon.j.hęc tamẽ eſt in hoc caſu propter periculum fidei. ſpecialiter deteſtanda.[Negli
29 gens.]† Remouetur ergo prælatus propter negligentiam . vt hic, & j.q.j.§.ecce cum honoris.& no.ſ.e.c.prox.§.fi.[Inditijs]inditia igitur probant crimen,vt hic.& ſ.e.§.adiicimus.ver. j.& ii. q. viii. ſciant.xxxii.q.j.dixit dominus.j. de priuil. cum olim. & C. de rei ven.indicia.ſ.de cleri.peregri.c.ii.§.vnico. cum ſuis concor. ſ. de præſump.c.illud.& c.literis.& c.tertio [Deponatur.]tanquam negligens & remiſſus,vt ſ.[Et in locum.]verſi.[Qui velit & poſſit.] ſi. ſ. de cleri. non reſi. quia nonnulli. §. j. & c. relatum. reſpon.1. & §. 1.

*SVMMARIVM.*

1 *Vitia non ſunt committenda prætextu pietatis.*
2 *Laicus nullus eſt admittendus ad prædicandum.*

CAP. XIIII.

**SIcut in vno corpore, & infra.** Quod deeſt,in hac deciſione legitur.ſ.e. cum ex iniũcto.§.ſicut enim.[Sub ſpecie virtutum.]ſic.ſ.e.c. pro-
1 xi.§.quia vero.xli.diſt. ſæpe vitia. † etenim prętextu pietatis non ſunt vitia committenda. 30.q.1.noſſe.& eſt hæc cauſa,quare nullus prædicator admittendus eſt niſi miſſus,periculoſum eſt enim cũ ſub ſpecie huius boni hæreticus aculeus poſſit latere,vt hic,& in prædictis iuribus.& j.q.j.§.ecce cum honoris.32.diſt.§. verum. & xlii.diſt.quieſcamus.quamuis idoneus poſſit ſe vltro offerre ad mittendum,vnde Eſa.vj.Eccè ego,mitte me.viii.q.j. in ſcripturis. xvi.q.1.§.hoc idem,ar.ff.de tu.& cu.da.ab.l.vbi.& l.prætor. ¶[Nos attendentes.]ii.pars.[Præcipuus.]ſic.ſ.eo.cum ex iniũcto. §.ſicut enim.ver.1.[Dominus Apoſtolos.]nec vniuerſitas aliqua poſſet ſubſiſtere ratione,niſi hmõi magnus eã dñię ordo ſeruaret.89.di.
2 ad hoc.ideoque † nullus laicus eſt admittendus,cuiuſcunque meriti,vel ordinis exiſtat,vt hic ſequitur,& patet.ſ. e. cum ex iniuncto.reſpon.1.ver.1.& §.ſicut enim.ver.cum igitur.& ſequen. & §. licet autem.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæreſim docentes,vel addiſcentes qualiter puniuntur.*
2 *Simoniacus hæreticus reputatur.*

CAP. XV.

**EXcommunicamus.** [Diuerſas.] 24.q.fi.§.fi.[Conueniunt.]quia ad eũdẽ finem.ſ.deceptionis & erroris tẽdunt.ſi.ſ.eod. excommunicamus.reſpon.j.quod dic vt ibi no.¶[Damnati vero.] ii.pars.[Puniendi.] ſic.ſ.eod.excommunicamus.rñ.1.ver.damnati.& c.ad abolendam.§.præſenti.ſed
1 quæ eſt debita animaduerſio? Rñ.vt docentes † vltimo ſupplicio affligantur,addiſcentes vero.10.librarum auri pœna mulctetur.

C.e.tit.quicunque ad fi.& hoc intelligitur de addiſcentibus, qui nondum didicerunt, ſed cauſa addiſcendi ad hæreticos acceſſerunt,nam ſi incępiſſent diſcere,& ſic ad actum perueniſſent, eadem pœna punirentur,qua & docentes,& ſic ſoluitur,nec contra dicit.C.de Mathematicis.l.culpa.ſimilis eſt tam prohibita diſcere,quam docere.De cæteris dic,vt plene no.ſecundum.ll.s̃.eo. ad abolendam.& ſecundum eaſdem.ll.& can.in Sũma.eo.tit.§.qua pœna.[Degradatis.]s̃.c.ad abolendam.§.j.[Si qui autem.]ver.ab hoc loco vſque ad fi.additur declarando quod deeſt.s̃.eo.excommunicamus.reſpon.j.ver.damnati.& c.ad abolendam.§.j.& ii.nã alia quæ hic præmittuntur,dicuntur ibi,& quædam alia,vt ibi patet.[Deprehenſi.]publice.ita ꝙ notorium ſit,vt in eo quod legitur & no.j̃.e.c.j qui ſi ſtatim ſponte redire voluerint, admittendi ſunt.vt s̃ eo. ad abolendam.§.præſenti.ita tamen ꝙ in carcerem ad agendam perpetuam pœnitentiam detrudantur,vt hic ſequitur, & hoc non fuerat ibi dictum,quod hic declaratur, vt ibi no. [In perpetuo carcere.] ſicut & ſimoniacus eſt in monaſterio detrudendus.j.q.j.reperiantur.s̃.de ſimonia.quanta.& eſt bona ſimi
2 litudo,† nam ſimoniacus hæreticus reputatur.j.q.j.eos qui. vj.q.j. §.ſed licet.s̃.de ſimonia. quoties. vbi de hoc.& idem iuris eſt hodie decredentibus.vt j̃.§.j.¶Credentes autem.]iii.pars. [Eorum.] ſcilicet hæreticorum. [Similiter.] damnati ergo de credentia per eccleſiam ſeculari iudicio eꝯ vt leg. & no.s̃.e.§. damnati. Hodie ergo non excommunicantur,nec ſuſpenduntur,ſicut receptatores & defenſores,licet olim ſecus eſſet,etiam tempore concilij generalis,quod dic,vt legitur,& no.s̃.eo.excommunicamus.§.credentes.

*SVMMARIVM.*

1 *Vaſalli ſunt abſoluti a iuramento fidelitatis ſi dominus eſt effectus hęreticus, & quid ſi reconciliatus eſt.*

CAP. XVI.

1 ABſolutos. Ipſo iure hodie,vt hic,olim non ſic erat † expreſſe dictum,imo ꝙ deberent abſolui,quod dic,vt le.& no.s̃.e.excommunicamus.§.ſi vero dominus.ver. j. Sed nunquid ſi talis reconcilietur fidelitates iſtas ipſo iure recuperabit? Videtur,ꝙ ſic.C. de ſent.paſ.l.j.& l.fi.Tu vero dicas,ꝙ non,ſicut nec faceret,ſi fuiſſent vaſalli ab hac fidelitate ſimpliciter abſoluti,arg.s̃. de diuo.de illa,Secus ſi ad tempus lata eſſet ſententia. ſ. quamdiu in excommunicatione perſtiterint.j̃.de pœnis.c.fi.in fi. quia tunc ceſſante tempore erroris ceſſaret & talis ſententia,vt patet in eo, quod leg. & no.s̃.de vita & hone.cleri.c.fi.ad fi.& ſecundum hoc intellige. xv.q.vj.iuratos.& c.nos ſanctorum.[Manifeſte.]Secus ergo ſi occultè,arg.s̃.de ſimonia.ex tuæ.& c.ſicut nobis.in fi.cum ſuis concor.& c.fi.& no.s̃.e.c.proxi.§.j.ver.ſi qui autẽ.[Aliquo pacto]&c. ergo ſi ſub certa pœna aliquid ei ſoluere tenebatur,pęna non cõmittitur,cum enim talium bona poſſint occupari,multofortius retineri,vt patet in eo,quod leg.& no.s̃.e.excommunicamus.§.ſi vero dominus.ver.j.Eodem modo non intelligitur is,qui iurauerat deierare,quaſi iuramentum habeat in ſe tacitam conditionẽ. ſ.ſi in tali ſtatu permanſerit,ꝙ ei communicandum ſit, arg.s̃.de iureiur.quemadmodum.reſpon.j.ver. quia in illo. cum ſuis concor.& s̃.e.excommunicamus.ii.§.credentes.& idem ſi alias excõmunicatus eſſet,vt in dictis c.xv.q.vj.nos ſanctorum.& c.iuratos. quod dic,vt no.in Summa.de ſen.excom.§.fi.ſub. §. quid ſi tenor ſacramenti. niſi forſan neceſſitas immineat, vel ex indulgentia aliud contingat,quod dic,vt le.& no.j̃.de ſen.excom.ſi vere.

¶De ſciſmaticis.i.ab vnitate eccleſiæ decedentibus.xxiiii.q.j. ſciſma.& ordinatis ab eis. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Sciſmaticorum varia genera.*
2 *Prælatus ſciſmaticus ſi aliquid acquiſiuit,vel cum aliquibus contraxit, quod agendum.*
3 *Simoniaci etiam in beneficio ſunt infames.*
4 *Ordinator nihil confert in ordinatione,ſed ſolus Deus.*

CAP. PRIMVM.

QVod a prædeceſſore noſtro.& inf. [Ab Octauiano & Guidone]qui papatũ tenuerunt. Et nota ꝙ iſte Octauianus, antequam papatũ adeptus eſſet,appellabatur Octauianus filius Ioãnis Maledicti, poſt papatum vero adeptũ vocatus fuit victor,& vixit annis.viii.& menſibus. vii. eo mortuo ſucceſſit ei in ſciſmate Guido Cremoñ.de quo hic loquitur, qui & poſt papatum adeptum vocatus eſt Paſchalis,& vixit annis tribus,& menſibus quatuor, & diebus. xxiiii. Quo mortuo ſucceſſit in locum eius Ioannes de Struma,qui & Calixtus vocatus eſt. His autem ſucceſſit Lando,qui & Innocentius vocatus fuit,& hi omnes ab Alexand.iii. excommunicati fuerunt, & mala morte perierunt,quorum tres fuerunt presbiteri Cardinales,quod patet ex cronicis,licet hic fiat tantum mentio de duobus,de quibus & dicitur hic,ꝙ non ſolum ſciſmatici fuerunt.vt j̃.eo.§.alienationes. ſed etiam hæreſiarchę,vt hic ſeq.Alij vero exponunt id,quod hic ſequitur.[Hæreſiarchis.] i.ſciſmaticis.De ſimilibus ſciſmaticis dicitur.s̃.de ſacra.non iteran.c.ii.reſpon.j.horum facta damnantur hic,vt ſequitur.[Irritas]quantum ad executionem,vt hic,& ix.q. j.ordinationes.niſi probabilis ignorantia excuſaret,vt ibi. & j.q.j. ſi qui a ſimoniacis.vel niſi cum eis fuerit diſpenſatum.j̃. eo.c.j.s̃. de or.ab epiſcopo.c.j.§.fi.& c.ii.vbi de hoc.& no.plenius.j̃.e.c.j.in fi.Licet enim tales ſeruata forma eccleſiæ vera conferant ſacramenta s̃.de hæreticis.c.ii.executionem tamen quam non habẽt conferre non poſſunt.j.q.vij.Daibertum. ¶Adijcientes.] ii. pars.
1 [Sciſmaticos.] † Largo modo dicitur ſciſmaticus quilibet criminoſus.j.q.j.ſacerdotes.xxiiii.q.iii.reſecandæ.itaque & tales non tenentur his pęnis.Dicuntur etiam aliquantulum minus large ſciſmaticis omnes excõmunicati & maiori.xxiiii.q.iii. Apoſtolicæ. tam ſacerdotes. de excommunicati. Ex quibus aliqui ſunt, qui non peccant,imo potius merentur in excommunicatione manentes,& ſententiam ſeruantes,vt patet.j̃.de ſen.excom. inquiſitionem.de his no.s̃.de excep.exceptionem.ſecũdum.d.n. Stricto vero modo dicitur ſciſmaticus ab vnitate eccleſię Romanæ diuiſus ſuos epiſcopos & presbiteros creans, & ſuas conſtitutiones faciens.vii.q.j.factus eſt.& c. Nouatianus.& c.denique & contẽnit conſtitutiones eccleſiæ.xix.diſt.nullis.Idem eſt ſi contra archiepiſcopum ſuum inſurgat,& epatũ teneat,& ſuos ſacerdotes faciat. vii.q.j.ſcire.xxiiii.q.iii.inter ſciſma & in his habet locum hæc decre.nam excommunicati ſunt vt hæretici,vt hic innuit ſm quoſdam.Alij dicunt ꝯ in hoc vltimo caſu, dummodo recognoſcat Romanam eccleſiam: quia talis non dicitur diuiſus ab vnitate, ſed magis proprie dicitur inobediens,& id puto verius, vt ex præmiſſis iuribus colligi poteſt,ꝙ ſi nullum caput ſuper ſe recognoſcat,non tamen epiſcopatum teneat,vel epiſcopalia exerceat,talis non ſciſmaticus,ſed acephalus dicitur,& indubitanter reus & improbus eſt.xciii.diſt.nulla ratione.xviii.q.ii.abbatibus. Dicuntur etiam ſciſmatici,qui coniurant contra ſuum epm, vel prælatum,quorum ordinationes non ſunt irritæ: quia non ſunt ſuſpẽſi ipſo iure,ſed ſuſpendendi & etiam deponendi.xj.q.j.coniurationem.& quatuor c.ſequentibus.& quamuis ſemper præſumatur ꝯ coniuratores,maxime quando cõiurant in perpetuum,vel generaliter.xj.q.j.ſi qui clerici: tñ ſi aliqui boni viri ſimul iurarent de non obediendo alicui hęretico,vel intruſo,vt melius adinuicem ſe iuuarent,& talem repellent,non eſſet improbandum,ſed.tolerandum.xvi.q vii.ſane.ſm.d.n.Sed cum iſti Octauianus & Guido eccleſiam Romanam rexerint,quomodo poſſunt dici ſciſmatici,imo poſſunt dici ſciſmatici auertentes ab eis, vt ex præmiſſis patet? Rñ.Iſti tempore Alexan.iii.qui canonicè electus fuit,intruſerunt ſe,& ideo ipſo facto fuerunt excommunicati cum omnibus fautoribus ſuis.s̃.de electio.licet.xxiii.diſt.in nomine Domini.& non ſolum ſciſmatici,imo & apoſtatatici dici debent.lxxix. diſt.ſi quis pecunia.& per totum.& etiam hæretici,vt patet in eo quod no.s̃.e.c.reſpon.j.in prin.& tempore talium dicitur eccleſia vacare reſpectu ipſorum,vt patet in eo,quod no.j̃.eo.c. §. j. ſuper verbo,firmitate.& §.ſi quis autem.ſuper verbo,excommunicationi. ¶Alienationes.] iii.pars.ſi.xii.q.ii.alienationes.[Siue p laicos.] authoritate ipſorum ſciſmaticorum, alioquin emens non eſſet excommunicatus,ar.s̃.tit.j.excommunicamus.j.§.j. ſed potius excommunicandus,vt patet in eo,quod leg.& no.s̃.de foro compe. conqueſtus.[Firmitate.]quia,dum eccleſia paſtorem habet hęreticum,vel ſciſmaticum,vacare intelligitur.s̃.de præſcrip.c. j. s̃. de tranſla.epi.c.ii.§.ſed neque.ver.ſicut iuxta.vnde non valent quæ a tali pręlato fiunt in eccleſię præiudicium.xii.q.ii.ſi qua de rebus s̃.de elec.nihil eſt.§.pen.in fi.vbi de hoc.Quid ſi talis prælatus ali-
2 quid eccleſiæ acquiſiuit? Videtur ſimiliter, ꝙ non teneat, † debet enim commodum cum incommodo compenſari.ff.de neg.geſ. ſi negotia.dicas contra,ar.C.de leg.quod fauore.ff.de minori.ſi iudex.ſm Vin.hoc exaudias, ſi cum diuerſis perſonis contractum ſit,& in contractu vnius eſt lucrum,& in alio damnum, ſi autẽ cum eadem perſona diuerſos contractus inijt,talem inconſtantiam merito recuſaret iudex,ar.ff.de procu. in cauſæ. debet enim commodum tunc cum incommodo compenſari.ff.de neg. geſ. ſi negotia,ar.C.de reputa.l.vnica.ff.pro ſocio.ſi non fuerint.§.fi.& l.ſeq.Et hoc verum eſt,vbi contractus ſunt connexi,ſecus ſi ſeparati.ff de mino.etiam ſi.§.j.& l.ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.[Reuertantur.]Quid ſi rehaberi non poſſunt,niſi pecunia data? Dic,vt le.& no.s̃.de rebus eccl.non ali.ad audientiam.s̃.vt li.pen.eccleſia. ii.§. fi.¶Si quis autem.] iiii.pars.[Contraire.]ſ.exequendo ordines,beneficia retinendo,vel bona alienata,vt s̃.e reſpon.j.& §.j.& ii.[Excommunicationis]&c.Eſt ergo iſte canon latę ſententię,de quo nihil per alios eſt gloſſatum,ſed forſan fui local is,vel forſan hęc ſententia reſpicit illos,qui ſciſmaticis adhærebant, & ipſos fouebant,tales enim excommunicati ſunt,ſicut & hæretici, & fauto-





res ipſorum.s̃.ti.j.excõicatus.j.§. credentes.24.q.j.c.ij. vnde & tales ſciſmatici hæretici appellantur.s̃.eo.c.rñ.j. & 24.q.j.alienus.& q.iij.innter ſciſma Alij dicunt,ꝙ tales non ſunt excõicati,ſed excõicandi tantum,vt patet.23.diſt.in nomine.in fi.ubi dicitur dãnetur.Nec obſt.quod hic dicitur,quia iſti a Papa Alexandro excõicati fuerunt localiter,& ad tempus, illi autem ſciſmatici, qui ab vnitate eccleſiæ recedunt,vt græci, excõicati ſunt ipſo iure, vt in prædictis iurib.& xix.diſt.nulli. Nos dicimus, ꝙ illi ſciſmatici tantum,qui extollunt ſe contra Romanã eccleſiã,& ab ipſa ſe ſeparant,& eis adhærẽtes excõicati ſunt ipſo iure,vt hic,& tales hæretici dicuntur & hi,qui principales ſunt,hæreſiarchæ vt s̃.e. c. in prin.Talis etiam ſentẽtia fertur, ſeu potius innouatur a quolibet epo de nouo conſecrato,quẽ conſecrator interrogat dicẽs. Anathematizas omnem hæreſim, ſubaudi non ſolum errantem in fide,ſed etiam extollentem ſe aduerſus hanc.ſ.Romanam ſanctã catholicã eccleſiam,& is,qui conſecratur,rñdet. Anathematizo, ſicut in libro pontificali poteſt videri.& s̃.titu.j. excõicamus.j. in prin.Alij autem ſciſmatici non ſunt excõicati,ſed excõicandi,ut in dicto c.in noĩe domini.& qui ſint hi & alij.not.s̃.eo.§.j.& hoc iuncto.in Summa.eo.ti.de cæteris? Dic circa hunc articulum,ut ibi plene not.¶Illos vero] v.pars. [Sponte] ſecus autem ſi coacte coactione abſoluta.l.diſt.presbiteros.quod dic,ut no.quod metus cau.ſacris.tales tamen ſuſpenſi manent,vt ſequitur,licet iurm,cũ temerariũ fuerit,ipſos non aſtrinxerint xxij.q.4.per totum. [De tenendo ſciſmate.]Hic no.ſm d.n.ex eo quod hic ſequitur,& legitur.s̃.eo.c.rñ.j.ꝙ nullum peccatum quantumcunq; graue, vel enorme ſit in ordinatore,uel ordinato impedire poteſt, quominus ordinatus characterẽ recipiat & excutionem in habitu,licet non in actu : quia ligata eſt executio in aliquib. caſib. ſicut patet in homicida,qui & ſi ordinet,& ordinetur,tñ executionem non habet,quia per conſtitutionem eccleſiæ irregularis cẽſetur, vnde nunquam ſine peccato celebrare poteſt, niſi ſecum per Papã diſpenſetur,ut patet.s̃.de temp.ord.c.fi. quantãcunq; pñiam egerit. s̃.de accuſ.inquiſitionis.Alij autem criminoſi,vt adulteri, fures, periuri,&c.licet quandiu ſunt in peccato celebrare non debeant s̃.de cohabi.cleri.& mulie.c.fi. nexibus tamen conſtitutionũ nõ habent ligatam executionẽ ſui ordinis,quin qñcũq; egerint pęnitentiã,ſine aliqua reconciliatione liceat eis ſuũ ordinẽ exequi ſalua diſtinctione no.s̃.de temp.ord.ex tenore.Idem uidetur dicẽdum & de irregularitate ordinatoris,uel ordinati,quæ tñ talis eſt, ꝙ non impedit executionem, quin conferatur habitu & exercitio ſiue actu,puta,quia defectum patitur in natalibus. ar. lvj.diſt. apoſtolica & ca.Cenomanenſem.& c.fi.s̃.de renun.niſi cum pridem.§.perſonæ:idem uidetur dicendum, & de infamia,nã ſimo
3 niaci † etiam in beneficio ſunt infames.C.de epi.& cleri.ſi quęq. §.fin.& tamen executionem conferant.s̃.de ſimo.per tuas.ij.Hoc idẽ vr̃ dicendum de excõicatis occultis,& oĩbus aliis ſupradictis. ſ.ꝙ executionem conferunt,quandiu ab eccleſia tolerantur,arg. j.q.j. Chriſtus. & etiam tales recipiunt executionem,licet ligatã, vt dictum eſt de homicida,& tamen ſunt indigni.de conſec.diſt. ij.non prohibeat.Nec obſt.ix.q.j.c.j.& iij.s̃. de ord. ab epiſcopo.c. j.& ij.quia ibi loquitur de illo,qui nõ tolerabatur ab eccleſia, ſed per ſententiam,uel denunciationem erat iam ei executio interdicta:vnde nec ipſam alij dare poteſt,ſaluo excõicato,de quo dici poteſt,ꝙ quamuis toleretur,dummodo probari poſſit excõicatio,poſſum prohibere volenti ordinari,ne ab eo recipiat ordines quia excõicatus eſt,uel poſſum ei dicere, non recipiam a te ordines,cum ſis excõicatus,nec debeo tecum participare,& ex cauſa poſſit legitime appellari:ſecus eſt in infamibus irregularibus, & alijs ſupradictis,in quibus non eſt admittenda talis exceptio: ſufficit enim,ꝙ ab eccleſia tolerentur.8.q.4. nonne. Ratio diuerſitatis hæc eſt,quia cum excõicato cõicari nõ põt ſine periculo, in aliis ſecus.Quod autem dictum eſt de excõicato, idẽ intelligas de notorio fornicatore,& ſimoniaco,quia a talis obediẽtia propria authoritate recedi poteſt.32.diſt.§.verum.Item ſuſpenſi ab officio, & a collatione ſacrorũ per ſententiam hominis depoſiti pp crimen,quod ab officio remouet, ſine quo ordines non cõferunt. 81.diſt. Maximilianus.& ca.ſi quis clericum.& c.ſi quis presbyter. Itẽ eps,qui renunciauit loco,& ordini,iſti oẽs non conferũt executionem.s̃.de ord.ab epo.ca.j.& ij.Idem de remotis ab eccleſia, uel adminiſtratione ſm quoſdã.ſed melius dr̃, ꝙ licet remoueatur ab eccleſia,non tñ intelligatur ſuſpẽſus ab ordine,vel officio, & ideo bene confert executionẽ,licet peccet conferendo,ſicut vidimus de illo epo, qui renunciauit loco non tñ ordini, talis eñ executionem retinet, & ideo de mandato alterius poteſt ordines celebrare,ut patet.s̃.de ord.ab epi.c.ij.Item oẽs illi, qui ordinãtur a ſuſpenſis,per ſñiam hoĩs,uel cæteris, qui executionẽ non hñt, vel in infinitũ ab ordinatis ab eis,executionẽ non recipiunt ut s̃. eo.c.rñ.j.niſi per manus impoſitionẽ,uel diſpẽſationẽ fuerint reconciliati.24.q.3.notandũ.in hoc tñ nõ uidemus aliam rõnem, niſi quia ſic eſt ab eccleſia cõſtitutũ.32.di.§.verũ.quæ ſuper charactere,uel gratia Dei non conferendis:cũ hæc non ſint in poteſtate Papæ,ſed Chriſti,nihil ſtatuere potuit ſuper non peccantes.32. diſt.§.verum.Excõicati autem minori excõicatione, & ſi ſint ſuſpenſi a participatione,non tñ a collatione ſacrorũ,& iõ ipſa cõferunt,& executionem transferunt,quod dic,ut le.& no.j̃.de cle. excõ.mini.ſi celebrat.§.fi.Quid de intruſis? Rñ. Quamuis ſint intelligibiles & ſuſpendendi,non tñ ſuſpenſi ipſo iure, & ideo executionem trãsferunt.Nec obſt.lxii.diſt.c.j.& ij.quia licet intruſus illis,quibus per intruſionẽ datus eſt,non conferat executionẽ,vt ibi,hoc non eſt ideo, quòd ſit ſuſpenſus, ſed quia non ſubditis, non poteſt executionẽ conferre.ſm.d.n.Tu dic,ut not.s̃.de tem. ord.ꝙ tranſlationẽ.Hæc tamen,quæ præmiſſa ſunt, plus placent d.n.q̃ quæ no.s̃.de ſimonia.per tuas.ij.& c.tanta.s̃.eo.ti.j.fraternitatis.Sed ꝯ ipſum eſt.j.q.j.ſi qui a ſimoniacis.vbi dicit,ꝙ ſi quis eſt ordinatus a ſimoniaco non ſimoniace de mĩa toleratur. Sol.ibi loquitur de notorio ſimoniaco,& hoc apparet per id, quod ſeqtur in eodẽ ca.vbi niſi probauerint ſe ignoraſſe eos ſimoniacos, quia nullo modo cogerentur probare ignorantiã, niſi præſumptio eſſet ꝯtra eos,ex eo ꝙ non licebat eis ignorare, ꝙ alii ſciebãt, vt patet in eo,quod le.& no.s̃.de poſtul.præla.c.j.§.quod non ſufficit.& de elect.innotuit.§.parcentes.ff.de verb.ſign.latæ culpæ. Sed & contra hoc eſt,qd̃ in eodẽ c.ſequitur, quia tunc pro catholicis habeantur,ex quo apparet,ꝙ eorum ſimonia non erat notoria. Sol.non dicit,ꝙ non haberentur pro ſimoniacis,ſed pro hæreticis,& vult hoc dicere illud,c.ꝙ ſiue eẽnt notorij ſimoniaci, ſiue damnati hęretici,non eſt diſpenſandũ cũ ordinatis ab eis, niſi ꝓbent ſe ignoraſſe eos ſimoniacos eſſe.ſm d.n.ſed & bene poſſet eſſe probabilis ignorantia in partibus alienis: quia bene põt eſſe in vna regione notorium,quod in alia eſt occultũ,ut no.s̃.de elect. bonæ.j.§.licet aũt.Illud autem ſcitote. ſm d.n.ꝙ ſi diceremus cõtrariũ.ſ.ꝙ nullus ſuſpenſus ab hoĩe,vel a iure executionẽ ſui ordinis hẽt,nec eã põt alijs dare,nec ordinatus ab eo ex hoc in infinitum infinita & intolerabilis abſurditas ſequeretur, tot enim ſunt vincula,ꝙ vix,aut nunq̃ haberet aliquis ordinis executionẽ. Sed huic rñdeo,ꝙ q̃uis durante ignorãtia præferat̃ opinio veritati in omnib.& oĩa in fide Chriſti purgent̃.s̃.de cohabi.cler.& mul. veſtra.ueritate tamen cõperta erit modis oĩbus abſtinẽdũ,ut patet. s̃.de eo qui dux.in matri.veniens.s̃.de ſecundis nup.c.ij.s̃.de preſbyt.non bap.c.j.ij.& iij.ſicut & no.s̃.de excep. cum uenerabilis.§. intelleximus.ver.fi.probabilis. n.ignorantia,& maxime multitudo,ſi in cã ſit, eſto ꝙ totus mundus ſit inuolutus, præſtabit ſaltẽ Papa cãm legitimam diſpenſandi.s̃.de ord.ab epo.c.j.& ij.s̃. de tẽpo.ord.c.ij.j̃.de cle.excõ.mini.latores.Quid ergo ſi prælatus meus eſt homicida,uel excõicatus,& nullus ſcit,niſi ego : nunquid recuſabo à tali ordines recipere? Abſit.vj.q.ij.c.ij.& 3.alioquin non miſiſſet Chriſtus Iudam una cũ aliis,ſi intelligeret ꝙ ſuſpenſi occulti ſui executionem ordinis non hẽrẽt.j.q.j.Chriſtus, & in hac opinione fuit Hugo & Mar.Hiſpa.vt no.1.q.j. ſi qui a ſimoniacis. & c.reperiuntur.Immo & plus dicunt quidam,ꝙ ẽt noĩatim excõicatus,vel dãnatus hęreticus,vel depoſitus, dummodo ordinatus ab eo hoc ignoret,confert non ſolum ordinẽ, ſed ẽt executionẽ,& hoc expreſſe innuitur.ix.q.j.ordinationes. qd̃ ẽt ex eo pro-
4 batur,quia † ordinator nihil ꝯfert in ordinatione,ſed ſolus Deus 32.di.§.verũ.qui cor interrogat,& non manũ.14.q.v.ſi quid inueniſti.xv.q.6.alias 7.c.j.& fi.non eſt ergo dubiũ, ꝙ ſi ordinatus recipit ordinẽ,per ꝯñs & poteſtatem faciendi ea, quæ pertinent ad illum ordinẽ,quia ordo eſt ſacrum ſignaculũ, quo confert̃ ſpiritualis poteſtas,& officium,faciendi illa,quę pertinent ad illũ ordinem,ergo ordinatus hanc ptãtem habet,niſi pp aliam cãm impediatur,& etiã hoc ex eo apparet:quia ſm oẽs ſi hęreticus excõicatus,vel depoſitus quantumcunque notorius conficiat Corpus Chriſti,confectum eſt,ſi ordinauit,ordinatum eſt.Fatemur tñ,ꝙ peccat ordinẽ exequendo,nec inuenies capitula antiqua, quæ pęnam imponant ordinatis a talib.niſi illis,q ordines a talib. ſciẽter recipiunt,ſic.n.loquitur.j.q.j.qui perfectionem.& ca.ventum eſt. 32.diſt.§.porro.Præterea cũ hæc pœna non ſit impoſita a iure naturali,ſed potius ꝯ, quia vult,ꝙ ſolus Deus in collatione ordinis operetur, quare uicarius Chriſti ignorantib. pœnam indebitam iungeret, hoc eſſet ꝯ ca.26.q.fi.alligant. licet enim eccleſia ex cã ſcientibus pp cõtemptum decreuerit penitentiam imponendã, tñ iniuſtum eſſet ipſam ignorantibus imponere ſine cauſa. Nec obſtat.s̃.de ord.ab epo.cap.ij.quia intelligendum eſt illud,qñ illa ignorantia erat ſupina, ſed nec huic ſolutioni contradicit. s̃.de ord.ab epo.c.j.ad fi.ubi dr̃,ꝙ ſi non ſit ſupina ignorantia, põt eps diſpenſare,illud enim ideo eſt, quia non põt eſſe ſine ſuſpicione ſcientiæ, poſtquam eps renunciauerat manifeſte, nec ignorãtia probabilis probabatur,quam ſi probaſſet, diſpenſatio neceſſaria non fuiſſet.ix.q.j.ordinationes.alioquin niſi ſic intelligas, per illa iura vno verbo tolluntur multa alia, quod non eſt ſentiendum de elect. eccleſia.ij.§.deniq;.ſm.domin.noſtr. cuius eſt hæc tota glo.paucis exceptis.Poſtea correxit ſe, & ſcripſit ſic. Vel poteſt dici,quòd iuſta cauſa fuit ſtatuendi nouum ius contra naturalem æquitatem in notorijs factis,ſicut eſt contra renunciantes, & nominatim excommunicatos, & præciſos ab eccleſia,ut nullus ordinatus a talibus admittatur ad executionem ſine diſpenſatione.

Tu veto dicas de hac materia,vt no.ſ̄.de ordi.ab ep̄o.c.j.&.ij.& in
Summa.e.t.§. quid iuris.&.j̄.c.j.in fi.hac incerta cōfuſione explo
ſa,quam nec appoſuiſſem hic , ſicut nec in multis aliis locis,niſi
ad quorundam precū inſtantiam importunam , qui niſi habeāt
omnia dicta . d.n.nihil reputant ſe habere.Illud tamē certum eſt
non videri ęquū,ꝙ poteſtas exequēdi tollatur ordinatis omnibus
ab eis in infinitum: quia non extenditur,niſi ad ordinatos a no-
minatim pręciſis,vt patet.ſ̄.e.c.rñ.j.ſm.d.n.q.d.non trāſit hęc pę-
na ad tertiā perſonam,ſicut nec excōmunicatio,contradicit tñ.l.
dicēs,ꝙ ſi per plures manus ambulauerit,idem iuris erit.ff.de mi-
no.in cauſæ.j.§.fi.&.l.ſequen.& l.ſed vbi.& qđ dicit.can.ꝙ de radi
ce infecta bonus fructus exire non poteſt.j.q.j.fertur.H.

*SVMMARIVM.*

1 *Diſpenſatio poteſt probari per teſtes & per literas.*
2 *Diſpenſatio ſi facta fuit occulte,an poteſt accuſari pęnitętid peracta.*
3 *Epiſcopus an diſpenſat cum ſciſmatico.*
4 *Eqiſcopus ad reliuquens,diſpenſare non poteſt.*

CAP. II.

FRaternitati tuæ & inf. [Ordinatū] etiam igno
ranter,alias enim non eſt locus diſpenſationi ep̄ali,vt
patet.ſ̄.de or.ab ep̄o.c.j.&.ij.licet.d.n.cōtra.no.ſ̄.e.c.j.
[Incunctanter].i.ſtatim ſine mora,indubitanter quantum ad fa-
ctum:nam de iure repulſus erat.[Probauerit]ſi.ſ̄.de ſymo.ex dili
genti.§.fi.vbi de hoc.[Diſpenſatum]ex eo quod hic dicit,& quod
præcedit miſericorditer,& qđ ſequitur, & ab ea perſona &c.nota
bis,ꝙ non ſufficit probare diſpēſatum fuiſſe,niſi probetur, ꝙ ille,
qui diſpenſauit ſciebat defectum,ſeu vitium,& diſpenſare inten-
debat,& poteſtatem habebat diſpenſandi.ad idem .ſ̄. de præben.
cum iam dudū.in fi.vbi de hoc.ſ̄.de cleri.cōiug. diuerſis fallaciis.
lj.diſt.qui in aliquo.in fi.81.diſt.quicunq;. vbi deponitur concubi
narius ordinatus ab eo, qui ſecum poterat diſpenſare : non ergo
eoipſo.ꝙ ep̄s ordinat,diſpenſat,ſed requiritur, ꝙ diſpenſare inten
dat,quæ tñ intentio ex expreſſione cauſę diſpenſationis,& ex ipſa
diſpenſatione expreſſa præſumitur.l.diſt.clerico iacente.16.q.j.cū
pro vtilitate.55.diſt.priſcis . & de hoc no.ſ̄.de ſup.neg.præla.c.pe-
1 nul.† Pōt autem diſpenſatio probari per teſtes , vel ſi occultū eſt
peccatum,qđ confitetur ep̄o inſecreto,& petat diſpenſationem ip
ſius per literas ſuper hoc obtentas.ſ̄.de ſimo.ex diligēti.§.fi.Si ve-
ro publicum fuerit crimen,& publice fuerit diſpenſatum,poſtea
accuſari non poterit.ſ̄.de fil.presbi.ex tua.ſ̄.de accu. de his.ſinau-
2 tem diſpenſetur in occulto:adhuc poterit accuſari, quia † & poſt
pœnitentiam accuſatur.33.q.ii.admonere.ſm.B.hoc puto verū
ab illo,qui priuatū intereſſe proſequeretur.arg.iiii.q.fi. omnibus.
ij.q.j.prohibentur.alioquin contra. de pœ.diſt.iiij.diuina clemen
tia.ff.de ſol.ſi res.§.aream. & ſm hoc intellige,quod no.ſ̄.de biga.
quia circa.[Poteſtatem.]vt patet in eo,quod le.& no.ſ̄.de iudi.at ſi
clerici.§.de adulteriis. & hoc forte ideo dicit,quia ipſe idem ſciſ-
maticus ēt conuerſus,& ad vnitatem eccleſiæ reconciliatus,& in
ordine ſuo receptus cū tali.ſ.ordinato a ſe diſpenſare non poſſet,ſi
cut nec cū illo,quem extra quatuor tpa ordinauit,qđ dic,vt le.&
no.ſ̄.de tempo.ordi.cum quidā:vel cum illo,quē ſimoniace pro-
mouit.j.q.v.præſentiū. ibi,non epiſcopo.q.d.ſi pecunia data eſſet
ep̄o,ipſe non poſſet diſpenſare cū eo,qui dedit,ſucceſſor ergo poſ
ſet diſpenſare.ar.ſ̄.de tēpo.ordi.cōſultationi. Ex eo.n.ꝙ Papa hāc
diſpenſationem expreſſe hic ſibi non retinet , vr̄ ipſam alijs con-
ceſſiſſe,vt apparet in eo,qđ le.& no.ſ̄.t.j. excommunicamus . §.j.
3 §.ſane.verſi.alioquin.Et hoc conceſſit Io.dicens,ꝙ † ep̄s diſpenſat
cum ſciſmatico.l.diſt.vt conſtitueretur.Alii dicunt,ꝙ illud ca.nō
probat hic,aſſerētes , ꝙ in tali caſu ſolus Papa diſpenſat.ſ̄.de elec.
quia diligētia.ſicut & cum illo,qui in apoſtaſia ordinem. recepit.
vt.j̄.ti.j.c.fi.Tu diſtinguas,vtrum quæratur de ep̄atu adipiſcēdo,&
tunc ſolus Papa diſpenſat.ſ̄.de elec.quia diligentia. vel de mona-
ſterio exēpto,& tunc idē eſt.ar.ſ̄.de conſue.cū venerabilis.ſ̄.de re
nunc.ca.penul.& fi.vel de alio beneficio,& tunc ſi is, de cuius di-
ſpensatione agitur , ſcienter vel ſupina ignorantia ductus recepit
ordines,nullus citra Papam poterit diſpenſare.Si vero ignorāter,
& ignorantia fuerat probabilis,diſpenſare pōt proprius ep̄s nō de
linquens,vt probat.ſ̄.de ordi.ab ep̄o.c.j.§.fi.&.c.ij.cū ſuis concor.
delinquēs autē non poterit diſpenſare, vt no.ſ̄.in prin.huius glo.

De Apoſtatis,& reiterantibus baptiſma.Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Apoſtaſia triplex.*
2 *Apoſtata perfidiæ punitur,vt hæreticus.*
3 *Apoſtata inobedientiæ ab accuſatione, & teſtimonio repellitur,excommuni-
catur;& etiam deponitur.*
4 *Apoſtata irregularitatis eaſdem pęnas patitur.*
5 *Clericus monitus per ſe corrigat ab apoſtaſia ſi eſt incorrigibilis priuatur om
ni priuilegio clericali.*

CAP. PRIMVM.

PRæterea. ]Sic cōſtrue.[Præterea ſi cle
rici in criminibus compre
henſi teneantur].i.violenter retineantur,cle-
rici dico tales.[Qui relicto]vſq;. [Cōuerſan-
tur præcipimus. ]ſubaudi tales nō liberari per
1 cenſuram eccleſiaſticā.[In apoſtaſia]. † quæ
triplex eſt.Prima eſt perfidiæ,quādo.ſ.quis re-
cedit a fide.ij.q.vij. non pōt . Secunda inobedientiæ qñ. ſ.aliquis
transgreditur,præceptum prælati, vel ſacris canonibus non obe-
dit.iii.q.iiij.alieni.ſ̄.de maio. & obe.ſi quis.& ca. illud qđ verū eſt,
quando credit obediendū eſſe, ſed rebellat per ſuperbiā , ſi enim
credit non eſſe obediendum prelato in aliquo ēt licito,hæreticus
& ſciſmaticus eſt.xix.diſt.nulli.ſinautem ideo quia credit, ꝙ præ-
ceptum ſit ꝯ Deū,neceſſe habet conſcientiam ſuam ſequi, quod
dic,vt plene no.ſ̄.de tempo.ordi.ad aures.§.j. Tertia irregularita-
tis.ſ.cū qs ab ordine ſuo , ſiue ſtatu ſūptę religionis, cui profeſſus
eſt,recedit , vt hic.&.j̄.e.c.fi.l.di.c.fi.& no.ſ̄.de tēpo.ordi.ex parte.
ideo ſi dimittat tōſuram,vel veſtem clericalē,ſiue religionis , cui
profeſſus eſt,& reuertat̄ ad ſęculū,apoſtata ē.xx.q.iij.c.j.ij.&.iij.27.
q.j.omnes & hic.vnde dr̄ apoſtata,quaſi retro ſtans 26.q.fi.nō ob
2 ſeruetis.Apoſtata † perfidiæ punitur,& reſtituitur vt hæreticus,qa
in veritate,hereticus & per cōſequēs excōicatus eſt.vt.ſ̄.de hæret.
3 c.j.&.c.firmiſſimę.&.c.excōicamus.j.&.ij. † Apoſtata vero inobe
dientiæ ab accuſatione & teſtimonio repellitur, excommunica-
tur,& etiam deponitur , & qñq; etiam iudici ſeculari traditur.iij.
q.iiii.ſi qs vero a ſuo.&.ca.beatus. ij.q.iii. ſi quis prohibet vobis.ſ̄.
4 de iudi.cū non ab homine . † Apoſtata etiam irregularitatis eaſ-
dē pœnas patit̄.xvj.q.j.legi.l.diſtin.ca.fi.xxi.q.iiii.c.ep̄i. &.c.ſine or
natu.&.c.fi. & ſi monitus ſe non emendauerit caret omnino pri
uilegio clericali , & ſic intelligitur hoc ca. per iura infra inducta.
Notandū eſt tamen,ꝙ ſm Hug.nedū conſtitutus in ſacris, ſed ēt
pſalmiſta & lector cogendus eſt deferre tōſuram , & ſemper dēt
gaudere priuilegio clericali, nec decętero pōt fieri miles,nec ſecu
culariter viuere.xx.q.iii.c.iii.qđ dic , vt no.ſ̄.de cleri.coniuga.c.ſi.
Alii contra aſſerentes , ꝙ ſi in minoribus ordinibus conſtitutus
fecit aliquid penitus contrariū ordini,vt ſi duxit corruptā, vel fe-
cit ſe militē,& ſæua exercuit , nudatur omni priuilegio clericali.
84.pi.quiſquis.alioquin poterit viuere clericaliter, & ſi hoc facit,
gaudebit omni priuilegio clericali.32.diſt.ſeriatim.& ca.ſi qui ve
ro.pōt etiam viuere ſeculariter tenendo tabernā , vel tonſura di-
miſſa vxorē ducere,militiā exercere, & tūc nullo gaudebit priui-
legio.ſ̄.de cleri.cōiuga.Ioannes.& ca.ex parte.&.c.fi.Tertij dicūt,
qđ & nos ſentimus , ꝙ ſi talis etiā in ſacris cōſtitutus moneatur,
5 ꝙ ſe † corrigat, & ab apoſtaſia recedat , & monitus incorrigibilis
appareat , omni priuilegio priuabitur clericali.j̄.de ſenten.excō.
in audientia.&.c.contingit.ii.Et idem vr̄,ſi in maleficiis enormi-
bus & ſęuis fuerit deprehenſus,qđ dic,vt legitur,& no.j̄.de ſen.ex
cō.perpēdimus.Alioquin ſi non ſit monitus , ēt ſi in minoribus
ordinibus conſtitutus viduam ducat, ſemper gaudebit priuilegio
clericali illius canonis.17.q.iiii.ſi quis ſuadente. cui cum in fauo-
rem ordinis introductus ſit, renuntiare non pōt.ſ̄. de foro cōpe.ſi
diligenti.& patet.j̄.de ſenten.excō.cū deſideres. §.fi.& ca.contin-
git.j.Quod eſt verum de conſtituto in minoribus tonſuram de-
ferēte,alioquin cōtra.vt.ſ̄.e.glo.ver.alii contra.Idem eſt & de con
ſtituto in ſacris,etiam ſi tonſuram abiecerit,& ſic loquitur.20.q.
iii.c.iii.qđ ex eo apparet,ꝙ dicit, q̄ ſemel taxati. i.aſtricti fuerint in
clero,nam ante ſacrum ordinem,hæc taxatio fieri nō pōt. Itē ex
eo qđ dicit,ſiue in monaſterio deputati: nam hi duo æquiparan-
tur.ſ.conſtitutus in ſacris , & religioſus,vt ibi,& patet in eo,qđ le.
& not.ſ̄.de vi.& hone.cleri.c.clericus ſi tonſura.& in eo quod ſe-
quitur in eo.ca.ibi reuertantur.nam ſi eſſet in minoribus,reuerti
non cogeretur,ſed ille ſolus cogitur , qui in ſacris eſt cōſtitutus,
vt patet in eo , quod le.& no.ſ̄.de cleri. cōiuga.c.j. In aliis autem
immunitatibus cōceſſis clerico , in minoribus ordinibus cōſtitu
tus & cū vidua contrahens non gaudet priuilegio clericali, & ſic
intellige.84.diſ.quiſquis.& ſm pręmiſſam diſtinctionē erit de fo
ro ſeculari,vel clericali.Niſi ꝯdicat cōſuetudo , quę iuriſdictionē
tribuit.C.de eman.l.fi.ſm.d.n.& not.ſ̄.de foro cōpe.cū cōtingat.
Qđ & tu exaudias, ſi ſit cōſuetudo, quæ faciat pro foro eccleſiaſti
co,puta,vult,ꝙ ēt ducens viduā omni priuilegio gaudeat clerica
li tam perſonali,q̄ reali:ſecus dicerem,ſi eſſet ꝯ eccleſiam, vt ſi ēt
conſtitutū in ſacris, vel minoribus clericaliter viuentē & obediē
tē poteſtati ſubiaceret ſeculari,hāc.n.dicerē non valere. Ratio di-
uerſitatis hæc eſt,quia talis conſuetudo irrationabilis & odioſa eſ
ſet.Prima vero , quæ pro eccleſia facit,fauorabilis & rationabilis
iudicatur,vt colligitur in eo quod leg.& no.ſ̄. de conſue.c.j.& ca.
cum inter vos.ſ̄.de iudi.clerici.rñ.j.ver.fi.ſ̄.de fo. compe. cum ſit
generale.



generale.& c.ſi diligenti.& c.ſignificaſti.ꝯſuetudo aūt rationabi-
lis approbatur,& irrationabilis reprobatur,vt leg.& not.ſ̄.de con
ſuet.c.fi.fauores ēt ampliantur,& odia reſtringuntur, vt not.ſ̄.de
ꝯceſſ præb.conſtitutus.§.fi.Hoc autem ca.intelligas,vel de religio
ſis,vel de clericis conſtitutis in ſacris.ſm d.n.ex quo tñ incorrigi-
biles ſunt,& de hac materia no.ſ̄.de cle.coniu.Ioānes.[Liberari.]
arg.ꝯ.j̄.de ſen.exc.ſi vero aliquis.Sol.illud intelligitur,qñ clericus
licet tonſuram dimiſerit,alias tñ clericaliter ſe habebat . hic vero
loquitur,qñ per omnia vt laicus ſe gerebat,& comprobat hæc ſo
lutio.ſm d.n.j̄.de priu.l.ex parte.iii Vel illud,quod ibi dr̄.ſ.ꝙ ille,
qui talem violentiam infert,ſit excommunicatus, hic non nega
tur,ſed dr̄,ꝙ tali per eccleſiam non ſubueniatur,ſicut alias in caſu
conſimili.ſ̄.ne cle.vel mo.c.ii.Vel illud intelligitur,qñ nō eſt mo
nitus,iſtud autem,qñ monitus eſt,vt no.in præced.glo.Vel intel-
lige hanc ſm id,quod no.j̄.de ſent.excom.perpendimus.

*SVMMARIVM.*

1 *Sortilegis nullo modo credendum eſt.*
2 *Baptiſma,d lo, & ſcienter iterantes, qualiter veniant puniendi.*
3 *Sacramenti reiteratio quare prohibetur.*
4 *Minori ętati ſubuenitur.*
5 *Culpa facile abſtergitur propter fraternam pietatem.*
6 *Ingreſſus religionis, quam i regularitatem tollat.*
7 *Pœnitentia agi non poteſt de publico exceſſu.*

CAP. II.

EX literarum. [In ſano.] & malo, & male,
de ꝯſec.di.4.qui bis li.diſ.qui
in aliquo. 4.q.j.§.his authoritatibus.[Sortilegarum.]
1 quibus † nullo modo credēdum eſt,vt patet in eo,qđ
2 leg.& no.j̄.de ſortile.c.j.& ii. [Per iterationem.] † qđ nullo modo
fieri debet,alioquin,ſi dolo malo fiat hoc eſt ſcienter (qa nec aliter
intelligitur fieri dolus.C.eo.ti.l.ii.) ſm leges vltimo ſupplitio affi-
citur.C.ne ſanc.bapt.reite.l.j.& ii.ſm canones vero clericus depo
nitur,laicus vero excōicatur,& pęna grauiori plectitur. de conſe.
diſt.4.eos quos.& c.q bis.nec de cętero ordinatur.li.diſt.qui in ali-
quo.j.q.vii.qui in qualibet.hoc verum eſt,qñ certum eſt aliquem
baptizatum fuiſſe.vt patet in eo,qđ leg.& not.ſ̄.de baptiſ.c.i.& de
hoc no ſpacioſius in Sum.e.ti.§.ſi. [Iniuriam.] Nā per baptiſmū
quædā imago ſpiritualis,ſiue quaſi pictus quidam character ani-
mæ imprimitur,vnde ſicut vbi ſuper imaginem iam pictam alia
ſuperpingitur,prima deletur,ſiue obfuſcatur,quaſi male fuerit pi
cta (quod non vr̄ fieri ſine iniuria primi pictoris.) ſic per reitera-
tionē baptiſmi ſecundi imago,ſiue character,primi nō ſine iniu
ria ſacri & illius,qui primo baptizauerat,intelligitur iam recepta
imago, ſiue character deleri, ſiue obfuſcari.& hæc eſt iniuria , de
3 qua hic tangitur ſm Vinc.† quare ſacri reiteratio prohibet̄,vt hic.
& j.q.i.qđ quidam.de conſe.di.iiii.oſtenditur.24.q.i.§ his authori
tatibus. ¶Quia ergo.] ii.pars. [Acolitus.] ſubaudi frater carnalis
baptizati,q miniſterium præbuit pb̄ro rebaptizāti in rñdendo &
ſic cooperator extitit,& adiutor,vt in antiqua ꝯtinetur,quod non
debuit hic decidi,cum plenus non habeatur aliter intellectus vn
de & aliqui hic errauerūt intelligentes,ꝙ iſte acolitus rebaptizaſ-
ſet,ſicut no.ſi.ſ̄.de hæret.ad abolendā. §.illo quoq;. [Minor ętas.]
4 arg.ꝙ † minori ętati ſubuenitur,vt hic,& de ꝯſec.diſt.4.eos.& c.qui
bis.xv.q.i.§.vt itaq;.in fi.ff.de mino.auxilium.§.in delictis.in fi.ibi,
niſi quatenus miſeratio.& l.ſi ex cā.§.nunc videndum.qđ verum
eſt quantum ad quantitatē non quotitatem,hoc eſt pp minorē
ętatem pęna mitigatur,& diminuitur,non tñ in totum tollitur.
ff.de min.auxilium.§.in delictis.j̄.de delic.pue.c.j.vbi de hoc.ſicut
5 & alias) no.ſi.ſ̄.qđ me.cau.ſacris. [Et intentio.] vnde † facile hæc
culpa abſtergitur pp fraternam pietatem.xx.q.ii.ſi in qualibet.ſed
non eſt ita,vt ſequitur. ¶Diſcretioni tuæ.] iii. pars. [Ad ſuperio-
res.] q.d.ſed iam receptos non amittit , & ſic pęna non in totum
abſtergitur,ſed diminuitur.vt no.in præced.glo.pp illa,quæ & no.
ſ̄.e.rñ.j.ſuper verbo,minor ętas.& quia multa impediunt promo
uendum,quæ non deiiciunt iam promotū.ſ̄.de iureiur.quemad
modum.§.ꝙ ſi poſt hmōi. [Publicum.] ſi vero occultum &c.vt
j̄.eo.c.ver.fi.[Non valebit.] nam delicti manifeſtatio diſpenſatio
nem prohibet,ſaltem pp ſcandalum,quod nō eſt in occulto,im
mo poſt actam pnīam (præter reos homicidij) peccatores in ſu-
ſceptis remanent ordinibus,& pñt ad alios promoueri,quod dic,
vt leg.& no.ſ̄.de temp.ord.c.fi.j̄.e.ver.fi.& ſ̄.ti.j.c.i.§.fi.[niſi ad reli
gionem] fauore religionis.ſi j̄.de homi.ſignificaſti.ii.§.j.ver.fi.&
6 ex hoc vr̄,ꝙ † ingreſſus religionis non tollat irregularitatem ex to
to,ex quo ſine diſpenſatione promoueri non poteſt,vt hic ſequi-
tur,arg.ꝯ.ſ̄.de fil.presb.c.j.lvi.diſt.c.j.in Auth.de mo.rñ.i.coll.j vbi
dr̄,ꝙ omnē tollit irregularitatem, tollit etiam ingratitudinē. xix.
q.fi.non liceat.Sol.irregularitas illa, quæ ex delicto proprio inſur-
git,per ingreſſum religionis non tollit̄,ſed fauore ipſius facilius di
ſpenſatur,vt hic,& j̄.de eo qui fur.or.ſuſ.c.j.qñ vero nō ex delicto
proprio,ſed ex paterno inſurgit,vt j̄.de purg.can.accedens.j.lvj.di.
naſci.vel alieno.j̄.de pę.in quibuſdam.vbi de hoc.tunc per ingreſ
ſum religionis tollitur,q̄tum ad promotionem ordinum,vt in ꝯ.
non tñ quantum ad dignitates, quas ſine diſpenſatione obtinere
non poteſt.ſ̄.de fil.presb.c.pen.& fi.immo nec qñq; ſimplicia be
neficia,vt patet j̄.de pę.in quibuſdam.aliqui tñ voluerunt dicere,
ꝙ in neutro caſu tollitur, ſed refertur tm̄ ad facilitatem diſpēſan
di,quia ſ.facilius diſpenſatur,ſm Lau. [Si vero.] ver. [Occultū.]
ſi.ſ̄.de temp.ord.ex tenore.§.j.ſ̄.de ſimo.c.ex tuæ. [Promoueri po
terit.] pnīa tñ peracta,vt ſequitur,& de hoc no.ſ̄.e.c.rñ.j.ſuper ver
bo,non valebit.alioquin niſi ſic intelligeres,innuunt verba ſequē
7 tia,ꝙ † de publico exceſſu pnīa agi non poſſit,qđ omnino clarum
eſt,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ̄.de hæret.ad abolendam.§.pñi-
ti. vel dic,vt in ſeq.glo. [Pnīæ.] occultæ,ex quo peccatum occul-
tum eſt,nam ſi publicum eſſet,tunc & publica pœnitentia neceſ
ſaria eſſet,vt j̄.de pœn.quæſitum.§.j.vbi de hoc. alias vacaret hic.
arg.a contrario ſenſu,& eſſet hic ſubaudiendum maxime.ſicut &
C.de epiſc.& cler.conuenticula.quia non ſolum peccatum occul-
tum,ſed etiam publicum, & quantumcunque . & quotieſcunq;
committatur per pœnitentiam aboletur,vt not.in præced.glo.&
probatur.l.diſt.ferrum.& ſ̄.de Sum.Trin.c.j.§.pen.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus priuari debet priuilegio clericali, ſi terminatus non ſumpſerit ha-
bitum clericale.*
2 *Apoſtare non dicuntur, qui dimittum habitum in minoribus conſtituti.*

CAP. III.

QVæ fraternitatis,& inf. [Apoſtaſię religionis.]
1 qa habitum † poſtpoſuerat religionis aſſūmptæ, vel
clericatus,vt ſequitur,in quo caſu præmiſſa trina mo
nitione niſi pęniteat,clericali priuilegio denudatur. j̄.de ſent,exc.
in audientia.qđ dic,vt plene no.De iſta materia &. de diuerſis ſpe
ciebus apoſtaſiæ.ſ̄.e.c.i. [Qui videlicet.] ver. [Clericalem.] vel re
ligionis,vt no.in præced.glo. [Tolerandi.] & eſt rō,vt leg.& no.j̄.
e.c.j.in fi.& de hoc no.ſ̄.de vi.& ho.cle.clericus ſi tonſura.[Sed p
diſtrictionem.] ver. [Coercendi.] i.excōicandi.non ergo ſunt ex
cōicati ipſo iure,& eſt hoc intelligendum de profeſſis,vel cōſtitu
tis in ſacris ordinibus,vt patet in eo quod no.ſ̄.e.c.j.qui cōpellan
tur,niſi authoritate deficiente ſe purgauerint,vt ſequitur, habitū
male depoſitum reaſſumēdo ar.ſ̄.de regu.c.pe & fi.xx.q.iii.eos.ſ̄.
de off.ord.q̄to.& ēt ſi neceſſe fuerit incarcerant̄,j̄.e.a nobis.ne dā
nabiliter euagent̄.ſ̄.de regu.c.fi.& dicas coercēdi,ſubaudi,& oīno
diſtringendi p̄ciſè & indiſtincte,ſi de ipſa apoſtaſia ꝯſtiterit,vt in
2 prædictis iurib.Hi vero q in minoribus ſunt,non † dñr apoſtatæ,
ſed potius clericatum dimittere ſ̄.de vi.& ho.cle.c.fi. ſ̄.de cler.ꝯ-
iug.Ioannes.84.diſt.quiſquis.ſm d.n. Hi igitur,qui profeſſi,vel in
ſacris ſunt,coercentur præciſè,ſi de hoc conſtat.Sed & ſi dubium
ſit.cum laborant infamia,adhuc ſunt coercendi.[donec deficien
te] &c. alias enim non indiceretur purgatio.ſ̄.de ſimo.de hoc.§.i.
[Purgationem.] in qua ſi deficiant poſtea diſtringentur præciſè,
vt patet in eo,quod leg.& not.ſ̄ de ſimo.inſinuatum.§.fi. [Exhi-
bere ] poteſt ergo aliquis ſe purgare de infamia apoſtaſiæ, vt hic,
ſicut & de infamia natalium.j̄.de purg.can.accedens.

*SVMMARIVM.*

1 *Sabbati in die potius debemus operari quā alijs dieb. ne iudaizare videamur.*
2 *Nemo debet claudicare in duas partes.*
3 *Filius Dei, & diaboli quis eſſe non poteſt.*
4 *Malis de duobus, minus eſt tolerandum.*
4 *Nemo mittens manum ad aratrum,& inſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.*

CAP. IIII.

QVidā ſicut accepimus. [Volunta rie.] Nec
.n.ab initio ad hoc aliqs præciſè eſt cogēdus.xlv.di.de
iudæis.23.q.v.ad fidē . [Cū prioris.] ver. [Retinentes.]
qa licet quondā iudęus factus ſit chriſtianus,adhuc tñ vult ſabba
tū & alias cerimonias obſeruare,ꝯ id,qđ le.ſ̄.de ꝯſt.trāſlato.ſ̄.de pu
1 rifi.poſt partū.c.vnico.† die tñ ſabbati potius debemus operari, q̄
in aliis,ne iudaizare videamur.de ꝯſe.di.j.c.j.& di.iii.pœnit.¶Cū
aūt.] ii.pars. [Duabus viis.] vt leg.Eccle.ii.e.niſi qñq; rōne officij
hoc pmittat.iii.q.vii.§.tria.in fi.ſ̄.de p̄ſump.literas.ff.de rei vendi.
inter officiū.ſed ibi ignorabat, ꝙ p̄ſtaret patrociniū in re ſua. [Et
indui.] ver.vt leg.Deut.32.c.& xvj.q.vii.in noua.ſ̄.de elec.cū cām
2 quæ.§ qa igitur.& † nemo dēt claudicare in duas partes.xlix.diſt.
c.fi.vel duob.dñis ſeruire pōt.xxvj.diſ.acutius. nec diuerſis officiis
ꝯriis ſimul intendere,vt le.& no.ſup.de cle.ꝯiug.diuerſis.ſicut nec
3 † aliqs filius Dei & diaboli ſimul eſſe poteſt.de pę.diſt.j.§.vt Chri
ſtus ait.¶Statuimus.] iii.pars.[Per prelatos.] ad quos hoc ſpectat
ex officio inquirere,& punire,ſiue corrigere,ſup.de off.ordi.c.i.&
c.quanto.& c.irrefragabili.& ſup.de regu.c.fi.[Vt quos.]ver.iſtud
vt non tenetur conſecutiue,ſiue cauſatiue,ſed ironice hoc dr̄, qa
nū induerunt omnino nouum hominem,ex quo reliquias prio
ris hominis retinent,ſm B.[Liberæ voluntatis.] ſicut.n.libero ar
bitrio homo ſerpenti obediens periit,ſic ſe gratia Dei vacāte pro
prie mentis conuerſione ſaluatur:veruntamen ſi cauſatiue quis
baptizari cogatur , nihilominus poſtea diſtringitur fidem ſemel
ſuſceptam ſeruare.xlv.diſtin.de iudæis.& capi.j.& ii. [Salutifere.]
ſupra de iudæis. ſicut iudęi.contra. Solut.ibi loquitur de illo, qui

conuerti renuit, hic de iam conuerſo & peruerſo. Primus.n.non cogitur, vt ibi, ſed ſecundus eſt cogendus, vt hic, & no.in præce.gl.
4 [Cũ minus.] ver.[Malũ.] &c.No.arg.ꝙ de duobus malis minus malũ eligendum eſt, vel tolerandum, vt hic, & xiii.di.nerui. [Re
5 troire.] nemo† enim mittens manum ad aratrum & reſpiciẽs retro aptus eſt regno Dei.ſ.de vo.magnæ.§.j.verſ.ſed nec decens.ſi. xii.q.j.ſcimus.in fi.de pę.diſt viii.ſi refugientes.ver.ſi.

SVMMARIVM.

1 *Ad fidem aliquis eſt inuitandus blanditijs non aſperitatibus.*
2 *Subditi per præcepta nunc aſpera, nunc leuia corrigendi ſunt.*
3 *Carcetis effractoris pœna eſt capitalis.*
4 *Clericus poteſt vxorem ſuam ligare.*
5 *Filijs committentium crimen læſæ maieſtatis ſola vita reſeruatur.*
6 *Eccleſia non claudit gremium redeunti.*

CAP. V.

A Nobis expetiit. [Cum in cuſtodia.] al's qui in cuſtodia, ſed prima præualet. [Qui nimis.] diuini iuditij.ii.q.j.ſi peccauerit.xiiii.q.vj.ſi res.xxvii.q.j.§.ſi.ſ.de tẽp.ordi.c.ſi. ſ. de app.cum ſpeciali.rñ.j.vel etiam corporalibus, vel etiam quibuſcunque, vt innuunt ſequentia. [Blanditiis.] non ſolum ſpiritualibus, ſed etiam tꝑalibus, vt no.de minis in præced.glo. Blanditiis
1 autem & non aſperitatibus eſt ad fidẽ† aliquis imitandus.xlv.diſt. qui ſincera.immo & qñq; præmiis.xiiii.q.iiii. debet homo. Sunt
2 etiam ſubditi† per præcepta & monita nunc aſpera, nũc leuia corrigendi, vt extra d.n.de celſi.Romana.§.ſane.ꝙ ſi nec omnia hæc proſunt, prout ſequitur, procedatur. [Habitum] ad quẽ reſumendum omnino præciſe cogendi ſunt, ſi in ſacris ſint, vel profeſſi, & ſic de talibus eſt intelligendum hoc c.ſicut.& de hoc plene no.ſ. e.tue.¶ Ad quod.] ii.pars. [Volueris.] nec enim quicquid iudicis voluntati permittitur, hoc ſubiicitur iuris neceſſitati, vt patet in eo, quod leg.& no.ſ.de vi.& ho.cle.qm. hoc tñ velle debet iudex, ex quo aliter nõ põt corrigi, vt hic dicit. [Carcerare.] ſi.j.de pen. tuæ.& ſi nec iſtud prodeſt, quia carcerem frangit, & quotidie peiora committit, procedendum eſt ꝯ ipſum, vt leg.& no.ſ.de iudi.
3 cum nõ ab homine. Sed & ſm ll.effractoris carceris pęna eſt capitalis.ff.de effract.l.j.& ſi alias innocens ſit.ff.de cuſt.reo.l.pen. & adde qđ no.de hac materia in Sum.de accuſ.§.qualiter procedat
4 in accuſatione ſub §.reo exhibito.Sic† & clericus põt vxorem ſuã ligare.2.q.ii.placuit. [Ita ꝙ ſolummodo.] ver. [Reſeruetur.] ſic
5 ſola† vita filiis læſæ maieſtatis crimen committentium reſeruat. vj.q.j.§.verum.& in illa l.ſi quis cum militib.ſ.de hære.vergentis. §.j.vt & vitam æſtiment ſibi penam.74.diſt.quorundam.& pęna vnius metus ſit multorũ.ſ.de ele.cũ in cunctis.§.pe.[Reſipiſcãt.]
6 & tunc cũ venia recipi poterunt, qa finaliter† eccleſia nõ claudit gremiũ reuertenti.C.de Sum.Tri.l.ſi.j.q.7.ſi quis omnem.& patet in eo, quod leg.& not.ſ.de hæret.ad abolendam.§.præſenti.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio in quibuſdam caſibus a ſolo Papa fieri poteſt.*

CAP. VI.

C Onſultationi. [Apoſtaſia.] Hoc iõ dicit, qa ſi primo reconciliatus fuiſſet, & poſtea a ſuo epõ catholico ordinem canonice ſuſcepiſſet, ſine diſpenſatione aliqua remaneret in ordine ſic ſuſcepto, ſm d.n.ideo & dicit ſacrum, quia in nõ ſacro, ex quo ſibi non retinet, proprius eps diſpenſaret, arg.j.de ſen. exc.nuper.§.in ſecundo.ſ.de præſump.nonne.ſi.ar.ſ.de biga.c.j.&
1 ii. [Abſq; diſpenſatione ſua.] Hic† eſt ergo vnus caſus, in quo nõ poteſt diſpenſare, niſi Summus Pontifex, cum ſibi retineat diſpẽſationem, vt in præce.gl.& no.ſi.ſ.de hære.excõicamus.§.ſane. & ſic ſ.de fil presb.c.pe.& fi.Secundus, vbi quis iterata vnctione.i.ordinatione fuerit maculatus.j.q.vii.ſalubrerrimum.in fi.Tertius in rebaptizato.de conſecr.diſt.4.qui his.& c.nos quos. Quartus, qñ quis ab hæreticis in ſubuerſionem fidei ordinem recipit.j.q.vii.quenientibus.in fi.Quintus, ſi ſimoniace & a ſimoniacos fuerit ordinatus.j.q.j.ſi quis a ſimoniacis. Sextus, ſi quis ab excõicato, vel ſuſpenſo ab homine ſcienter fecerit ſe ordinari.ix.q.j.ab excõmunicatis.ſ.de or.ab epi.c.ii.De quatuor mediis dñr verſus.

*Siue bis ordo datur, baptiſmus, ſeu repetatur.*
*Aut vt vertatur fidei ſtatus, ordo petatur.*
*Vel ſi præſtetur, vt vtrunque ſimon operetur.*
*Vt diſpenſetur, ſpes irrita prorſus habetur.*

ſcitra ſedem apoſtolicam, vt patet ex præmiſſis, tamen ſi ad aliã religionem transfert, & ibi ordinẽ ſuſcepiſſet, cum talis non dicatur apoſtatare, ſine diſpẽſatione aliqua poſſet in ſuſcepto ordine ſic permanere, quod dic, vt leg.& no.ſ.de temp.ord.ex parte.

¶De his qui filios occiderunt. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Crimen graue, grauiter puniri debet.*
2 *Parricidæ qualiter ſint iure ciuili puniendi, & qualiter de iure canonico.*
3 *Deus non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat.*

CAP. PRIMVM.

1 V Eniens ad nos. [Lachrimabili.] & merito, qa grauiſſimum eſt crimen, vnde ſm ll.grauiter puniri debet, vt j.ipſa† mulier inſuta cculeo.i.corio coſto cũ gallo gallinacio, vipera & ſimia in mare, vel in amne proiiceretur, & ſic celũ ſuperſti ti, & terra mortuæ inſerret.C.de his qui parẽ.l.j. ſm canones vero no.qa† Deus nõ vult mortẽ peccatoris, ſed vt ꝯuertat, & viuat.xxvj.q.vj.cognouimus.xxiii.q.ſi.his a quib.ſecus eſt, vt j.ſequitur, & le.& no.ſ.e.c.ſi.[Et ille.] ſ.ex quo filiũ genuerat.[Sibi.] mulieri. [Turgido vultu.] i.ſuperbo, feroce, rigido, & dire. [Improperaſſet.] i.improperiũ eiuſdẽ mulieris dixiſſet.[Eius.] i.q ei hoc improperauerat. [Iracũdiæ.] q ſæpe facit prorumpere ad cõuitia, & illicita, vt hic patet, & xi.q.iii. ira & ſæpe.& c.cum apud.i.¶Mãdamus.] ii.pars. [Indecere.] nõ perꝯe, vt ſequitur, ſed oſtẽdendo grauitatẽ peccati.de.pe.di.ii.inter hæc.& diſt.j.§.qđ aũt. & c.voluiſſent iniq.& diſt.vii.§.ſi.ad fi. [Monaſt.rii.] ſi.ſ.de ſimo.qm ſimoniaca.xvj.q.vj.de lapſis.xxvii.q.j.ſi qs rapuerit.¶Si aũt.] iii.pars. [Fragilitate.] ſi.ſ.de eo q cog.ꝯſan.vxo.ſuæ.Iordanæ.alioqn ſi nõ timeretur de incontinentia, pp enormitatem criminis non daretur ſi licentia ꝯhendi, ſed ex quo timetur, nõ denegatur, vt hic, & 33.q. ii.in adoleſcentia.ſic & no.ſi.ſ.de diuor.c.j. [In dño.] i.ſm canones. ſic ſ.de ſec.nup.c.fi. [Quia nobis.] verſ. [Tutius.] Hic hẽs notabile ſciſſum, & concordat.31.q.j.quomodo virginibus.ſ.qui cle. vel vo.ſuper eo.ſ.de conuer.coniug.veniens.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium contractum non ſeparatur ex quocunque delicto, niſi cauſa fornicationis.*
2 *Matrimonium impeditur ex quibuſdam criminibus.*
3 *Pœna mitigatur propter pietatem filiorum, & neceſſitatem nutrimenti.*

CAP. II.

I Ntelleximus. [Iugulauit.] ſi.ſ.e.c.j. [ſpõſ.] ver. [Dñs.] [illegible] & male, vt patet j.e.§.ſi.quos.n.Deus ꝯiunxit, hõ nõ ſeparet.33.q.ii.c.ii. vnde nec pp hoc delictũ, nec pp aliud quodcunque maritus vxorem ipſam dimittere poteſt,
1 quia† nullum delictũ matrimonium ſeparat iam ꝯſũm.32.q. v.quicquid.& q.7.dñs.& c.oẽs cauſationes.excepta cã fornicationis.32.q.j.dixit.qđ dic, vt no.ſ.de dona inter vi.& vxo.plerique.&
2 de diuor.quæſiuit.Sunt tñ aliqua† crimina, q impediũt matrimoniũ ꝯhẽdum, vt patet.ſ.de diuor.c.j.in fi.& alia inuenies in Summa deſpõſal.ſub rubrica de matrimoniis.§.qualiter impediatur. ¶Quia vero] ii.pars. [Filios.] hoc ideo dicit, quia ſi forte lateat ipſos, vel prægnans eſt, non eſt pnĩa abſtinentiæ.vel alia, per quam impediatur filiorum educatio, iniungenda, vt & innuit in ſeque. [Pœnam.] per eleemoſinarum largitionem, ſi diues ſit, vel deuotã orationem, ſi pauper. [Ac filiorũ.] Vitabis ergo ieiuniũ, ac peregrinationis longę iniunctionem, vt patet in eo, quod no.ſ.e.§ ſuper verbo, filios.& j.e.ver.ſi.¶Et non obſtante.] iii.pars.[Iuſo.] quod temerarium & illicitum fuit, & ideo nec obligatorium, vt hic patet, & ſ.de iureiur.tua nos. [Extorſiſſe.] vt ſ.eo.reſpon.j.verſi.j.ſed potius debet omnia mala pati, q̃ malo conſentire, cum ſine peccato ſeruari non poſſet.32.q.v.ita ne.tñ† pp pietatem filiorum &
3 neceſſitatem nutrimenti mitigatur pęna, vt ſequitur, facit etiam ad diminutionẽ, quia coacta iurauit, vt patet in eo, quod le.& no. ſ.qđ met.cau.ſacris. [Ita ꝙ.] ver. [Libere.] quantum ad pniam, vt no.ſ.e.§.j. [Pacifice.] quantũ ad maritum & dñm terræ, vt ſ.e. §.& rñ.j.ad fi.qm poteſt diſtringere eccleſia rõne peccati, vt patet in eo, quod leg.& no.ſ.de iudæ.iudei ſiue ſaraceni.§.ſi.

SVMMARIVM.

1 *Caſus fortuitus non imputatur in homicidio.*
2 *Homicidium grauius eſt propter attinentiam proximę parentelæ.*

CAP. III.

D E infantibus. [Vtrum.] ſubaudi is, qui mortuus reperitur. [Oppreſſus.] & c. alias cum plurale præmiſerit, & hic in ſingulari loquitur, incongrua eſſet relatio & locutio, & ſic falſa eſſet hæc decretalis, quod dic, vt not.ſ.de reſcrip.ad audientiam. [Vel propria morte.] qua teſtes deficiunt, & parentes dormiebant, nec aliquis liuor, vel aliud ſignum mortis accidentalis apparet, arg.j.de homic.ex literis.reſpon.j. Circa cuius articuli inquiſitionem confeſſorem oportet habere diſcretum, & cautum, j.de pœnit.omnis. §.ſacerdotes.¶Non debent.] ii.pars. [Parentes.] quia bonorum mentium eſt & c.v.diſtinct.ad eius vero concubitum.ſ.de obſeruat.ieiun.cap.conſilium. §. cum ſatis. verſic.fin.& ſi iuxta ipſos ipſi infantes reperti fuerint ſuffocati, facile eſt culpam agnoſcere, quia vel non debebant dormire, vel ipſos tenere in cunis propter maiorem ſecuritatem, & qui non adhibet omnem diligentiam, quam poteſt, in leui ſaltem culpa eſt.ff.ad legem Aquiliam.l.ſi putator. quinquageſima diſtinctio. hi qui arborem. cum enim nullo modo potuit preuideri, tunc non imputatur culpæ alicui, ſed caſus fortuitus iudicatur, infra de



de homi.Ioannes.ad fi & c.fi.ad fi.[Sed tñ.] ver. [Non voluntas.] expreſſa, & ex iracundia inſana procedens, attñ voluntaria.ſ.eo. cap.j.& ii.nam ſi omnino furioſa eſſet, ſatis eſſet puniri, parentes ipſo furore.ff.de off.præ diuus.§.j.& l.ꝯgruit.§ ſi.ff.ad l.Ro.de iac. nauis.§.ſi.iii.q.ix.indicas.ſ.de regu.ſicut tenor. [Sed eũ quanto.] cul
2 pa aliqua præcedente, alioquin† caſus fortuitus nõ imputaretur, vt patet in eo, quod no.ſ.eo.§.ſuper verbo, ſecuri parentes, & in iuribus ibidem inductis, & ſemper in dubio tutum eſt aliquã pœnitentiam imponere, quia bonarum mentium eſt & c.vt ibi dixi & arg.23.q.v.excommunicatorum.14.q.ii.in lectum.& j.de homic.c.ii.de conſecr.diſt.v.conſideret.j.diſt.ſtudeat.j.de pen. Deus qui.& in eo, quod leg.& no.ſ.de ſponſa.iuuenis.¶Si autem.] iii. pars. [Eos.] ſ.parentes. [Non later.] quia ipſi bene ſciunt, ꝙ interfecerunt, ſicut patet exemplũ.ſ.e.c.j.& ii. [Ipſos.] ſ.parentes. [Gra
2 uius† enim eſt homicidium pp attinentiam tam proximæ parẽtelæ, arg.j.de homic.cum iuo.& de pę.di.j.§.aut facta. vnde ſm ll.ſatis grauis & extranea pęna imponitur, vt no.ſ.e.c.j. [Quidam aũt.] ver. [Trium annorum.] in caſu.l.in quo hæc intelligĩt decret.puta, qñ aliqua culpa ſaltẽ leuiſſima caſum præcedit, vt patet ex his, quæ ſ.no.Sinautẽ culpa eſſet lata, ſiue grauis, quam.ſ.oẽs intelligere poterunt.ff.de ver.ſig.latæ.tunc eſt vii.ann.penitentia imponenda, arg.l.diſt.miror.& c.ſi qua fœmina.& c.ſi quis ſpõte.vbi vero leuis, pnĩa.v.annorum.vt in eiſdem iuribus.& c.eos.Vel dic, ꝙ vbi ſponte grauior.q̃ extraneis eſt pœnitentia imponenda, occulta tamen, non publica, niſi in publicum veniat, vel hoc petat. In aliis autem caſibus arbitraria eſt, quod dic, vt legi.& nota.j.de pœn. quæſitum. [Vnum.] i. vnius anni quadrageſimam. quod dic, vt leg.& not.de accu.accuſaſti.

De infantibus, vel languidis expoſitis. Rub.

SVMMARIVM.

1 *Furi non datur alimentorum ſatisfacio infantis furati.*
2 *Affectus nullus vincit paternum.*
3 *Pater filium infantem exponendo pœna capitali eſt puniendus.*
4 *Filij ſanguinolenti qui dicantur.*
5 *Filius expoſitus a patre poteſt agere omnia, ſicut paterfamilias.*
6 *Pater auditur poſt decem dies conteſtationis factæ in eccleſia ad recuperandum filium.*
7 *Hæreditatem nutriti, an quis poteſt vendicare ratione nutrimenti.*
8 *Poteſtas paterna per expoſitionem filiorum ſoluitur.*
9 *Iura ſanguinis non poteſt perimere ciuilis ratio, cum ſint naturalia.*
10 *Poteſtas dominica ſoluitur ob negationem alimentorum ſeruo, niſi paupertas excuſet dominum.*
11 *Iura patronatus in libertis, quando ſoluantur.*
12 *Dominus negando alimenta ſeruis ſanis, pro derelicto videtur eos habere*

CAP. PRIMVM.

S I a patre. [Sciente.] ſi.liiii.diſt.ſi ſeruus ſciente.ſ.de his quæ fi.a præl. c.ii.& ita eſt hic arg.ꝙ qui tacet cõſentire vr. lxv.diſ.ſi forte.xxvii.diſt.diaconus.vbi de hoc. [Aut ratum.] omnis enim ratihabitio retrotrahitur, & mandato comparatur.C.ad Macedo.ſi filiusfam.quod dic, vt plene not.ſ.de his quæ fi.a præl.c.iii.in fi.[Habente.] nam ſi ipſo ignorante, vel inuito ipſum recuperare poteſt, ſatisfactione alimentorum præmiſſa,
1 quæ† tñ ſatisfactio furi denegatur.C.eo.ti.l.ii. [Relegato.] i.explo
2 ſo officio. [Pietatis.] ſ.paternę, †quam nulla alia vincere poteſt, q̃ diu habitat infra limites regni ſui.C.de cur.furi.l.ſi.ff.de adul.nec in ea lege.ſ.de præſump.afferte. [Infans.] ſ.ſeptennis, vel minor. C.de iu.deli.ſi infanti.ſ.de deſpon.impu.acceſſit.& c.literas. [Expoſitus.] hic merito poteſt dubitari, niſi aliquod certum ſignum appareat, vtrum talis ſit baptizatus, ideo adhibe remedium, prout leg.& no.ſ.de bapt.c.j. [Exiterit.] alias extitit, vt alij pietate mo
2 ti ipſum recolligant, & educent.lxxxvii.diſt.ſi expoſitus [a], vnde ſi
3 pater† hoc fecit, vr, ꝙ capitalem penam pati debeat, ar.expreſſum
4 ibidem.& ff.de libe.agnoſ.vetare.86.diſt.in paſce.ideo † & dñr filij ſanguinolenti.in rub.e.& C.de pat.qui fil.diſtr.l.ii.quia & hoc crimen pęna ſanguinis eſt luendum.Et ad hoc deſignandum collocatur iſte tractatus inter præceden.titu.& ſeq. [Hoc ipſo.] ſ.ꝙ ſic exponitur. [A poteſtate.] ſ.paterna. [Sit.] alias fuit. [Liberatus.]
5 vnde liberet† ꝯhere, ſibi acquirere teſtari, & omnia ſicut paterfami
6 lias plene agere poteſt.C.eo.ti.l.vlt.Si vero patre ignorante† exponatur conteſtatione publice facta in eccleſia auditur pater infra decem dies, quibus elapſis ſi ipſum repetat, non audietur, ſed tanquam homicida tenetur, & deſtringitur.87.diſt.c.ſi.ſm Hug.Poteſt & fieri, & poni hæc conteſtatio in loco publico, arg.v.q.j.quidam.in fi.ſm Goff.de inſtit.act.ſed & ſi pupillus.§.de quo palam. & ſeq.Quod autem dixi patrem elapſis decem diebus non eſſe audiendum, intelligi poteſt, niſi & iuſta cauſa abſentiæ, vel ignoran

tiæ excuſetur, arg.ſ.qui matr.accu.poſſ.c.fi.nam & ſi iuſto impedimento detineretur, reſtituendus videretur ex clauſula generali ff. ex quib.cau.maior.l.j. & ſm hoc currunt decem dies a tpe ſcientiæ, & continui ſunt poſtea arg.ſ.de conceſſ.præben. quia diuerſitatem. Alij dicunt, ꝙ non currunt, niſi pater copiam experiendi habeat, & ſm hoc vtiles ſunt.ff.de diuer.& tempo præſcrip.l.j. ff.de ędil.edicto. cum ſex.Verius tamen vr, ꝙ primi dicunt, ꝙ ſ.a tpe ſcientiæ currant, & poſtmodum ſint cõtinui, & hoc eſt quod innuit.ca.87.diſt.c.ſi.ibi, calumniator. [Extiterit.] ſ.pater, & ſic, ſi conteſtatio ad eum peruenit, & ſciebat vxorem enixam, debuit infantem infra decem dies petere, & ſi non habet copiam iudicis, hoc proteſtetur.ſ.de off.ord.paſtoralis.in fi.alias expoſitionem ipſam vr ratam habere: quare amplius non auditur, vt patet ex pmiſſis, vbi vero nulla conteſtatio facta fuit, vel facta ad patrem non peruenit, ſemper auditur filium repetens expenſis tamen reſtitutis, vt no.ſ.ſuper verbo, habente.quæ factę circa eruditionem indiſtincte repetentur.C.eo.tit.l.j.circa alimenta vero exhibeta, ſi de ſuo voluit tantum expendere, non repetuntur, ſinautem hoc fecit animo humanitatis & pietatis, ne ſ.periret, repetuntur, argu. ff.de relig.& ſump.fu.l.& ſi quis.§.interdum. ſed nec pp nutrimẽ
7 tum aliquis† ſibi hæreditatem nutriti vendicabit. C.commu.de ſucceſſ.nutritoribus.¶Nam & in hoc.] ii.pars. [Caſu.] ſ.quando domino hoc ſciente, aut ratum habẽte libertus, vel ſeruus infans exponitur. [In ingenuitatem.] ac ſi ſtatim liber natus fuiſſet. Inſtit.de ingen.in princ. [In libertatem.] i. in libertinitatem, ac ſi manumiſſus fuiſſet a domino. Inſtit.de libe.in princ.ſicut & hæc probantur.C.eo.l.j.ii.& iii.¶Quod & de prædictis.] iii.pars.ſ.libertis & ſeruis. dicendum eſt, quod eſt in fi.non tamen idem dicendum eſt de filiis, quamuis Iac.contrarium notauit, licet enim per
8 †expoſitionem ſoluatur poteſtas patria, vt leg.& not.ſ.eo.reſpon. j.non tamen idem eſt, ſi denegat alimenta, & eſt ratio, quia aliud
9 ſit in filiis: quia iura ſanguinis, † quæ ſunt inter patrem & filium, cum naturalia ſint ciuilis ratio perimere non poteſt.ff.de capi.dimi.tutelas.Inſtit.de legit.agna.tute.§.fin.Inſtit.de hæred.quæ ab inteſt.deſe §.minus ergo.& ſeque.& quia aliis remediis locus eſt ad cogendum patrem, quod dic, vt plene nor.ſ.de conuer.infid. c.ii.
10 §.fina.verſic.& per hanc glo.corrige quo ad filium, quod no.in Sum.eo.tit.§.quid iuris. dominica† autem poteſtas in hoc caſu ſoluitur, vt hic dicit, & j.not.niſi & dominum nota paupertas excuſet, arg.ff.de lib.agnoſc.l.pen.& l.ſi quis a liberis.§.alimenta.dummodo dñs faciat, qđ poteſt, vt ſ.in aliquo Zenone ipſum faciat deportari, vt C.de lati.lib.l.vnica.§.ſed ſcimus. alioquin vr ipſum velle necare, arg.ff.de lib.agnoſ.l.necare.86.diſt.paſce. & c. non ſatis.quare liber efficitur, vt hic.cum ſuis concord.j.ſigna. & ff.de his quæ ſine manum.ad libe.peruenuint.l.ſeruo.& idem eſt
11 vbi patronus liberto denegat alimenta, quia † ſoluuntur iura patronatus, vt hic, cum ipſum alere teneatur & C.de bo.lib.l.ſi.§.fi. & ff.de bon.lib.ſi patronus non aluerit.ff.de iure patro. diuus.j.§. fin. [Aetatis.] etiam ſi fuerint.xxv.anno.& languidi exponatur. C.de lati.lib.toll.l.vnica.§.ſed ſcimus. [Vel ſi alicui.] ver. [Eorũ.] ſ.libertorum & ſeruorum languidorum.in Auth.de nupt.§.ſi vero ab initio putabat.verſic.& multo potius.collat.iiii.nam ſi ſanis
12 † alimenta deneget, pro derelicto eos vr habere, & ideo occupanti conceduntur.ff.pro derelicto.l.ſi.ſm Ala. ſm hoc dictum Authẽ.de nup.§.ſi vero ab initio.& ſeq.ver.& multo potius.ſic ordinabis literam, & expones ibi, vbi dicit. Illi namque.ſ.languentes derelicti, ſiue expoſiti, vel quibus alimenta ſunt denegata, abſoluti intelliguntur a patria poteſtate, vt potẽ iam conſtituti liberi, ſubaudi eo ipſo, ꝙ tam dure cum eis actum eſt, arg.ſ.eo.rñ.j.& ſubaudi non eſt mirum, ſi in hoc caſu liberi ſint, nam & ſi non languidis ſeruis, ſed ſanis alimenta denegentur. [Pro derelicto titulum.] i.ſm quod leg.in eo.titu.ff.l.ſi.tales ſerui.ſ.non languidi, ſed ſani ſunt. [Sui exiſtentes.] ſ.occupantium. [Non aliorum.] dñorum antiquorum. [Et non in poſterum inquietabuntur.] ſ. occupantes. [Ab his.] & c.ſ.antiquis dñis, qui eos negligerunt, niſi forſan & ab illis, anteq̃uam ab aliis occupentur, vt patet ff. de ſtipu.ſeruo.quod ſeruus.& ff.pro derelicto.l.ſi prędicta.Si vero intelligas hanc literam, quæ hic ponitur. [Eorum.] ſ.tam languidorum, q̃ ſanorum, tunc corrigitur lex antiqua per hoc, quod hic dr, & in Auth.ſupradicto.& ſic intellexit Roge.quod dic, vt plene not.in Sum.eo.tit.§.quid iuris.ver.de languidis tamen.& ſe.prior tñ intellectus magis placet, quia promptum eſt iura iuribus concordare. C.de inoff.dot.l.vnica. [Dicendum eſt.] ſ.ꝙ filij liberantur a patria poteſtate.vt ſ.eo.reſpon.j.& liberti ingenui, & ſerui liberi, ſiue liberti fiũt, vt ſ.eo.§.j.¶Sanc.] iii.pars.ſubaudi illi. [Qui hos.] ſcilicet languidos expoſitos, quibus alimenta negantur. [Suſcipiunt.] ſubaudi & alimẽta præbent, propter hoc, ſcilicet quod eis vitæ neceſſaria præbent. [Ius aliquod.] ſeruitutis, vt hic, & C.eo. l.fin.C.de epiſco.audien.l.nemini.& idem eſt de colonis, vt in eiſdem iuribus.acquirit enim in caſu aliquod ius: nam ſi is, qui aluit filium

ADDITIO.

a ¶Vide ibi ad hanc materiam bonam glo.

filiam ipsam.filio ſuo matrimonialiter copulare voluerit, & pa-
ter ꝯdixerit,pr̄ in expenſis alimentorum factis condemnatur , vt
C.de nup.patrem.& dummodo filia ꝯſentiat, matrimoniū nihi
lominus pficitur,vt patet in eo,quod no.ſ̄.de despon.impub.c.j.

## De homicidio voluntario, vel casuali. Rub.

*SVMMARIVM.*

1 *Homicida non eſt tutus in eccleſia , ſi ex propoſito iuxta eccleſiam , vel in cœmiterium commiſit delictum.*
2 *Homicida incorrigibilis quomodo puniendus.*

### CAP. PRIMVM.

SI quis. Exo.xxj.d. [Per induſtriā.] ſecus ſi
casu,arg.xv.q.j.ſi quis non iratus.
& ĩ.eo.Ioannes.& c.fi. [Occiderit.] nulla ne-
ceſſitate cōpulſus,alioquin ꝯ,vt patet in eo,qđ
leg.& no.ĩ.e.c.j. & ii. [Et p inſidias.] ſicut pu-
blicus latro.24.diſt.§.de his. [Ab altari meo.]
ſubaudi ſi ad ipſum ꝯfugerit,talis.n.immuni-
tatem nō hēt.xvii,q.iiii.ſicut antiqtus.& ſm hoc pōt intelligi &
ſeruari lex.in Auth.de mā.prin.§.neq; aūt homicidis.colla.iii.vel
1 qn̄ in cœmiterio,vel prope†eccleſiam committit qs homicidiū,
vt ſic cito intret eccleſiā,& ab ea ſaluetur,quod dic,vt le.& no.ple
ne.ſ̄.de immu.eccl.inter alia.& c.fi.Vel dic,vt in ſeq.gl.[Euelles.]
2 ſ.ab officio,†& beneficio altaris ipsum deponēdo,& tradendo po
teſtati ſeculari. [Vt moriatur.] intelligas tu,ſi ſit incorrigibilis,nō
alias,vt patet in eo,qđ le.& no.ſ̄.de iud.cum non ab homine.Tra
ditionem aūt hac intelligas debere fieri,prout leg.& no. ĩ.de ver.
ſig.nouimus expedire.§.j. D.n.etiam intellexit,quod pōt intelligi
de altari veteris teſtī, quod non erat eius authoritatis, cuius ſunt
noſtra altaria,ſed magis placent priores intellectus.

*SVMMARIVM.*

1 *Latro publicus ſine pœna aliqua occidi poteſt.*
2 *Facies cuiuſcunque hominis non eſt maculanda.*
3 *Laici debent vti cilicio, ſolenniter pœnitentes.*
4 *Militare, peccatum non eſt.*
5 *Pœnitentia ſine humilitate agi non poteſt.*
6 *Gladius prohibetur omni pœnitenti.*
7 *Dies Dominicus, non eſt dies abſtinentiæ.*
8 *Defenſio eſt permiſſa, non ſolum ratione perſonæ, ſed & ratione rerum.*
9 *Largum, & hylarem datorem, diligit Deus.*
10 *Lex promotionis in facto conſiſtit.*
11 *Pœnitentiam agere bonum eſt.*

### CAP. II.

1 INterfeciſti. [Latronem.] priuatū non pu-
blicum †publicus,enim ſine pę
na aliqua occidi pōt.ſm ll.C.quā.licet vnicuique ſine
iud.l.j.& ii.& patet ĩ.e.§.j.vel canones q benignius agi
voluerunt. [Cōprehendi.] puta de die,qđ dic,vt leg.& no.ĩ.eo.c.j.
2 [Ad imaginē.] 33.q.v.hæc imago.†ideo nō eſt facies cuiusq; ho-
minis maculāda.C.de pę.l.ſi qs ĩ metallū.niſi forsan ex cā autho
ritate iudiciali character aliquis imprimatur.ĩ.de cri.fal.c.iii.§.fi.
3 [[Lanea veſte.] i.cilicio,† quo debēt vti laici ſolēniter pęnitētes.
3 †Paulus quãuis ſpiritu Dei plenus potuit diuinare.xxii.q.ii.beatus.

¶De torneamentis. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Vulgaria vocabula attendenda ſunt atque prouerbia.*
2 *Milites de familia principis,qui appellantur.*
3 *Torneamenta,etiam ſecundum. ll.reprobata ſunt & quare.nu.6.*
4 *Mortes,& pericula animarum ex torneamentis proueniunt.*
5 *Ludus noxius eſt in culpa.*
7 *Prohibetur aliquid propter malum conſequens.*
8 *Regula ſi de quo magis quandoque fallit.*
9 *Sepultura pretioſa,vel uilis non prodeſt defunctis.*

CAP. PRIMVM.

FAelicis memoriæ.[Inhęren-
tes.] ſi.ſ. de
iura.calum.c.j. in prin. [Vulgo ] ſic vulgaria
1 † vocabula attendenda ſunt,vt hic atque pro
uerbia.ſ.de iudæis.& ſi iudæos.reſpon. i. ad fi.
vocat autem hęc torneamenta nundinas.vel
ferias deteſtabiles ad differentiam licitarum
commendabilium & neceſſariarum,de quibus legitur,& notat.
ſ.de fer.c.j.& c.fi.[In quibus.]ver.[Ex condicto] quia ita cõdicũt,
& conueniunt inter ſe,ꝙ ad certum locum & ad certum diẽ con
uenient.j.e.c.j.in princ.alias ex edicto : quia & quandoque vnus
Princeps contra alium edit , ideſt mandat torneamentum. alias
ex conducta: quia & ibi conueniunt milites quaſi cõductitij ma
2 iorum Principum † qui vulgariter milites de familia appellãtur.
[Oſtentationem.] Gallici autem hoc vocant experientiam ar-
morum.Licet autem ſecũdum. L.ad oſtentationem virium ſua
rum pugnare,vel ſpõſionem facere,nec talis tenetur.l. Aquil.ſed
cauſa cupiditatis,vel alia illicita non licet.ff.ad l.Aquil. qua actio
ne.§.ſi quis in colluctatione.ff.de aleatoribus.ſolent.ad finẽ.& l.ſe
quen.& ff.de poſtu.l.j.§.beſtias.ff.quarum rerum. actio. non da.l.
fi.§.j.Sed nec fortitudinem armorum,quæ non eſt cum iuſtitia,
laudabimus.in Auth.vt omnes obe.iudi.j.reſpon.colla.v.ideoq;.
3 † & ſecundum legem illam hæc torneamenta reprobanda ſunt
4 quia nec cum iuſtitia fiunt,imo† mortes & pericula animarum
inde proueniunt,vt j.ſequitur.Nec propter hoc corriguntur leges
antiquæ præmiſſæ,quæ loquuntur de oſtentatione uirium extra
torneamenta,ſine pugna,ſicut eſt luctari,ſaltare,lapidem,vel pa-
lum,vel haſtam proijcere,vt in ipſis patet, ſaluo eo quod legitur.
ff.de poſtula.l.j.§.beſtias.qui ſatis corrigitur ex mente eorum,quę
5 hic dicuntur.& j.e.c.j.& de pur.vulga.per totum.nam † & ludus
quidem noxius eſt in culpa.ff.ad l.Aquil. nam ludus. & notatur.
ſ.tit.j.continebatur.[Temere] propter mala,quæ inde proueniũt
vt ſequitur,& quia ludus noxius &c.vt in præced. glo.in fi.[Vnde
6 mortes.] ver.optima † & iuſtiſſima eſt hæc cauſa prohibitionis,
vt patet.ſ.de decimis.cum non ſit.§.j.& ſ.de elec. ne pro defectu.
xii.q.i.præcipimus.C.de ſacroſan.eccl.ſancimus.j. [Proueniunt]
7 arg.† aliquod propter malum cõſequens prohiberi.ad idem.xxii.
q.j.in nouo.de con.diſt.ii.peruenit.ſ de iureiur. & ſi Chriſtus. §.
quædam.Quicquid hic prohibeatur de iure,tamẽ milites adhuc
de facto contrarium ſeruant.Sed conſuetudo in talibus non ex-
cuſat.ſ.de conſue.c.fi.rñ.j.Nec eſt attẽdendũ,quid fit, ſed quid ſit
faciẽdũ.ſ.de ele.cũ cauſam quæ.§.qa igit.¶Quod ſi quis.] ii.pars.
[Eorum.] qui ſcilicet ibi cauſa pugnãdi accedunt , ſecus de illo,
qui ibi veniſſet cauſa recuperandi ſua debita vel ex alia iuſta cau
ſa.vt.j.e.c.j.[Mortuus fuerit.]ideſt mortale vulnus recipit,de quo
confeſſione facta, vt ſequitur,poſtea obit,male enim confiteretur,
ex quo mortuus eſſet[Ei poſcenti]dum viuit,vt in pręcedenti in
terlinea. [ Pęnitentia non negetur ] neque viaticum.xxxvj. q.vj.
ſi quis de corpore.l.di. pœnitentes.quod etiam eſt per quandam
conſequentiam . nam per pęnitentiam & viaticum intelligitur
quod decendentibus,& vere pęnitentibus non negetur. j. de pœ
ni.quod in te.reſpon.i.& j. de ſenten.excommunicatio.permitti
mus in fi. [Sepultura] ſi.j.de rapto. capit.ii. Sunt & alii caſus, in
quibus negatur eccleſiaſtica ſepultura,vt notat.ſ.de.ſepul.ex par-
te . in fi. & ſic conceditur , quod maius ſcilicet Corpus Chriſti ,
vt præcedit,ſepultura vero, quod minus eſt, prohibetur, vt hic.ſi.
ar.88. diſtin. epiſcopus gubernationem.ff.de ritu nup.oratione.j.
q.j.ſi qui epiſcopi.33. q.i.latorem.C.quando Imperator inter pu.
& vidu.iudi.l. vnica.80. diſtinc. epiſcopi non in caſtellis.ar. con-
tra.xliiij.diſt. nulli clerico liceat.13.q.fi.cap.fin.ff.de ſenatoribus.
qui indignus.ff. de ſer. expor.cui pacto.32.q.vij.Apoſtolus.in fi.24.
q.j.miramur.in fine. ſ. de decimis. ex parte.iij.Solutio.Generale
eſt,ꝙ cui licet maius, licet & maius, vt in contra.In caſibus autẽ
prohibetur minus ex cauſa , ne vilipendatur honor perſonæ , vt
patet in præmiſſis concordantiis. Hic etiam quod minus eſt pro-
hibetur ex cauſa , vt ſcilicet viuis conſulatur potius , quam mor
tuis , id eſt vt viui terreantur , & a talibus prohibitis abſtineant ,
cum viderint in campis ibidem mortuos ſepeliri , & hac eadem
ratione infligitur hæc pęna. j.de rap.capitu.ij.mortuis enim non
9 obſt.vilis nec prodeſt † pretioſa ſepultura.13. q. ij. animæ defun-
ctorum. & legitur, & notatur. ſ.de ſepulturis.ſacris.

*SVMMARIVM.*

1 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
2 *Sepultura in campis olim omnibus erat.*

CAP. II.

AD audientiam.[Ad locum] ſcilicet cer
tum , & dic inter mili-
tes condictum,vt no.ſ.c.j.verſi.in quibus. [Requiren
di debita]non ludendi , & exercendi torneamenta .
vt j.§. fi. ¶Nos attendentes]ij.pars.[Animo]vt patet ex mente.
ſ.eo. c. j. reſpon. i.ver.j.& ii.[Id faciendi]ergo ad animum.recur
1 rendum eſt,vt hic.& 22.q.ii.is autem.& c.homines.in fi.quia † vo
luntas & propoſitum diſtinguunt maleficia. ff. de furt. qui iniu-
rię.j.de ſenten.excom.cum voluntate.cum ſuis concor.¶Frater-
nitati tuæ]iii.pars.[Non animo ludendi]ſic.C.de ſicar.l.j.canoni
zata.5o.diſt.§.contra animum.& l.ſequenti.cum qui. ſed hæc ne
gatiua maxime tam occulta quomodo poterit probari ? Poteſt
dici,ꝙ probatur eo ipſo ꝙ non probatur contrarium. ſic. C. qui.
mili.non poſ.ſuper ſeruis lib.xii.ſi.notatur.ſ.de his quæ fi.a præla.
ea noſcitur.Vel potuit probari per iuramentum illius, qui noue-
rat,antequam moreretur,vt patet in eo,quod notatur.ſ.eo.titu.j.
ſignificaſti.j.§ fi.in princi.Vel probabitur per alia certa inditia,ſi-
cut notatur.ſi.ſ.tit.j.tua nos.§.ad vltimum.ver. fin. puta non erat
homo militaris,ſed mercator,non venerat cum armis , ſed ſine,
nunquam tentauit pugnare,nec arma ſumpſit,ſicut teſtantur il-
li,cum quibus hoſpitabatur,comedebat,& bibebat.ibat,ſtabat,&
conuerſabatur,arg.ſ.de teſti.præterea §.j. & ii. [Credita.] hoc be-
ne poteſt ꝓbari per teſtes. [Caſu fortuito.] puta de equo cecidit,
& inter preſſuram mortuus fuit,qui cum repentinus eſſet præui
deri non potuit,ideo nec imputatur, vt patet in eo, quod legitur,
& notatur.ſ.titu.j.c.j.§.j.in fi.& §.fi.[Obijſſet] alias obierit.[Diſpẽ
ſatione]illa.ſ.generali,qua conceditur omnium Chriſtianorum
2 corpora in cœmiterijs ſepeliri:olim † enim omnes in campis ſe-
peliebantur.ff.de ſepul.vio.l.iii.§.diuus. Alia autem ſpeciali diſpẽ
ſatione non indiget, cum cauſa pugnandi ibidem non veniſſet,
& tali tãtum denegetur eccleſiaſtica ſepultura.vt ſ.§.j.[Maxime.]
ver.bene dicit.nam idem eſſet,& ſi hæc duo ſacramenta, de qbus
hic ſequitur , ſcilicet euchariſtiam & ſacram , ſiue vltimam
vnctionem non recepiſſet,dummodo confeſſus fuiſſet,quinimo
& ſi non conſtat de mortali peccato,cui communicabatur viuo
in ſacramentis,communicandum eſt & mortuo in ſepultura.ſ.
de ſepul.ex parte.in fi.& etiam ſi de peccato conſtaret, contritio-
nis & pœnitentiæ ſufficerent certa ſigna.j. de ſenten, excommu-
nicatio.a nobis.ij.& homo iſte, de quo hic agitur, hæc tria ſacra-
menta,ſcilicet pęnitentiam,euchariſtiam,& ſacram vnctionem
receperat,ſicut in regiſtro dicitur contineri.

¶De clericis pugnantibus in duello. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus ſuſcipiens duellum ex neceſſitate excuſatur.*
2 *Clericus tam offerens,quam recipiens duellum damnatur.*
3 *Attentare non debemus illud,quod de iure non poteſt fieri.*
4 *Pugiles homicidæ cenſentur.*
5 *Epiſcopus cum irregulari non diſpenſat.*
6 *Irregularitas contrahitur non ſolum propter homicidium ſed etiam propter membri mutilationem.*

CAP. PRIMVM.

1 POrro.[Sponte.] hoc ideo dicit : quia
neceſſitas † ineuitabilis ipſum
redderet excuſatum. vt ſ.de homicidio. ca.ii.
& iii.quod dic,vt ibi notatur.& in eo.tit.ſicut
dignum.§.fi.dummodo.& c.quod dic,vt legi-
tur,& no.j.eo.c.fi.[Suſceperit.] vtrunq; † ergo
dãnatur.& duellũ offerre,& oblatũ ſuſcipere,

vt hic.& ij.q.iiij.monomachiam.j̄.de pur.vulg. per totum. Non
6 debemus † igiť attentare illud,quod de iure fieri non debet. xxij.
q.ij.faciat homo.quia nec illud facere nos poſſe credendum eſt,
vt legitur,& notatur.s̄. de reſcriptis. ſciciratus. imo potius debe-
mus omnia mala mundi ſuſtinere,quam malo mortali conſen
tire.xxxij.q.v.ita ne.& s̄.quod me.cauſa.ſacris.[De rigore] eo ipſo,
ꝙ ſuſcepit,ſubaudi tu cum effectu,ita ꝙ & pugnauit,arg.s̄.de cle.
non reſi.relatum.§ j.in prin.& innuitur.j̄.eo.§ j. & fi. ſecus ex di-
ſpenſatione.vt j̄.eo.§.j.[Deponendus] & eſt ratio: quia huiuſmo
4 di † pugiles homicidæ cenſentur.vt j̄.eo. c. j. vnde ex quo aliquis
hoc officium attentauit,promoueri nō poteſt.5o.diſt.ſi quis poſt
acceptum.& c.j.¶Sed quantumcunque.] ij. pars. [Eius] ſcilicet
clerici,qui in duello ſponte pugnauit.[Enormis] etiam ſi ad gra
uem ſanguinis effuſionem peruenerit.j̄.de ſenten. excommuni.
cum illorum.§.j.ver.nos tamen.& ſequentibus.vſque in fi. dum-
modo.&c.vt j̄.eod.§.j.[Sententiam] & executionem ſui ordinis
poſt pœnitentiam habere,ex quo irregularis non eſt ,vt patet in
eo,quod notatur.s̄.de homicidio.tua nos §.j.verſic.non eſt.ſuper
5 verbo,condignam.[Suus epiſcopus] ſecus † ſi irregularis [a] eſſet.s̄.
a de homicidio.continebatur.§.fi.¶Dummodo.]iij.pars.[Duello]
per hoc quod hic ſequitur,& quod dicit.s̄.e.§.in prin. & apparet,
ꝙ hoc,quod dicitur.s̄.eo.cap.reſpon. j. intelligendum eſt de illo,
qui non ſtetit in terminis ſimplicis oblationis, vel ſuſceptionis,
ſed proceſſit ad actum , vt ibi notat, alioquin nec grauis eſſet ex-
ceſſus, quantumcunque poſſet exinde ſequi homicidium. Sed
nec ex duello,ꝙ ad actum non proceſſit, ſed tantum ſimpliciter
oblato,vel ſuſcepto,homicidium,vel mutilatio ſequi poſſet.[Ho
micidium.] hic etiam Papa diſpenſare non conſueuit, poſſet ta-
men,ſi vellet,quod dic,vt notatur.s̄.de homi.ſicut dignum. §.fi.
ſuper verbo,dederunt.circa finem gloſſæ. ver. illud enim notan-
dum.[Diminutio] aduerſarij,cum quo pugnauit clericus, cum
tali enim diſpenſandum non eſt.lj.diſt.qui in aliquo. multomi-
nus ſi ipſemet clericus fuerit mutilatus,in vtroque tamen caſu di
ſtinguendum eſt: quia & cum clerico mutilato diſpenſari poteſt
etiam quo ad ordinem,ſi non nimis ſit grauis mutilatio, vel de-
formis,vt s̄.de cor.viti.c.j.in enormi vero vel deformi. & ſi quan
tum ad minores ordines diſpenſetur,non tamen quantum ad ſa
cros,ſed vbi in culpa,non eſt in minoribus ordinibus toleratur,
nec a beneficio eccleſiaſtico remouetur, etiam ſine diſpenſatio-
ne aliqua,vt patet in eo,quod legitur,& notatur.s̄. de cle. ergo.c.
ii.& cap. penul.in fi.nam & vbi in culpa eſt,hoc idem poteſt fieri
ſed tamen ex diſpenſatione,vt patet.s̄.de cor.viti.ſignificauit.& j̄.
6 e.c.j.§.j.ver.vnico.& §.fi.& ſic patet ꝙ irregularitas † contrahiť [b]
b non ſolum propter homicidium,ſed etiam propter mutilationē
vt s̄.ne cle.vel mo.ſententiam.lv.diſt.ſi euangelica. j̄. de rapto.in
archiepiſcopatu ſecundum.d.n.& melius.s̄. ne cle. vel mo. cleri-
cus.reſpon.j.& lj.diſt.aliquantos. & c. ſi quis poſt acceptum. & c.
qui in aliquo.& lv.diſt.qui partem.

ADDITIONES.

a ¶Adde hic do.Abba.in vlt.no .circa fi.
b ¶Adde bo.tex.in c.fi.de homici.lib.vj.& in cle.ſi furioſus.e.ti.in ver.mutilet.

*SVMMARIVM.*

1 *Duellum,multis rationibus reprobatur.*
2 *Iniquitas,& inæqualitas in iudicijs reprobatur.*
3 *Iniquitas inuenta eſt diabolo fabricante.*
4 *Fortitudo nulla ſine iuſtitia eſt laudanda.*
5 *Homicidarum tria ſunt genera.*
6 *Homicidium multis modis committitur.*

CAP. II.

HEnricus presbiter. [Inſinuauit.] alias intimauit. [Con-
ueniſſet.] quod licuit,& fieri debuit ciuiliter agendo:
quia de rigore iuris actor ſequitur forum rei.vt s̄. de
foro compe.c.cum ſit generale.[Pugilem.]ver.hoc autem non li
cuit,nec excuſat conſuetudo, vt ſequitur. [Prauam.] & reproba-
1 tam.j̄.de purga.vulga. per totum. † Reprobatur autem duellum
multis rationibus.Primo: quia per talem probationem Deus tē-
tari videtur.ii.q.iiii.monomachiam. Secundo: quia mortes ho-
minum & pericula animarum inde proueniunt.s̄.tit.j. c.j. ver.fi.
vnde & homicidæ veri exiſtunt.j̄.e.§.j.Tertio: quia non eſt veri-
ſimilis probatio,imo veriſimile eſt,ꝙ fortior & potentior debilio
rem conculcet,arg.s̄.tit.j.c.j.ver.j.Etenim potentioribus pares eſ-
ſe non poſſumus.ff.de ali.iudi.mu.cauſa fac.l.iii.reſpon.j. Quar-
to,quod ex tertio procedit,vix enim, aut nunquam poſſunt eligi
2 pugiles pares in omnibus hinc & inde.† In iudicijs autem iniqui
tas & inæqualitas reprobatur , & parilitas approbatur , vt patet in
eo,quod legitur,& notatur.s̄.de exceptio.cum inter priorem. §.j.
3 & s̄.de mu.peti.c.ii.§.j.Quinto: † quia inuenta eſt diabolo fabri-
cante.ii.q.iiii.Mēnam.& c,conſuluiſti.Sexto:quia falſa probatio
eſt , vnde nec ſententia hac occaſione lata in rem iudicatam
tranſit.vt j̄.de purga.vulg.c.ii.Septimo per conſequens: quia nul
4 la fortitudo ſine iuſtitia eſt laudanda.in Auth.vt omnes obe.iud.
reſpon.j. colla. v. & iunge quantum ad duelli probationem ſiue
purgationem quatuor de prædictis rationibus, quæ deſunt in Sū
ma.de purga.vulg.§.quare.¶Quia igitur.] ii.pars.[Homicidæ ve-
ri.] quandoque ipſo facto,quando.ſ.aliquem occidunt.Quando-
que per interpretationem,quando ſcilicet non committunt ho
micidium,ſed perueniunt ad membrorum mutilationem. vt s̄.
c.j in fi.Quandoque etiam eo ipſo , ꝙ gladium aſſumunt , & pu-
gnant.lj.diſt.qui in aliquo.[Exiſtunt.] ſaltem occaſionaliter,vel
quantum ad propoſitum & conſenſum, ar.s̄.de homi. ſignifica-
5 ſti.ii.§.j.ver.ſi percuſſor.vbi de hoc. † nam & homicidarum tria
ſunt genera de pę.diſt.j.homicidarum.[Nec prædictus.]ver.[Sed
alius.] nam & feciſſe videtur,qui per alium fecit. j̄.de ſenten. ex-
com.mulieres.in fi.[Pro eo] ſubaudi & eo cōſentiente.alioquin
a contra s̄.de homi.Petrus.[In ſacris] ſecus de minoribus,[a] vt no.s̄.
e.c.j.§.fi.& arg.in eo quod legitur,& notatur.s̄.de biga.c.ii.tamen
de rigore iuris,ex quo in culpa eſt,idem eſt in non ſacris.5o. diſt.ſi
quis viduam.s̄.de homi.ſicut dignum.§.fi.[Inſtituta.] 5o. diſt. ſi
quis viduam.& c.miror.lj.diſt.qui in aliquo.& per totum.¶Ho-
micidium etiam.] iii. pars.[Tam facto] &c.Hic habes quatuor
6 modos,quibus homicidium committitur † ſunt & alij ſex,vnde
iunge hic,vel voluntate,ſiue conſenſu,vel ſtudio,exhortatione,ſi
ue inſtigatione,vel opere,vt colligitur,& notatur.s̄. de homici.ſi-
cut dignum.§.illi etiam.& §.qui vero.& §.hi quoque.& §.fi.& c.
ſuſcepimus.in fi.& c.ſignificaſti.ii.§.j.ver.& ſi percuſſor.& etiam
diſſimulatione,quæ dicitur turbata voluntas,vt patet in eo,quod
legitur,& notatur.s̄.de ſimo. Matthæus. s̄. de homicidio. Petrus.
Hi enim homicidæ omnes irregulares ſunt, niſi declaratio eccle-
ſiæ,vel diſpenſatio ipſos ex cauſa excuſabiles reddat,vt patet in eo,
quod legitur,& notatur.s̄.de homicidio.ſicut dignum.§.fi. ſuper
verbo,dederunt in ver.glo.illud enim notandum.& c.poſtulaſti.
§.vnico.ſuper verbo, ſimpliciter. [Defenſione] euitabili.Alii idē
dicunt etiam de ineuitabili.quod dic,vt legitur, & notatur. s̄. de
homicidio.cap.ii.[Poterit tamen.] verſic.& debebit. dumtamen
corrigibilis ſit.5o.diſt.ſtudeat.xxviii.diſt presbiterum. ne cogatur
in clerici opprobrium mendicare.xciii.diſt.diaconi. s̄. de renun-
tia.ad ſupplicationem.§.j.in prin.vbi de hoc. De incorrigibili ve-
ro dic,vt legitur,& notatur.s̄.de iudi. cum non ab homine. [Be-
neficium] & executionem minorum ordinum,non ſacrorum,
vt leg.& no.s̄.§.j.verſi. vnico. [Miſericorditer] quamuis in culpa
ſit,ſi enim in culpa non eſſet , non deberet priuari beneficio ſuo
ſine culpa.lvi.diſt.ſatis peruerſum.s̄.de conſtit. cognoſcentes. vbi
de hoc.quod dic,vt notatur.s̄.e.c j.§ fi.[Diſpenſari] per epiſcopū
in ſimplici & minoribus ordinibus,per Papam vero in beneficio
cum cura.ar.in eo quod legitur,& notatur.s̄.de fil. presbi. literas.
s̄.de præben.c.fi.

ADDITIO.

a ¶Secus de minoribus.Adde ꝙ do.Abb.hic.ver. vlt.poteſt quæri.dubitat an hoc di
ctum ſit verum vide eum.

¶De ſagittarijs. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Pugnare licitum eſt in bello iuſto,nulla diſtinctione armorum habita.*
2 *Papa canonicam irregularitatem incurrere non poteſt.*
3 *Comminatio eſt quando ponuntur hæc verba,ſub anathemate.*
4 *Interpretari eius eſt,cuius condere.*

CAP. PRIMVM.

ARtem illam. [Odibilem.] propter homicidia inde pro-
uenientia , vt præcedit,& animarum pericu-
la,arg.in eo quod legitur,& notatur.s̄.de tor-
neamen.c.j.reſpon.j. in fi. [Chriſtianos & ca-
tholicos.] ergo a contrario ſenſu. ſecus eſt de
ſaracenis. Hoc etiam intelligendum eſt de
bello iniuſto , argu.s̄.de iureiurand.ſicut.& j̄. nam in iuſto nulla
1 † diſtinctione armorum habita licitum eſt purgare , vt ibi. &
xxiii.q.ii.dominus.ſecundum.B.Sed ſecundum hanc gloſſam vi
detur,ꝙ Papa ſit homicida, vel ſaltem magiſter, & qui ſecundū
ipſam legit,argu.s̄.de præſump.nonne. 5o. diſt. clericum qui pa-
ganum.s̄.de homicidio.petitio.& patet in eo quod legitur,& no-
2 tatur.s̄.titu.j.capit.ii.§.fi.reſpon.1. Solutio. † Papa non poteſt ca-
nonicam irregularitatem incurrere,arg.in eo quod legitur,& no
tatur.s̄.de conceſ.præben.propoſuit.qui & aliis ſuper hoc mede-
tur,vt patet in eo,quod notatur.s̄.de homici. ſicut dignum. §. fi-
na.ſuper verbo,dederunt.& capitu.poſtulaſti. §.vnico. ſuper ver-
bo, ſimpliciter. Magiſter etiam non tenetur : quia multa licent
in glo.in genere,quæ in ſpecie non licent,vt notatur in proxime
præallega. glo. vel lege ſic. [Et catholicos] ergo ſi contra hæreti-
cos,vel paganos exerceatur, non fit contra præceptum Papæ, vt
ſic



ſic nec prohibere, nec concedere videatur.ff.de reg.iu.qui tacet.
Vel dic,vt in ſequenti gloſſa.[Exerceri] &c.ſubaudi. ſed aduerſus
non baptizatos,vel infideles,ſeu ſciſmaticos chriſtianos hoc nul
lo modo prohibemus,immo hortamur,ꝙ expugnentur,vt legi-
tur,& not.s̄.de homici.poſtulaſti.& etiam indulgentiam damus.
vt s̄.de hær.excommunicamus.j.§. ſi vero dominus temporalis .
& §.catholici vero.vbi de hoc.[Sub anathemate] hæc verba , vel
3 conſimilia,quando fit prohibitio a lege † cōminatio eſt.xxx.diſt.
per totum.quando vero a iudice , tunc eſt canon latæ ſententię .
Et eſt ratio,quia mitius agitur cum lege.quam cum miniſtro.l.
&c.ff.de arbitris.Celſus.ſecundum quoſdam.Vel dic,ꝙ ſi fiat a iu
dice,qui primo fecit canonem latæ ſententiæ dicens, quicunque
furtum fecerit,ſit excommunicatus.j̄.de ſenten. excommunica-
tio.a nobis.j.& poſtea dicat,ne quis furtum faciat,ſub anathema
te prohibemus . tunc contraueniens eſt excommunicatus. s̄. de
loca.c.j.j̄.de eo qui fur.or.ſulce.cap.j.Idem quando dixit,excom-
municationi ſubiaceat. j̄. de crimi. fal. dura. §.j.alias autem hoc
verbum ſub anathemate, vel conſimile vim comminationis ha
bet.C.comminationes epiſtolas. in rubro & in nigro . niſi & per
hæc verba proferens intendat,ꝙ vim habeat iam lati canonis,qđ
& per circumſtantes,coram quibus intentionem ſuam expreſſit,
probari poteſt,& ſic poteſt intelligi. lxiii diſtin. Salonitanæ.Sed
nunquid credendum eſt ſuper hoc iudici ? Non videtur. argum.
vj.q.ii.ſi tantum.& cap.placuit.& s̄.de probatio.quoniam contra
falſam.s̄.de teſti. cum a nobis . Sed contra , quia ex quo de con-
ſcientia ſua quæritur,magis eſt credendum ei,quam alii, vt patet
in eo,quod notatur.s̄.de homicidio.ſignificaſti.j.§.finali.in prin.
4 & eius † eſt interpretari, cuius eſt condere.j̄.de ſent.excommuni-
catio.inter alia.maxime in ſententia excommunicationis. argu
men.xi.q.iii.curę.s̄.de treu.& pace.cap.j.extra dominum noſtrū .
de ſenten.excommunicatio.cum medicinalis.in prin.lib. vj.j̄.de
ſenten.excommunicatio.cap.penult.Solutio. Puto,ꝙ ei creden-
dum ſit,vt in contra.ſed antequam hoc declarauerit, puto excu-
ſatum illum , qui non ſeruauerit ſententiam , cum probabiliter
credere potuerit,ꝙ comminatio tātum eſſet per iura ad hoc pro
bandum ſuperius allegata,& alia ſimilia.Debet ergo eſſe proba-
bilis ignorantia excuſata.j̄.de cler.excommuni.ca.mi.apoſtolicę.
Nec obſtant iura in contrarium inducta,quæ in aliis caſibus tal-
ua excommunicationis ſententia lata a iudice locum habent,vt
ex ipſorum lectione patet,& de hac materia.not.s̄. de ſimo. ſicut
nobis.& s̄.de iure patr.relatum.

¶De adulterijs & ſtupro. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Donatio facta in domo ſponſæ tenet,in domo ſponſi non tenet.*
2 *Matrimonium contrahere quandoque quis cogitur.*
3 *Dos debet eſſe iuxta facultates corruptoris,& dignitatem puellæ.*

CAP. PRIMVM.

SI ſeduxerit. Hæc lex data eſt a domi-
no.Exo.xxij.C.[Dormie
rit.] i.vigilando corruperit.ſi.s̄.eo.ſignificaſti.
in prin [Dotabit eam.] i.donabit mulieri ali-
qua, quæ poſtea in dote recipiet , quod ante
matrimonium fieri poteſt. ff. de Publiciana.
in rem actio. cum ſponſus. & ſic loquitur. C.
de dona.inter virum & vxorem.ſi quid ante.C.de dote cau.non.
nu l.ij.& ſi etiam cum ea non contrahat,nihilominus eam mu
lier retinebit,nam & pecuniam dare debet.vt j̄.§.j.Si vero tempo
re matrimonij porrigatur donatio.non tenet.C. de do. antenup.
l.j.& l.quod ſponſę.& s̄.de don.inter virum & vxo.c.fi.vbi de hoc.
1 In dubio vero diſtinguitur: † quia ſi in domo ſponſæ facta eſt,te
net donatio,ſi in domo ſponſi,non tenet. C.de dona. ante nupt.
cum in te.[Vxorem.] cum nondum eſſet alij deſponſata,vt s̄. qđ
intelligas per verba de præſenti.in quo quidem caſu adulterium
committitur.j̄.e.c.pen.Sinautem eſſet ſponſa de futuro, tantum
teneret matrimonium ſuperueniens,quod dic, vt le.& no.s̄. de-
ſpon.ſi inter virum.¶Si vero.] ij.pars.[Noluerit.] vt ſi puella,ſiue
corruptor conſentire noluerit,quorum conſenſus potiſſime attē
duntur,vt patet in eo quod legi.& no. s̄. deſpon. cum locum. re-
ſpon.j.§.j.s̄.de deſpon.impu.c.j.reſpon.j §. vnico. Do. autem no.
2 notauit,ꝙ hic eſt ſpecialis caſus , † in quo quis cogitur ad matri-
monium contrahendum,contra illud.xxx.q.ii.c.j.§.i.& ij.& hoc
propter delictum viri,ſicut & alias ipſam inuitus cogitur retine-
re.s̄.de eo q dux.in ma.c.j.in fi.Sed ſi intelligas ipſum præciſe co-
gendum,expreſſe ꝯtradicit.j̄.e.c.j.§.fi.& ibi no.[Iuxta modū] qui
3 æſtimabitur non ſolū ſm conſuetudinē patriæ,vt ſeqniť,† ſed &
iuxta facultates corruptoris,& dignitatē puellę.C.de epi.aud.l.pe.
C.de rei vxo.act.authen.ſed quamuis.ff.de iure do.ſiue generalis.
xxx.q.v.nullum.Sed & præter hanc pœnam. Exo. vbi corruptor
cum ipſa contrahere renuit,additur hodie pœna alia.j̄.e.c.j. §. fi.
[Conſueuerunt.] in illa patria.in qua hoc eſt commiſſum : quia
maior datur in vna.quam in alia.& eſt,arg.ꝙ attendi debet con-
ſuetudo ſpecialis cuiuſlibet regionis.ad idem.ff.de contrah.emp.
Imperatores.ff.de fluminibus.l.j.in prin.s̄.de ſepul.certificari.

*SVMMARIVM.*

1 *Stuprum proprie quid ſit.& vnde dicatur.*
2 *Virgines deceptorię vel adulatoriæ conſueuerunt appellari.*
3 *Virginem qui violenter defloraūit capitali pœna punietur.*
4 *Pœna alia eſt canonica,& alia ciuilis pro defloratoribus.*
5 *Corruptor ſi non vult contrahere,nec dotare,habet locum pœna.*

CAP. II.

1 PEruenit ad nos. [Fęlix] nōie ſed infęlix reatu.[Stupro] id.n.† p-
prie dr̄ ſtuprum, qđ in virginē committitur , vt hic.
xxxvj.q.j.§ j.Lex tñ dicit,ꝙ adulteriū in nuptā,ſtuprū
in viduā cōmittitur.ff.de ver.ſig.inter ſtuprū.§.virginē. ff.de adul.
2 inter liberas.§.lex Iulia.Et dr̄ ſtuprū,quaſi prauū ſtudiū:† quia de
ceptoriæ,vel adulatorię conſueuerunt virgines appellari.ff.de in-
iurijs.item apud Labeonē.§.ſi quis virgines.& ſequentibus.¶Qđ
ſi verū.] ii.pars.[De lege.] i.ſm legē humanā.[Pœna.] ſ.dimidiæ
partis bonorum,ſi honeſtus eſt,ſi vero humilis,corpore coercetˀ
3 & hoc,qn̄ nullam commiſit violentiam,nam ſi † violenter deflo
rauit,capitalis eſt pœna.Inſt.de pub.iudi.§ item lex Iulia.de adul.
& §.ſinautem.ſed hæc pœna hic temperatur,vt ſequitur.[Mollie-
tes.] i.temperantes,hoc enim ſemper faciendum eſt.cum odioſę
ſint.ff.de pœnis.interpretatione.& l.ii preſes.Hoc in foro eccleſia
ſtico.In ſeculari autem iudex. ſm legem illam iudicabit ipſum.
4 † Alia eſt ergo pœna in talibus canonica alia ciuilis,vt hic.& leg.
& no.s̄.de procu.tuæ.¶Vt aut quam.] iij.pars.[Vxorem habeat]
ſi pater conſenſerit,& ipſa potiſſime,nec non corruptor, vt no.s̄.
e.c.j.§.vnico.in prin.[Putauerit] ſubaudi corruptor dotet eam vt
no.s̄.eo.c.j §.vnico.nihilominus.[Corporaliter] & ſic pœna Exo
di non tollitur,& hoc additur.Vel poteſt intelligi,ꝙ quando po-
teſt,& vult ipſam dotare.locum habet pœna.Exodi.s̄.e.c.j.& hic
5 ceſſat.idem ſi cum ea ꝯhere noluerit,vt ibidem.Sinaūt nec † con-
trahere vult,nec dotare poteſt,habet locum hæc pœna,quę loco
illius pecuniariæ ſuccedit,ſicut & alias.j̄.de maledi.c.ij.§.j.ver.pe.
cum ſuis concor.ar.s̄.de calum.c.ij.§.j.ad finem.[Caſtigatus] put
iudici videbitur.[Excōicatus] quo ad cōionem ſacramentorum.
iij.q.iiij.Engeltrudam.j̄.de cle.excom.mi.ſi celebrat. quouſque ſu
periori videbitur reuocandum.vt hic innuit.[Pœnitentiam] nō
perpetuam.ſicut.s̄.de hæreti.c.pe.§.pe.ſed ad tempus,vt ſequitur.
[De quo.] ver.ſ.monaſterio.[Sub pręceptione] alias pręcepto.i.re
uocatione quia ad tempus hanc pœnitentiam agit, vt s̄. no.vel
poteſt intelligi,ꝙ perpetuo poteſt in monaſterio pœnitentiā age
re,de quo non exhibit ſine pręceptione. i.ſuperioris ſui licentia:
quia nec aliter exire debet religioſus.s̄.de reg.non eſt vobis.& c.fi.
Sed prima magis placet.

*SVMMARIVM.*

1 *Ignorans excuſatur a participatione adulterij.ſed non a bigamia.*
2 *Patronus eſt turpitudinis,qui cęlat crimen vxoris.*
3 *Suum dare,ſiue remittere,nemo cogitur,niſi velit.*
4 *Delicta ſæpius commiſſa grauius punienda ſunt.*

CAP. III.

1 SI vir. [Sciens.] ignorans † enim excuſatur a partici
patione adulterij, non tamen a bigamia, vt
patet.xxxiiii.diſt.ſicut.& c.præcipimus.& c.curandū.
a qua nec recōciliatio,de qua ſequitur,excuſabit, &
ſic priuatur iure ſuo ſine culpa ſua,ſed non ſine cauſa. vt s̄. vt lite
non conteſt.quoniam.§.ſi vero aliter.in fi.Sed nonne talis autho
ritate iuris decipitur? Ita videtur,& ideo contra.xxxii.q.j.quod au
tem.& c.non erit.ſolutio,de ſe tantum quæratur,& non de iure:
quia per ipſum ad eam reconciliandam non cogitur,vt notatur.
j̄.eod.c.ad fi.Nec obſtat.s̄.de bigamis. c. pen. quia ibi non cogno-
uit aliquam maritali affectu,& ideo non poteſt ibi defectus ſacra
menti notari. [Deliquiſſe] adulterando cum alio.[Pœnitentiā]
nam ſi pœnitentiam egiſſet,reconciliari poſſet.vt j̄.§.vnico.[Vi-
xit cum illa.] in lecto ipſam cognoſcendo. poſſet enim ei,ſi vel-
let,cauſa pietatis neceſſaria miniſtrare,& tenere ſicut ſororem ſi
2 cut alias legitur.s̄.de frigid.conſultationi.in fi.[Reus erit] quia † pa
tronus eſt turpitudinis,qui cęlat crimen vxoris.xxxii.q.j.c.j.& c.ſi
quis vxorem.C.de adul.l.ii.vel criminis lenocinii, & niſi eam ad
pœnitentiam denuntiet,mortaliter peccat.ii. q. j. ſi peccauerit.s̄.
de iureiuran.quemadmodum.§.fi.ver.ꝙ ſi expreſſe.& ſeq. & ver.
fi.vbi de hoc.¶Quod ſi mulier.] ij.pars.[Dimiſſa] quod poteſt au
thoritate propria.xxxii.q.j.dixit dominus.& j̄.eo.intelleximus. in
fi.Alij contra,quod dic,vt notatur.s̄.de do.inter virum & vxorē.
plerunq;.& de diuortis. porro.§ j.[Egerit.] ſ.ipſa mulier dimiſſa.
[Pœnitentiam] aliter enim audienda non eſt vt s̄.eo.ca. reſpon-
ſo.j.[Debet] ideſt poteſt,nec enim cogitur,niſi velit.s̄.de conuer-
ſio.

ſio. coniuga. gaudemus. & ſic loquitur hic de debito honeſtatis,
non neceſſitatis,nam & poſt pœnitentiam.poſſet ipſam de adul-
terio accuſare.xxxiij.q.ij.admonere. [Sed non ſæpe]imo ſeptua-
geſieſſepties.s̃.de iureiuran.quemadmodum.§.fi.ver.ſed nūquid.
de pœ.diſt.j.ad huc inſtante.Solutio,illud verum eſt quātū ad rā-
corem,vel odium,ſecus quantum ad ſatisfactionē.xiiii.q.vj.ſi res.
3 vel exceptionis,ſeu alterius iuris acquiſiti remiſſionē,vt hic,† ne-
mo enim cogitur ſuum dare,ſiue remittere,niſi velit.x.q.ij. preca
rie.Nec facit aliquam iniuriam,qui vtitur iure ſuo.s̃.de elec.cum
eccleſia Vulterana.§.j.ver.quia non videtur. poteſt ergo ei parce-
re,ſi vult,& quotieſcunq; vult ſ̃m euangelicam veritatem,ſed nō
cogitur,ſed & ex quo ei pepercit,aliquoties eccleſia pro ipſa non
intercedet,& ideo etiam hic dicit,non ſæpe, vt inde terreatur, &
4 ne eccleſia ei dare peccandi licentiam videatur.Et eſt ar.† delicta
ſæpius commiſſa grauius punienda.ad idem.ff.de pęnis.l.iiii.ff.de
re mili.l.iij.§.ſi tironibus.C.de epi.aud.l.ij.xxv.q.iij.ita nos.xxxv.q.
iij.extraordinaria.s̃.de hære.ad abolendam.§.illos.

*S V M M A R I V M.*

1 *Vxori non licet ex ſuſpicione maritum accuſare.*
2 *Maritus infra.lx.dies iure mariti poteſt accuſare vxorē ſine metu calumniæ.*
3 *Thori ſeparatio a nullo peti poteſt,niſi a marito.*

C A P. IIII.

MAritis. [Suſpicione]nō temeraria.ij.q.j. §. j. ſed
violenta ſiue probabili.xxxij.q.j.dixit.C.
1 eo.tit.quamuis.Econtra tamen † non licet vxori ex
ſuſpicione maritum accuſare.C.eo.ti.l.j. & xxxij.q.i.
publico.& §.hoc in mulieribus.[Et ipſi.]ver.ſ.mariti. [Plus cæte-
2 ris]maritus † enim infra ſexaginta dies poteſt accuſare vxorem
iure mariti ſine metu calumniæ,poſtea vero non auditur niſi tā-
quam extraneus.C.e.tit.l.iure mariti.Iſtud vero hodie non videt̃
habere locum.vt s̃.de procu.tuę.ſecūdum.B. quod dic,vt ibi no.
3 † Item nullus poteſt agere ad thori ſeparationem, niſi ipſe mari-
tus,cum nec alterius intereſt,vt ſatis collitur in eo, quod legitur,
& notatur.s̃.c.proximo.

*S V M M A R I V M.*

1 *Dormire dicitur is qui mortaliter peccat.*
2 *Dormitare dicitur is qui venialiter.*
3 *Adulter an quis poſſit dici ex dicto ſolius mulieris ita vt puniatur.*
4 *Infamia oritur clerico ex confeſſione mulieris de adulterio commiſſo, ita vt egeat purgatione.*
5 *Clericus ſi defecerit in purgatione adulterij punitur,vt conuictus.*

C A P. V.

1 SIgnificaſti. [Dormiuiſſe] ideſt vigilando co-
gnouiſſe.ſi.s̃.eo.c.j.in prin.†Dici-
tur autem dormire is,qui mortaliter peccat, vt hic,il
2 le vero qui venialiter † dormitare.vnde Matth.xxv.a.
dormitauerunt omnes,& dormierūt.[Quæ.]ver. ſcilicet mulier.
[Et illum]ſcilicet presbiterum adulterum.[Publice]ideo eget ec-
cleſia reconciliatione propter infamiam.j̃.e.§.j. [Et hoc ipſum.]
ver.ſ.mulierem ipſam & presbiterū infra dictam eccleſiam adul
terium commiſiſſe. [Idem ſacerdos.]forſan a muliere pro teſte
inductus,arg.s̃.de ſimo.nemo.vel ex officio epiſcopi vocatus. nā
ex quo ipſa ſe prodiderat,eandem cęlare non tenebatur,ar.hic.&
s̃.de diuor.ex literis.§.j.& ij.tutius tamen eſt ei,ꝙ taceat omnino,
niſi ad inſtantiam eius dicat.j̃.de pœnitentijs.omnis.§.caueat.qđ
dic,vt ibi notatur.[Adulteri] ſcilicet presbiteri,qui ſe non prodi-
derat,& ideo quicquid diceret,mulier ipſum cęlare debebat.s̃.de
offi.ord.ſi ſacerdos.j̃.de exceſ.præla.dilectus.j̃.de pœnitentijs. om
nis.§.caueat autem.¶[Super quo.] ij.pars.[Debeat]vtrum ſcilicet
3 presbiter,qui adulter † dicitur,ex hoc ſit puniendus,& huic rñde
tur.j̃.§.j.& vtrum mulieri ſit pœnitentia imponenda,& an eccle
ſia ſit raconcilianda,& reſpondetur his duabus quæſtionibus, ꝙ
ſic.j̃.eo.ver.j.& ij.[Negante adultero.] ſ.presbitero,cum quo mu-
lier ſe aſſerit dormiuiſſe,ſed non eſt ei credendum contra presbi-
terū,licet præſumptionē inducat,tū quia mulier, tū qa ſola tū qa
delicti particeps eſſe ex confeſſione ſua apparet,quod dic,vt leg.&
no.s̃.de teſti.qm̃.& c.veniens.eſt tñ ei propter infamiam purga-
tio indicenda.j̃.e.§.j.[Ideoque.]ver.in quo ſoluitur ſecunda quæ-
ſtio ſupra interlineata.[Pœnitentiam]prout tibi videbitur,vt pa-
tet in eo,quod le.& no.s̃.de homici.ſicut digum. rñ. j. [Præfatæ]
cui creditur contra ſe,non cōtra alium.ff.de interroga.act. de ęta
te.§.j.xiiii.q.ij.§.j.[Adulteræ.]arg.ꝙ quamuis aliqua duo conne-
xa ſint,bene tamen poteſt fides fieri de vno, non tamen propter
hoc conſtabit de altero. Vnde & ſi duo de eodem crimine fue-
rint accuſati,vnus condemnabitur,& alius abſoluetur, vt hic pa-
tet,& ij.q.iiii.interrogatum.ff.c.denuntiaſſe.§. quare autem alius.
& ſeq.ff.de liber.cauſa.duobus.& l.liberis.§.ſi duo.Eſt tamen, ar.
contra.s̃.de offi.deleg.præterea.& c.prudentiam.§.pen. & fi.quod
dic,vt ibi notatur.s̃.de præbē.dilecto.§.fi.[Eccleſiam.]ver. in quo
ſoluitur tertia quæſtio.s̃.interlineata.[Aquæ benedictæ.] per epi-
ſcopum ſolenniter cum ſale,& vino,& cinere.s̃.de cōſecra.eccle.
propoſuiſti. in fi. [Reconciliare.] quia mulier hoc publicauerat,
4 vt patet.s̃.e.c.reſpon.j.verſi.j.& exinde † infamia orta erat, vt pa-
tet.j̃.e.§.j.nam ſi omnino occultum eſſet,non putaremus recon
ciliationem præciſe eſſe neceſſariam,arg.xxxij.q.v. Chriſtiana.&
s̃.de ſimo.ſicut nobis.in fi.cum ſuis concordantijs. Ad cautelam
tamen hoc poſſet fieri, ſed occulte, & ſic intellige quod no.s̃. de
conſecra.eccle.c.fi.de alijs dic,vt ibi notatur. ¶[Prædicto autem.]
iii.pars.in qua ſoluitur prima quæſtio interlineata.s̃.e.§.j.in prin.
[Contra apoſtolum.]j.Corinth.viij.g.& contra canonē.s̃. de co-
habi.cleri.& mulie. veſtra. cum ſuis concordan. [Infirmorum.]
Prima ratio,ita tamen iacent hæc verba in Apoſtolo, ſic autem
peccantes in fratres & percutientes conſcientiam eorum infir-
mam in Chriſtum peccatis,vnde non inducuntur hic verba,ſed
mens.ſi.s̃.de maio.& obed.c.ij.& de homici. ſicut dignum.§. illi
etiam ver.j.[Et ne vituperetur.]ver.ij.Corinth.vj b.Secūda ratio.
ſic.ij.q.iiii.ſi mala fama.s̃.de cleri.coniuga.Ioannes.in fi. [Neque
ſecuriores.]ver.Tertia ratio.ſi.s̃.de fil.presb.literas.s̃.de tranſla.epi
ſco.c.j.§.fi.[Cum vicinis.]ver.hoc ideo dicit:quia tales debent eſ-
ſe,qui vitam & conuerſationem ipſius agnoſcant,vt leg. & no.j̃.
d purga.ca.cum P.Mãconella.[Peierare.]qui.ſ.ſine crimine ſint,
quod dic,vt leg.& no.j̃.de purga.c. conſtitutus. ad fi. [Iuxta arbi-
trium.]quod dic,vt le.& no.s̃.de ſimo.inſinuatum.§.fi.[Indicas]
ſed quare compellitur iſte ad purgationem propter confeſſionē
mulieris,contra illud.C.e.ti. & ſi crimine.nam ad dictum vnius
de facili ſequitur multitudo , nec propter hoc purgatio eſt indi-
cenda.j̃.de purga.ca.cum in iuuentute. §. j. ſed & multi ſunt qui
mala credunt,quæ probari nō poſſunt.xj.q.iii.in cunctis.Sol. Ad
hoc dicendum eſt,ꝙ iſte presbiter erat apud bonos, & graues cō
muniter,& grauiter infamatus,& ideo a quocunque infamia ori
ginem habuit,fuit purgatio indicēda.Secus ſi apud paucos,vel in
famia grauis non eſſet,vt in contrariis,quod dic,vt plene no.s̃.de
accu.veniens.in fi.& c.inquiſitionis.in fi.[Quam ſi præſtare.]ver.
5 alias quem ſe purgare.[Alioquin]No. † deficientem in purgatio
ne puniri tanquam conuictum,vt hic.& s̃.de ſimonia. de hoc.§.
j.& c.inſinuatum.in fi.j̃.de pur.c.cum.P.Manconella.[Suſpende
re.]molliendo pœnam.nam & grauius poſſet punire, vt patet in
eo,quod leg.& no.s̃. de coha. cle. & mu. ſi autem clerici. & c. tua
nos.§.fina.

*S V M M A R I V M.*

1 *Abſolutio pœnitenti non eſt deneganda,*
2 *Exceptio fornicationis vnius,tollitur replicatione alterius.*
3 *Confeſſioni mulieris ſtatur quando agitur ad thori ſeparationem.*
4 *Adultera mulier multis modis iuuari poteſt.*

C A P. VI.

INtelleximus. [Helionoram]vxorem ſuā
non dicit ex qua cauſa, for
ſan quia ipſam ſuſpectam habebat de adulterio.s̃.
de diuo.ſignificaſti.quod tamen eiecta dicitur com
miſiſſe,vt ſequitur.[Diœceſanus]ver.ſ.epiſcopus.[Audiens.]ſub
audi & certificatus,alioquin contra.lxxxvj.diſt.ſi quid de quocū-
que.nec ſufficiat audire, vel dicere, niſi & probetur. s̃. de conceſ.
præb.cum ſuper.nec eſt aliquis excommunicandus,niſi ex cauſa
legitima & probata,vt patet in eo,quod leg.& no.j̃.de ſent. excō.
ſacro.vel dic,vt in ſequen.glo.in fi.[Eam & illum.]ſ.mulierem &
adulterum,cum crimen notorium eſſet,nec moniti deſiſtere vel
lent.[Vinculo]&c.aliter ſine monitione non eſſent excommu-
nicandi.xij.q.ij.indigne.s̃.de ap.reprehenſibilis.& c.cum ſpeciali.
in prin. vel hic non quæritur , an in hoc iudex iuſte proceſſerit,
vel iniuſte,ſed factum tantummodo recitatur,alias videtur con-
tradicere.j̃.eo.§.fi.in prin.vel reſponde,vt ibi no.¶[Quæ tandē]ij.
pars.ſ.mulier ad cor rediens.[Abiurans.]xxxv.q.vj. ab iſta dic. &
adde quod no.ſuper hoc.s̃.de coha.cleri.& mu.clericos.[Abſolu
tione.] quæ non eſt deneganda pœnitenti.j.q.vii.ſi quis omnem.
xj.q.iij.debent.[Reſtitui.]tanquam ſpoliata.vt s̃.e.c.in prin.[At il
le.]ver.[Adulterium] poſtquam a viro receſſit commiſſum , vt
præmiſit,quod dic,vt no.s̃.de diuor.ſignificaſti.& capit.ex literis.
[Spontanea.]eſto ꝙ ita eſſet,nihilominus tamen ſi volens redire
admiſſa non fuerit,intelligitur ſpoliata.ff.de acquiren. poſ. clam
poſſidere.§.qui ad nūdinas.Inſti.de interdic.§.quinetiam.& ideo
eſt audienda,vt ſequitur.[Quod mulier.]ver.[Inficians.] ideſt ne
gans.ſ.ſe ſpontaneam receſſiſſe,quæ negatiua probari poteſt , qđ
dic,vt legitur,& notatur.s̃.de renuntiato.ſuper hoc quod ſciſcita
ris.Adulterium autem negare non poterat, ſi ipſum publice cō-
miſerat.vt s̃.præmittitur,& notatur,ſed contra ipſum replicatio-
2 ne vtitur,vt ſequitur.[Replicauit] ſic ergo † exceptio fornicatio-
nis vnius,tollitur replicatione alterius.vt hic.& j̃.e.§.j.ver. penul.
[Et j̃.] hoc eſt ꝙ hanc replicationē nō probauit per teſtes,ſed ta-
men maritus ipſos reprobare intendebat,vt patet.j̃.eo.§.j.verſi. ꝙ
ſi prædicto.¶[Quo circa mandamus.] iij.pars. [Vel per confeſſio
nem.] in hoc iudicio factam,etenim ſuperior confeſſio,vel pro-
batio coram diœceſano facta ſibi non videt̃ obeſſe, quaſi in alio
judicio
judicio facta.ar.s̃.de off.ordi.dilectus.§.j. ad fi. & de teſti.veniens.
ii.§.j.[Legitimam]id eſt ſpontaneam. xxxj. q.ii. Lotharius. & in
iure factam.s̃.de cohabi.cle.& mu.c.fi.& coram ſuo iudice, quod
dic,vt legitur,& nota.s̃.de confeſ.c.fi.& ſic ſtatur confeſſioni mu-
3 lieris† quando agitur ad thori ſeparationem,vt hic,& s̃.de diuor.
ex literis.[Adulterij etiam]ver. [Ceſſante ] non obſtante hoc qđ
dicebat,ꝙ ab eo ſpontanea receſſerat,nam eo ipſo,ꝙ redeuntem
non admiſit,ipsam ſpoliauit,vt notatur.s̃.eo.§.j.ſuper verbo, ſpō
tanea.[Quod ſi prædicto modo]ſcilicet per euidentiam,vel con-
feſſionem.s̃.eo.reſpon.i.ſed & multis alijs modis fit probatio,vt le
gitur,& nota.s̃.de reſti.ſpo.cum ad ſedem.§.quia.in prin.[Repro
bati]quod licet,vt patet.s̃.de proba licet cauſam.§.j.ver. fi. [Cum
matrimonij]ver.[In vtroque.]ſcilicet tam viro quam vxore,quia
non ad imparia iudicantur,vt legitur,& notatur. s̃. de diuor. gau-
demus.§.ſane.[Mutua compēſatione]ſicut adulterium cū adul-
terio,vt hic.& j̃.eo.c.j.§.vnico.ff.ſolu.ma. viro atque vxore. culpa
cum culpa.ff.de compenſ.ſi ambo.dolus cum dolo. ff.de dolo. ſi
duo.& ſic de alijs.vt patet.s̃.de exceptio.cum eccleſiaſticæ. 32. q.
vj.nihil iniquius.Ar.tamen contra.ff.de doli.exce.apud Celſum.
§.Marcellus.Sed hoc contra.no.& ſoluitur.s̃.de except.dilecti. in
4 fi.[Eum.]ſ.maritum.[Eam]ſcilicet mulierem.iuuatur†ergo mu
lier adultera multis modis.Primo replicatione adulterij a marito
commiſſi,vt hic.& 32.q.6.per totum.Secundo, ſi eam adulteran-
dam tradiderit s̃.de eo qui cog.con.vxo.ſuæ.diſcretionem. §.j. in
fi. Tertio,ſi violenter fuit oppreſſa.ff.e.tit.vim paſſa.Quarto,ſi fue-
rit reconciliata.s̃.eo.ſi vir ſciens.23.q.4.ſi illic.Quinto obſtat viro
proprium iuramentum.s̃.de iureiuran.quemadmodum. §. fina.
ver.ꝙ ſi expreſſe.& verſi.tutius ergo.Sexto excuſatur mulier,ſi vir
ipſam cognouit poſt adulterium commiſſum.vt no.j̃.eo.c.j. Se-
ptimo,ſi dolo caret , puta, quia ignoranter fuit ab alio cognita.
exemplum.34.q.2.in lectum Aliud.xv.q.j.inebriauerūt. Octauo
quia putabat maritum mortuum,& de licentia eccleſiæ alij nup
ſit.34.q. 2. cum per bellicam.ſecundum do.no.quod dic,vt legi-
tur,& notatur.s̃.de ſecundis nup.dominus.[Alioquin.]verſic.ſ.ſi
conſtiterit de adulterio mulieris,& non de adulterio viri.[Mulie-
ri.]&c.non obſtante eo,quod dicebat ſe ſpoliatam Præiudicat er
go exceptio fornicationis petitioni ſpoliationis , vt hic euidenter
probatur,quod dic,vt no.s̃.de diuo.ſignificaſti.§.fin. & probatur
ex hoc , quod ſequitur euidenter, ꝙ vir ob cauſam fornicationis
propria authoritate poteſt vxorem relinquere,& ſe abijcere.licet
aliqui contradicant,vt & no.s̃.eo.c.j.§.vnico.in prin.& de diuor.
porro.§.j.& de dona.inter virum & vxo.pletumque.

*S V M M A R I V M.*

1 *Inficiationi locus non eſt,quando eſt notorium facti.*
2 *Compenſatio fit de notorio adulterio,ad notorium.*
3 *Notorium adulterium quod dicatur.*
4 *Petitio,vbi nulla,nulla mora.*
5 *Ordinatus non debet in miniſterij noſtri vituperium mendicare.*
6 *Compenſatio criminum quomodo,& in quibus eſt facienda.*
7 *Vſurarius ab alio vſuras repetere non poteſt.*
8 *Adulter non eſt audiendus ſi accuſat mulierem ad thori ſeparationem.*
9 *Peccatum vnius,alterum a pęna non releuat.*

C A P. VII.

TVa fraternitas. [Denegante. ] quod pōt
facere.32.q.j dixit Dñs.&
no.s̃.de diuor.porro. §. j. [Deprehenſæ] in quo caſu
teſtes neceſſarij non ſunt, niſi per quos deprehenſio
1 ꝓprobetur,quia nec† inficiationi locus eſt,cum ſit notorium fa-
cti,vt hic.& s̃.de cohabi.cle.& mu.c.fina.s̃. de accu euidentia.[Si
poſtmodum]ver.[Ipſe]qui vxorem in adulterio deprehenderat.
2 [Cum alia.]ſcilicet muliere.[Manifeſte.]i.notorie, vt ſic † de no-
3 torio adulterio ad notorium fiat ꝯpenſatio,vt j̃.§.j.& dr̃ †notoriū
ſi infra octo dies de ipſo poſſit fieri plena fides.extra do.no. de ex-
cep.pia.§.ſi quis igitur.lib.vj.& de ſen.exc.ſolet.§.in prima.eo. lib.
vel infra duos menſes,vt ſequitur in glo.vel in eadem inſtantia ,
vt patet.s̃.eo.c.proxi.A contrario ergo de dubio adulterio nō ad-
mitteretur compenſatio,ſic & de liquido debito ad liquidum ad
mittitur compenſatio,& dicitur liquidum , ſi infra duos menſes
probari poteſt,vt legitur,& notatur.s̃.depo.bona fides.§ fi. [Cogi
debeat]in hoc fuit dubitatio,an delictum ſuperueniens rei iudi-
catæ,vel exceptioni acquiſitæ de iure,vel de facto afferat p̃iudiciū,
& videtur,ꝙ ſic,vt patet ex eo, quod hic dicitur , & quod infra re
ſpondetur. Et ex hac decre.vr̃,ꝙ eo ipſo ꝙ alter coniugum forni-
catur,poteſt ei alius debitum denegare.quod verum eſt,ſi publice
fornicetur.Et ſi poſtmodum alter fornicetur publice,primus ex
delicto ſecundi amiſſam recuperat ſeruitutem , & ſic paria deli-
cta &c.vt j̃.ſequitur.& s̃.eod.cap.proxi.verſi pe.s̃.de diuor.ex lite-
ris.quod dic,vt ibi no.ſ̃m quoſdam. ſed idem credimus etiam ſi
occulte , ne ſibi paretur præiudicium . vt j̃. nota , Et ita ſolo fa-
cto adulterium priuat iure petendi debitum ipſo facto,& ſi ſen-
tentia lata non ſit,quia is,qui fidem ſeruauit, non tenetur alteri
4 reddere debitum,nam † vbi nulla petitio nulla mora ff. de verbo-
obl.ſi pupillus.Quod ſi debitum reddiderit, ſibi præiudicat,vt eā
poſtea accuſare non poſſit.xxxij q.j.c.j.iij.& iiij.ff.e.tit.ſi vxor.§.fi.
Niſi forſan ad mandatum eccleſiæ & diſtrictus per eam hoc fe-
cerit,tunc enim non videtur ꝙ ſibi præiudicet.ar.s̃.de reſti.ſpol.li-
teras.§.pe.quod dic,vt ibi notatur.& s̃.vt lite penden.laudabilem.
Super his tamen eſt diuerſitas,ſed tu dic,vt no in iuribus ſupradi-
ctis.& in Sū.de bigamis.§.j.quare bigamus.ſub.§.fi. verſi.nono.&
s̃.de conuer.coniu.c.fi.& j̃.de ſen. exc.inquiſitioni. §.j. ¶ Super.]
ij.pars.[Paria crimina]in quantitate & qualitate,vt patet in eo.qđ
no.s̃.eod.reſpon.j.ſuper verbo,manifeſte.s̃.de diuor. ſignificaſti.s̃.
de ap.an ſit deferendum.s̃.c.proxi.ver.pen.cum ſuis concor.ff.de
regu.iur.cum par. Quid ſi ordinatus ſine titulo petat titulum ab
ordinatore,nunquid poteſt ordinator excipere,& dicere , non es
audiendus,quia deliquiſti,quando feciſti,vel paſſus es te ſine titu
lo ordinari? Non cum effectu,quia talis exceptio per hanc replica
tionem tolli poteſt, vt dicat ordinatus,non poteſt de hoc contra
me excipere,quia & tu ordinando ſine titulo me, magis deliqui-
5 ſti.ar.hic cum ſuis concor.Vel quia non debet†ordinatus in mi-
niſterij noſtri vituperium mendicare.xciij.di.diaconi.s̃. de renū.
ad ſupplicationem. & ar.s̃.eod.ſignificaſti.§.j.verſi.j.Item quia ex
hoc iure nullo modo poteſt excipere ordinator,cū in ipſius odiū
ſit inductum.vt patet lxx.diſt.neminem.s̃.de præben.cum ſecun-
dum Apoſtolum. §.j. Quid ſi minor petat reſtitutionem in inte-
grum,excipitur contra ipſum,ꝙ doloſe probauit ſe maiorem, re
plicat minor circunuentus a te,hoc probaui quid erit? Reſponſ.
admittitur replicatio contra exceptionem.C.ſi minor ſe ma.di.l.
pe.ff.de min.minor.xxv.an.in Auth.de,non ali.re.ec.§.quia vero
6 Leonis.xij.q.ij.Vulteranæ.Hoc autem†quod hic dr̃ de cōpenſatio
ne criminum,intelligitur,vbi agitur,vel excipitur de criminibus
contra eandem rem commiſſis:hic enim contra fidem eiuſdem
thori committitur adulterium hinc & inde,nam ſi circa alia,ſe-
cus eſt.Agenti enim de crimine,puta furti,vel iniurię,vel homi-
cidij,non obſtat exceptio,ꝙ non ſit audiendus actor , vel etiam ,
ꝙ reus ſit abſoluendus,ſi ſic dicat,non es audiendus, quia tu ſimi
liter es fur,vel iniuriatus es alij,vel alium occidiſti.Niſi in caſibus
in quibus periura datur exceptio,ſicut ſecundum canones quan
do quis accuſatur de crimine,datur exceptio contra accuſantem
de quolibet crimine.3.q.4.conſanguineorum.& cap.nulli.& etiā
ſecundū leges admittitur exceptio quorundā criminū.ij.q.j.,phi-
bentur.Nec datur actori replicatio contra reum,vt patet.s̃.de ex-
ceptio.dilecti.nam cum hæ exceptiones non ſint ſpecialiter indu
ctæ in odium alicuius,ſed generaliter contra omnes,& de rigore
iuris ex certis cauſis introductæ ſint , non euitabit eas actor præ-
textu criminis,vt patet.ij.q.j.prohibentur.Idem eſt in criminibus.
obiectis teſtibus,vt a teſtimonio repellantur.s̃.de probatio. licet
.§.j.Sunt tamen quædam,quæ non ſunt crimina,ſi fiant,vel petan
tur tamen propter hoc ꝙ etiam petens alias conſimile crimē pę
titioni ſuę commiſit,vel fecit contra legem,ex qua petit ,a peti-
7 tione ſua repellitur, vt patet in vſurario†vſuras ab alio repetente.
j.de vſuris.quia fruſtra.vbi de hoc:nec admittitur replicatio,cum
petitio principalis manifeſtum errorem contineat,& peccatum
argumentū.s̃.de præſcriptionibus c.finali.ff.ſi quis omiſſ cauſa te
ſta.l j.§.toties. & l. quia autem.C.de inoffic. teſta.in arenam. Alij
dicunt,ꝙ tunc fruſtra inuocatur legis auxilium,quando quis cir
ca idem in legem commiſit.vt in prædictis iuribus, ſecus ſi circa
diuerſa:ſtulte enim diceretur filiumfamilias contra creditorem
non habere exceptionem Macedoniani , ex eo quòd in eandem
legem commiſit filiofamil.mutuado , & multa ſimilia exempla
reperiri poſſunt . Quod autem dictum eſt de vſuris, conſtitutum
eſt in odium vſurarum, eſſet enim de iure, ꝙ vnuſquisque poſſet
repetere vſuras a Ioanne non obſtante ꝙ recepit vſuras a Petro ,
nec obſtat.C.de inoff.teſtamen.in arenam.nam aliud eſt de pri-
uata perſona,quæ officium,quod approbauit,damnare non po-
teſt,quia primo debet eijcere trabē de oculo ſuo & c.3.q.7. §. tria.
in fine.& capitulo ſeq.& maxime in teſtatore,qui cauſam exhæ-
redationis in teſtamento tenetur exprimere, in Auth.vt cū de ap
pella.cogn.§.cauſas.collatio.8. Aliud in iudice,qui non niſi ſecū-
dum iuſtitiam iudicare debet,& exceptiones admittere , quæ de
iure admittendæ ſunt.s̃.de except.cum inter priorem. §.j. Si autē
ex vna parte ſit lata culpa,vel dolus,ex altera vero leuis culpa,lata
præponderat.ff.ſi mēſor.fal.mo.di.l.j.§.lata.& dolus.ff.ad l. Aqui.
item ſi obſtetrix.§.fi.& l. ſi procurator. Quinimmo ſi vnus ſit in
leui,alius in leuiſſima culpa,ſemper potior eſt,qui minus deliqt.
ff.de ver.ob.ſi ſeruum ſtipulatus §.ſequitur videre.Et ſemper quā
do de damno quæritur,& par vtriuſque cauſa eſt,potior eſt,qui tę
net,quam qui perſequitur,vt ibi.& ff ne quis eum qui in ius voc.
vi.exi.l.ij.& in turpi cauſa.ff.de condict.ob tur.cau.l.pen.[Vir hu-
iuſmodi]ver.[Fornicationis.]ab vxore commiſſæ,& hoc propter
adulteriū ſuperueniens a marito commiſſum,alias aūt per exce
ptionem fornicationis tollitur accuſatio matrimonii,quæ fit ad
ſeparationem thori,vt poteſt colligi in hoc c.& in proximo ſupę
riori.

riori.ſinautem in modum accuſationis directe proponatur,non
tollitur.3.q.xj.alias.3.q.ix.c.j.& 2.ſi.s̃.de ord.cog.cap.fina.Et nota.
ꝙ hæc exceptio adulterij,quæ proponitur contra accuſantem de
alio adulterio ad ſeparationem thori, eſt peremptoria, & poteſt
proponi ante litis conteſta.& poſt quod ex hoc & ſuperiori.c.ſa-
8 tis colligi poteſt.Videtur etiam,ꝙ ſit declinatoria iudicij, vt † ac-
cuſans ad thori ſeparationem audiendus nõ ſit,cum & ipſe adul
terium commiſerit argu.32.q.vj.capitu.j.& fi. Vbi vero agitur ad
pœnam infligendam,tunc agenti de adulterio non obſtat exce-
9 ptio alterius adulterij,ſicut nec lenocinij, quia † peccatum vnius
alterum a pœna non releuat.ff.eo.tit.l.j.§.ſi publico. & tunc etiã
nulla exceptio proponitur contra accuſantem poſt litis conteſt.
ff.eo.tit.l.ſi maritus.§.præſcriptiones.Illud etiam no.ꝙ hæc exce-
ptio competit contra agẽtem ad ſeparationem thori etiam poſt
pęnitentiam peractam.s̃.de diuor.gaudemus ad fi.ſed contra de-
nunciantem ad pœnitentiam non admitteretur.s̃. de iureiuran.
quemadmodum. in fi. ſecundum do.no. cuius eſt tota hæc glo.
& ſuperior,vt notatur.s̃.eod.c.proxi.Dixit etiam, ꝙ quandocun-
que reddat debitum maritus vxori adulteræ,vel ab ea exigat,non
præiudicat ſibi, niſi hoc faciat ſententia diuortij ad inſtantiam
eius lata,ſed tu dic,vt s̃.notatur.

¶De raptoribus,incendiarijs,& violatoribus
eccleſiarum. Rubri.

*SVMMARIVM.*

1 *Profugi,& uagabundi qui dicantur,& ubi ſunt puniendi ex delictis.*
2 *Delinquens extra unum territorium,ubi eſt puniendus.*
3 *Delictum graue ubi quis commiſit ibi eſt remittendus.*
4 *Epiſcopus ubicunque crimen committat non poteſt deponi,niſi a papa.*
5 *Ambroſius puniuit Imperatorem in ſua parochia delinquentem.*
6 *Parochia una dicitur tota diœceſis cum ciuitate reſpectu epiſcopi.*

CAP. PRIMVM.

1 DE illis autem. De loco ad locũ] profugi† ergo & va
bũdi ſunt.quare coguntur redire ad locu,vbi
deliquerunt.s̃.de foro compe.poſtulaſti.ſecũ
dum.d. n. Immo hoc regulare eſt ĩ quolibet
delinquente.vt j̃.notatur.[Et ibi.]ſcilicet vbi-
cunque veniunt. [Rapinas] reſpectu rerum
mobilium.[Deprædationes] reſpectu ſe mouentium,ſicut ſunt
animalia.[Peragunt] id eſt valde, ſiue violenter, ſiue frequenter
agunt,& ſic præpoſitio auget,quod dic,vt notatur.s̃.de conſuetu.
ca.3.reſpon.j.[Loci prælato] in quo & ſub quo deliquit, ab illo
enim excommunicari debet,vt ſequitur, quia ratione delicti fa-
ctus eſt de foro ſuo.C.vbi de crimine agi oportet.authen. qua in
prouincia.3.q.6 c.1.s̃.de fo.compe.c.fi.Dixerunt tamen quidam,
2 ꝙ † vbi aliquis crimen commiſit,poteſt conueniri,debet tamen
cauſa per iudicem,ſub quo habet domicilium terminari. arg.ff.
de custo. & exhib. re.de militibus. Quod non eſt verum.immo
terminatur per iudicem ſub quo deliquit. per illum tamen, ſub
quo habet domicilium,executioni mandatur, quod dic, vt legi-
tur,& notatur de fo.compe.poſtulaſti.niſi forſan iudex, ſub quo
deliquit,illi,ſub quo domicilium habet,deferre velit,ſicut dicitur
de metropolitano ꝙ poteſt abſoluere ſubditum ſuffraganei, niſi
ei deferre velit,vt j̃.de ſen.excom.per tuas.vel niſi crimẽ ſit leue,
de quo & cognoſcere poteſt is,ſub quo delinquens domiciliũ ha
bet,nec tunc habet neceſſe ipſum remittere ad iudicem,ſub quo
3 deliquit,ſed † vbi graue eſt omnino remittendus eſt,vt j̃.ſequitur,
& in Auth.vt nulli.iu.§.ſi quis vero comprehenſorum.coll.ix.&
ſecundum hoc intellige.ff.de custo.re.ſolent.ff.de re mili.deſerto
rem.in prin. Ab hac tamẽ generalitate excipitur quilibet epiſco-
4 pus,qui † vbicunque crimen committat, non poteſt deponi, niſi
a papa.3.q.vj.accuſatus.& capitu.multũ ſtupeo.& c.dudum. Sin-
autem tale crimen committat,quod non inducit depoſitionem
dixit Hugo, ꝙ poteſt iudicari a ſuo maiore,vel pari,puta epiſco-
pus ab archiepiſcopo, vel epiſcopo, in cuius parochia deliquit.
Quod ſi archiepiſcopus delinquat ĩ parochia proprij ſuffraganei,
a ab ipſo puniri poteſt,[a] ſicut Ambroſius † puniuit Imperatorẽ in
5 ſua parochia delinquentem.xcvj.diſt.duo ſunt.quod dic,vt plene
no.in Summa.de ſen.ex.§.quis valeat excommunicari.ver.quid
ergo ſi metropolitanus. & ſequentibus. [Excommunicentur]vt
ſic diſtringantur & cogantur reuerti ad eundem locum,& ſatisfa
cere.vt j̃.co.§.fi.¶[Nec ante.]ij.pars.& dic,nec,pro & non, & ſub-
audi ex quo diſtricti per excommunicationem ad eundem locũ
b reuerſi fuerunt,non ante.[Ex parochia]&c.i.dięceſi[b] ſi.s̃. de hæ-
reti.excommunicamus.j.§.adijcimus.s̃.de magiſtris.ca.ij.s̃.de pe-
cu.cle.c.ij.& xxvj.q.v.epiſco.s̃.de dona.apoſtolicæ.in prin. dicitur
6 ergo tota dięceſis ſimul cum ciuitate vna parochia † reſpectu epi,
cuius animæ eiuſdem epiſcopatus immediate ſubiectæ ſunt. vt
no.s̃.de off.archiepiſcopi.cap.3.§.confeſſiones. & quia ad ipſum
omnium eccleſiarum eiuſdem pertinet diſpoſitio, gubernatio,
& ordinatio generalis.x.q.j.regenda.& ca.decernimus. & per to-
tum.vnde & nomine eccleſiæ parochialis agit ipſa vacãte, quod
dic,vt legitur,& no.s̃.de ſuc.ab inteſta.ca.fi.[Illa.]i.in qua delique-
runt,melius tamen dixiſſem, a ſententia epiſcopi illius parochię
non exeant.i.non abſoluantur,eſt enim liber de facto exitus cor
poralis,ſed ſententia eſt in poteſtate epiſcopi, quam relaxare nõ
debet,niſi prius præcedat emenda,vt ſequitur.[Digne.]i.ſufficien
ter,& plene.vt j̃.eo.c.in fi.ad arbitrium illius,qui ſententiam tulit
cum notoria ſit offenſa.j̃.de verbo.ſign.ex parte.j.& c.cum olim.
¶[Quorum]3.pars.ſ.raptorum, ſiue pradonum ſic excommuni
catorum. [Proprio epiſcopo] ſub quo domicilium habent.[Ne
eos recipiat]immo ſententiam prædictam ſibi denuntiatam ap-
probet,denuntiet,ſeruet, & ſubditis diſtricte faciat obſeruari, ita
ꝙ nullo modo ad participationem admittantur.[Antequam il-
luc]&c.ad hoc.xi.q.3.curæ.s̃.de treuga.& pace.c.j.§.j.& ij. & iun-
ge hic quod ibi no.[Redeant]vt ibi dicentur,& ſatisfaciant,vt ſe-
quitur,& no.s̃.e.c.reſpon.j.

ADDITIONES.

a ¶Puniri poteſt.Adde hic plene do.Henri.Bo. in ij diſt.
b ¶Diœceſi.Adde hic per domi.Henri.Bo.an parochia pro diœceſi ſumatur in vl
ti.diſtin.

*SVMMARIVM.*

1 *Penitentia datur de peccatis de quibus peccator pęnitet.*
2 *Abſolui quis non poteſt,niſi de omnibus peccatis conteratur.*
3 *Humilitas requiritur in omni petente abſolutionem.*
4 *Abſolutio occulta parum prodeſſe videtur.*
5 *Eterna abſolutio ſola cordis contritione remittitur.*
6 *Indulgentia,& remiſſio prodeſt.*
7 *Sepultura eccleſiaſtica cui denegetur.*
8 *Sepultura quandoque alicui denegetur,cui non denegatur Euchariſtia, quod maius eſt.*]

CAP. II.

SVper eo vero & infra. Manifeſte] ſecus ſi non
eſſet manifeſta.j̃.eod.ex literis.ſecundum.d.no. [De-
prehenſus]ita ꝙ inficiationi locus non eſt.s̃.de coha.
cle.& mu.c.i.[Niſi prius]verſi.[Si poterit]alioqn inanis eſt actio,
vt no.s̃.de homi.ſicut dignum.§.eos inſuper.verſi.j.& de reſti.ſpo.
olim.ij.& impoſſibilium nulla eſt obligatio. ff.de regu. iuris. im-
poſſibilium.23.q.4.Nabugodono ſor.[Denegetur]ſed contra,quia
1 bene datur pœnitentia de peccatis his,de quibus peccator pęni-
tet,licet aliquod ſit,de quo non pęniteat.j̃. de pęnitentiis. ꝙ quæ-
dam.26 q.vi.cognouimus.Solutio, dicunt quidam,ꝙ hoc ſtatu-
tum eſt ad terrorem,vt de omnibus denegetur pęnitentia, niſi &
de iſto ſatisfaciat.Tu dicas, ꝙ denegatur quantum ad hoc deli-
ctum,quantum vero ad alia datur pœnitentia.i.conſilium, nec
2 † enim abſolui poteſt,niſi de omnibus conteratur,vt patet. 24.q.
ii.legatur,& de poe. di. 3. ſunt quidam. Licet autem talis pęniten-
tia,ſiue conſilium quantum ad vitam æternam conſequendam
fructuoſum non ſit, valet tamen ad minus ſupplicium toleran-
dum,vt in contra.& de pœn.di.3.§.fina.ſecũdum dominum no-
ſtrum. Puto, ꝙ in hoc caſu propter pertinaciam & deteſtationẽ
criminis & in morte & in vita de omnibus ſolennis pęnitentia
denegatur,vt hic,patet,& in eo,quod notatur.j̃.eo.§.fi.in aliis au-
tẽ generaliter obtinet quod.s̃.notatur. [¶Si vero] ſecunda pars.
[Humiliter]humilitas enim † requiritur in omni pęnitente.l. di.
3 in capite.& c.pęnitentes.[Si emendationem.]ver.14.q.6.ſi res.17.
q.4.ſi quis clericus.23.q.fi.ſi quis membrorum. & capitulo. peſſi-
mã.& de pęn.di.v.falſas.[¶Qui autem][tertia pars. [Obſtinata.]
quia multotiens oportunitatem & facultatem habuit reſtituen-
di,ac admonitus & etiam excommunicatus.vt s̃.eodem ca.i. ſa-
tisfacere cõtempſit.[Securitatem]& multo minus ſatisfactionẽ.
[Solennitas]verſiculo. [Pęnitentiæ]id eſt licet ſolenniter & pu-
blice abſolueretur, tamẽ denegabitur in opprobrium hæredum
hæc ſolennis reconciliatio.ſecundum. do. no.ſed occulte abſol-
4 uetur & tamen etiam occulta abſolutio † parum prodeſſe vide-
tur quantum ad pœnam purgatorii,ſiue temporalis, de qua ſeq-
5 tur † nam ęterna ſola cordis contritione remittitur de pęn. diſt.
i.in prin.xvi.q.vi.cognouimus.temporalis vero in exteriori ſatiſfa
ctione corporali,id eſt qua corpus affligitur,quę ſi ad plenum nõ
completur,in purgatorio ſuppletur.23. q. v. quid ergo & quoad
illam parum prodeſt hæc abſolutio, prodeſt tamen indulgentia
6 † atque remiſſio,vt legitur,& no.j̃.de pœniten.quod autem.[Cõ-
trito. ]ſ. peccatori.i.illi,qui de peccato conteritur.[Viaticum]quod
nulli pœnitenti denegatur.j̃.de pœniten.quod in te.xxvi. q. vi.ſi
quis de corpore.l.diſt.pœnitentes.[Denegetur] nec abſolutio oc
culta,ſed ſolennis tantum,vt s̃.no.[Ita tamen]verſi.[Interſit] ſed
contra.s̃.de ſepulturis parochiano. j̃. eod.in literis.ſolutio. ibi lo-
quitur de occulto,& qui toties admonitus non fuit,nec ita obſti-
natus inuenitur,hic autem loquitur de publico.vt s̃.eo.c.in prin.
7 & qui obſtinatus fuit.s̃.eod.§.i. & is.Et ſic eſt hic vnus † caſus, in
quo



quo denegatur eccleſiaſtica ſepultura. alij no.s̃.de paroch.ex par
te n.¶[Quod ſi qui]4.pars. [Pęnitentias.]ſ. his qui nec in vita,
nec in morte pęnituerunt.vt s̃.e.reſpon.j.& reſpicit hoc quod di-
xit presbiterorum,quia ad ipſos ſpectat pęnitentias dare.j̃. de pę.
omnis.Poteſt etiam hoc intelligi de his,qui in vita obſtinati per
manſerunt,& in extremis contriti ſatisfacere nequeunt quantũ
ad ſolemnem reconciliationẽ,quæ talibus denegatur, licet occul
ta concedatur,vt no.s̃.e.§ proxi.& ideo dicit hic non pœnitẽtia,
ſed pęnitentias.ſ.etiam occultam primis & ſolemnem ſecundis.
[Aut ſepulturæ.]hoc in totum refertur ad illos,qui obſtinati fue
runt in vita,& in morte ſatisfacere nequeunt, quamuis conſtri-
ti ſint, & reſpicit hoc,quod præmiſit clericorum.vt patet.s̃.§.pro
xi.[Eleemoſinas]ſi.j̃. de vſuris.quia in omnibus.xvii.q.iiij.miror.
8 33.q.2.latorem.xc.di.c.j.& ii.Et eſt hic. ar. ꝙ † alicui quandoque
conceditur,quod maius eſt.ſ.Corpus Chriſti vt s̃.§.prox.& tamẽ
ſepultura,quod minus eſt denegatur.ſi.s̃.de torneamentis.c.j.vbi
de hoc[Seu hmõi] verſ. [Participes]No.ꝙ presbiteri dantes tali-
bus pęnitentias,& clerici,qui ipſorum ſepulturæ interſunt, vel ip
ſorum eleemoſinas recipiũt,æquiparantur illis,qui participãt in
rapina, vnde & eadem pęna infligitur his & illis, vt ſequitur.
[Irrecuperabiliter] quãtum ad ordinarium ſuum,qui ipſos ſuo
priuabit officio,ad quod nunquam reſtituentur abſque indulto.
ſe.app.ſpeciali.ſicut & alias.s̃.de hæreticis. excommunicamus. j.
§.ſane clerici.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicati non ſunt ipſo iure qui depredantur mercatores,non nauigantes,ſed ſunt excommunicandi.*
2 *Piratę ab ore ſummi Pontificis ſolemniter excommunicantur ter in anno.*

CAP. III.

EXcommunicationi [Subdantur] credit.do. n.ꝙ
ſit canon ferendæ ſententiæ non iam latæ, ſed in fine
huius c.omnino probatur contrarium.[Honeſtis] ſi
enim eſſent piratæ,ſicut & iſti,paria delicta mutua compenſatio
ne tollerentur.vt s̃.ti.j.c.pen. §.fin.verſ.pe.& c.fi.§.vnico.qui vero
1 † Mercatores,ſeu peregrinos non nauigantes, ſed alias itinerãtes
deprædatur,non eſt excommunicatus ipſo iure,ſed excommuni
candus.24.q.3.ſi quis romipetas.& c.paternarũ.& legitur & not.
s̃.de treu.& pa.c.ij.[Nauigio]maris de illo enim puto,ꝙ hic intẽ-
dat.& vr̃.pars illius de iudæis. ita quorundam.Quare hoc autem
hoc ſpeciale ſit in piratis marinis. ſ. ꝙ excommunicati ſint ipſo
iure,ratio eſt ſpecialitatis,quia ibi nimis frequentatur hoc crimẽ
ideo exemplo multis craſſantibus opus fuit.ff.de pęnis aut facta.
de pęn.di.j.aut facta.¶[Illi etiã.]ij.pars. ſ. chriſtiani.[Naufragiũ.]
marinum.vt s̃.expoſui d̃ nauigio.[Quibus.]ſ.alijs chriſtianis. [Re
gulam fidei.]Math.xxij.ſ.Diliges proximum tuum ſicut te ipſũ.
de pęn.di.ij.charitas.& legis naturalis.qua dicitur.

*Quod tibi vis fieri mihi fac,quod non tibi,noli.*
*Sic potes in terris viuere iure poli.*

prima.di.humanum.l.di.ponderet.[Reddiderint]moniti infra ta
le tempus a iudice ſtatuendum.ar.in eo quod legi.& no.s̃. de offi.
dele.de cauſis.§.vnico.ff.de iure.deli.l.j.§.ait prætor. & ſic nõ ſunt
excõmunicati ipſo iure,niſi reperiantur contumaces.ſi. s̃. de im-
mu.eccl.aduerſus.ver.pe.[Subiacere] eſt ergo canon latæ ſenten-
tiæ.ar.j̃.de cri.fal.dura.§.j.ſed neceſſe eſt,ꝙ monitio præcedat, vt
in præced.gl.& tenentur. j̃. annum in quadruplum. C. de fur.in
eum.& ff.de incen.ru.nau.l.j. nam & furtum committunt. ff.de
acqui.re.do.qua ratione.§.fi.non ſolum autem priuatus a tali lu-
cro arcetur,quinimmo & fiſcus,qui nõ debet aliquid in calami-
tatem alterius vendicare.C.de naufra.l.j,li.xi.damnum tamẽ na
uis onuſtæ communiter eſt reſarciendum.ff.de incen. rui. nau.l.
ratis.ff.ad l.Ro.de iac.l.nauis onuſtæ.& l.qui leuandæ.& per totũ,
non tamen eſt excommunicatus raptor iſte,ſi hanc pœnam nõ
ſoluit, ſed ſi ablata non reddat infra tempus ſtatutum a iudice,
vt in præceden.glo.No.etiam ꝙ † piratæ excommunicantur ſo-
lenniter ab ore ſummi Pontificis ter in anno.

*SVMMARIVM.*

1 *Iudici licet vnam pœnam in aliam commutare,quando ſcandalum non imminet & nu.3.*
2 *Eccleſia habet poteſtatem imponendi pœnam flagellorum.*
4 *Cauſa criminalis,quæ clericis poteſt delegari.*

CAP. IIII.

IN archiepiſcopatu. [Abuti]pp quod vitium venit ĩ dif
fidentiæ filios ira Dei,j̃.de exceſ.præla.clerici. nec enĩ
ſic Deus fecit homines, vt ſe illo abuterentur modo.
32.q.7.flagitia.ſi.l vi.diſt.ſi gẽs Anglorum.[Occidere.]ſpecialiter
in die paraſceues,& multa alia nephanda cõmittunt.s̃. de iudæis.
& ſi iudæos.¶[Cum autem.] ij.pars [Commiſerit]intelligunt qui
dam generaliter cum vniuerſitate locorum,qui a Rege tenẽtur.
ar.in eo quod le.& no.s̃.de iure.patro.ex literis.nec enim officia-
les ſpeciales Regis in talibus eſſe debent,vt patet.s̃.ne cler.vel mo.
ſed nec procurationes,& ca.clericis.& ca.ſententiam. Vel dic ex
ſpeciali cõceſſione, omnibus tamen prælatis generaliter conceſ
ſa,vt ſatis innuit.j̃.eodem. §.j. Et poteſt fieri etiam de vna cauſa,
dum tamen pœnam grauem ſanguinis non expoſcat,vt j.proba
tur,& 23.q.8.ſepe.nam & ab alio ſeculari iudice poſſunt laico prę
ter vltimum ſupplicium & membri abſciſionem omnia alia de
mandari, in Auth.de colla.§.prohibemus ad hoc, & in prouin
ciis,colla.ix.[Conſultationi tuę]verſic.ſ. ſpirituali.& j̃.diœceſim
tuam. In iuriſdictione tua.]ex commiſſione Regis tibi facta, &
hoc idem innuitur.j̃.eo.c.in fi.nam ſi haberet temporalem iuriſ
dictionem, hoc poſſet facere iure ſuo,ſed & ad hoc faciendum
poſſet compellere temporalem poteſtatem.per cen.ec. quod dic
vt legitur,& notatur.s̃.de iudæis.poſtulaſti.[Pecuniaria]commu
tando pœnam ſtatutam,quæ eſt capitale.ff.de ſicar.l.3.§.fin.C.de
adulr.cum vir.C.de rap.vir.l.vnica.in Authen.vt non luxu. con-
tra na.reſpon.j.& §,j.col.vj,licet † enim iudici ex cauſa vnam pœ
nam in alteram commutare,quando ſcandalum non imminet,
& vbi procedit ex officio.ff.de his qui nota.infa,quid ergo §.pœ-
na grauior,C.qui.ex ca.infa.& irro.& ſi ſæuerior. Secus quando
cauſa non ſubeſt,vel vbi ab alio accuſatur,quia tũc nec mollior,
nec durior infligi debet.vt C.ne ſanctum baptiſma reite.l. 3. in fi.
C.de vi pu.ſeruos qui.in fi.& patet in eo,quod notatur.j̃. eod. §.j.
in prin.quamuis plerumque de facto contrarium fiat,vt patet in
eo,quod notatur.j̃.de homicidio.ad audientiam. ad fi. [Mulcta-
re]ſubaudi,ſi habeant vnde ſuum.[Et]ſubaudi,[ſi non habent vn
de ſuum. Vel expone,& pro aut.ff.de verb.ſig.ſæpe.Vel dic,ꝙ vtra-
que pœna infligi poteſt.ſ.pecuniaria & corporalis flagellorum,
& hoc eſt,quod notat mens iſtorum verborum.[Et etiam flagel
lis.]q.d.nedum in hoc caſu mulctare poterit delinquentem, ſed
etiã & flagellis afficere.ſic.j̃.de maledi.c.ij.§. j. quod puto verius,
& dicitur hoc ad ſupplementum pœnæ capitalis, argu.in eo quod
2 legitur,& notatur.s̃.de cal.c.j.ad fi.[Flagellis]No. † eccleſiam ha-
bere poteſtatem imponendi flagellorum pœnam,vt hic,& s̃. de
cal.c.j.14.q.6.ſi res.12.q.2.fraternitas.s̃.depoſiti.ca.j.§.nam & iudi
cibus.cum ſuis concordantijs.Et carceris.s̃.de hæreticis.c. pen.§.
pen.quod dic,vt plene notatur extra dominum noſtrum. de ho-
mici.pro humani.§.fina.verſi.ſitque.cum ſuis concordantijs.lib.
vj.[In vindictam ſanguinis]crudelem,vel grauem,vt innuit. j̃. §.
j.& probatur.j̃.de cle.percuſſ.c.ij.licet ſit.ar.cõtra.23.q. fi.peſſimã
in fi.ſed illud ſoluitur in eo,quod notatur.s̃.ne cle.vel.mona.cle-
3 ricis nam leuis conceſſa eſt,vt j̃.de crimi.fal.ca.3.ad fi. ¶Si vero]
3.pars.[Grauis.[puta, quia ſcandalum generat, vel delinquentes
ad pęnam legis criminaliter accuſantur in quo quidem caſu pę
na legis temperari non debet,vt no.s̃.verſicul.proxi.ſuper verbo,
pecuniaria.alias ſemper regularis eſt pęna dictorum exceſſuum
capitalis,vt ibi notatur.]Detruncationem]ſi.xxiij.q.fi. his a quibus.
& c.ſeq.s̃.de cle.pug.in duel.c.j.in fine.[Vindictam.]& examina-
tionem,vt in prædictis iuribus.& s̃.ne cle. vel mona.ſententiam.
ſic enim a delegato ad delegantem recurrendum eſt, vbi delega-
tus non poteſt expedire id,de quo agitur,vt patet in eo,quod legi
tur,& notatur.s̃.de accuſ.qualiter.j.s̃.de re.iudicata.c. fi. Et ex hoc
4 habes,ꝙ loquitur † hic de ſpeciali delegatione,vt notatur.s̃.reſpõ
ſo.j.& vbi prælatus habet iuriſdictionem temporalem, licet hoc
inſolidum alicui laico ſecundum canones delegare.xxiij.q.iiij.il
lud.ſecundum leges vero antiquas non licet hoc,niſi quãdo pro-
ficiſcitur.ff.de officio procon.ſolent. ff.de officio eius cui mand.
eſt iuriſd.l.j.ſed hodie poſſunt omnes committi præter vltimum
ſupplicium,vt notatur. s̃.eo.§.j.ſuper verbo,commiſerit.[Poteſta
ti.]ad quam recurſus habetur quandoque, ne in electione ſum-
mi Pontificis violentia inferatur,aliter autem nõ debet ſe intro-
mittere,niſi per eccleſiam inuitatus.lxiii.di.Adrianus.ad fi.quod
dic,vt plene no.s̃.de elec.licet,& accedit.s̃.de homici.poſtulaſti.&
de offic.ordi.cap.i..

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres an teneatur de delicto defuncti.*
2 *Hæres dummodo inuentarium faciat,non tenetur vltra vires hæreditatis.*

CAP. V.

IN literis. [Criminibus.]puta homicidio, per-
iurio,& aliis varijs.s̃.de tempo. or. c.
fi.[Eccleſiarum incendium.]vnde erat excommuni-
catus ipſo iure, quod dic, vt legitur,& no.j̃.de ſenten.
excommunica.conqueſti.[Inſtigante.]ſi.xvii.q.iiii.ſi quis ſuadẽ-
te.¶[Tandem.]ii. pars.[Capellani ſui.] ab extraneo nempe non
poſſet ſolui ſine licẽtia proprii,vel ligari,j̃.de pœnitentiis,omnis.
§.i.vel ĩ neceſſitate.vt ſequitur,ſed nec a minori presbitero,quod
dic,vt legitur,& no.j̃.de ſen,excommunica.cum deſideres. & c.a
nobis.ii.[Anathematis.]cuiuſcunque,quod licet in extrema ne-
ceſſitate.xvii,q.iiii.ſi quis ſuadente.xxvi.q.vi.presbiter inconſulto.
ii.de cõſecra.di.iiii.ſanctum eſt.quod dic,vt plene notaui.s̃. de of
fic.ordi.paſtoralis.§.præterea.verſicu.ad quod dicimus. alias autẽ
incendiarius eccleſiarum,ex quo denunciatus eſſet,citra authori
tatem ſedis apoſtolicæ abſolui non poſſet,vt legitur,& nota. j̃.de
ſent.excommunica.tua nos.&.c.conqueſti.[Sed moriens.] verſi.
[Nequiuit.]ii.s̃.de ſepul.parochiano. Sed contra.s̃.eo. ſuper eod.
Sol.

Solu.ibi loquitur de notorio, hic de occulto, vt ibi no. Vel quod
melius eſt. ibi loquitur de illo, qui admonitus fuit ſæpe & ſæpius,
& licet potuiſſet ſatiſfacere, ſemper tamen in pertinacia ſua vſque
ad mortem perſeuerauit, vt in eo.c.§.qui autem. Hic vero loqui-
tur de eo, qui non fuit ita diligenter monitus, vel qui nunquam
inuita ſatisfacere potuit, vel ſi potuit, non ad plenum, vt innuitur.
& no.ĩ.eo.c.ad finem.ibi, iuxta facultates ſuas &c.¶[Quapropter]
3.pars.[Se habet.] ſcilicet ꝙ ſic fuerit abſolutus, & idem eſſet, ſi
fuiſſet præuentus, dummodo certa ſigna pœnitentiæ apparerent,
quod dic, vt legitur, & no.ĩ.de ſenten.excommunica.a nobis.ij.
1 [Et hęredes eius.]ver.ſic.ſecundum canones† tenetur hæres ex de
licto defuncti, etiam ſi cum ipſo lis non fuerit conteſtata, quod
dic, vt no.ſ.de ſepultu.c.fi.[Quibus.] ſi reperiantur, & ſcitur qui
ſint, alioquin pauperibus erogetur, vt ĩ.de vſur.cum tu.§.j.qđ dic,
vt no.ſ.de homici.ſicut dignum.§ eos inſuper. [Contra iuſtitiã.]
nam ſi fuiſſet iuſtum bellum, ex parte mortui non tenerentur hę
redes, quod dic, vt plene no.ſ.de iureiuran.ſicut & ĩ. [Iuxta facul-
tates.]ſ.defuncti.nam vltra vires hæreditatis† non tenentur hære-
des, dummodo inuentarium fecerint.C.de iure delibe.ſancimus.
§.ſinautem dubius eſt.& ſequen.& innuitur hic, ꝙ defunctus pau-
per erat, & ꝙ non potuit ſatisfacere ſaltem ad plenum in vita ſua
vt & no ſ.eo.§.i.in fi.[Condigne.]i.plene.ſ.eod.c.j.in fi.[A pecca
to.]i.a pœna temporali ex peccato proueniente, nam ab æterna
liberari non poſſet, niſi in hoc ſeculo contritus fuiſſet, & ſic non
obſtat.xxv.di.qualis.quod dic, vt nota.ſ.eodem ſuper eo.§.qui au
tem verſicu.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Raptus committitur in ſponſa propria.*
2 *Rapta ſi contrahit cum raptore ſine conſenſu parentum, quod ius amittat.*
3 *Rapta ſi conſenſum ſuum præbuit ceſſat crimen raptus,*
4 *Confeſſio coniugum quando poteſt matrimonio carnali, & quando ſpirituali præiudicare & nu.6*
5 *Tutior ſemita in dubio eſt eligenda.*

## CAP. VI.

Cum cauſam. Caſus iſte & intellectus hu-
ius literæ conſueuit difficilis
reputari, & multi circa hanc errauerunt, quibus veri-
tas patuiſſet, ſi recurſum ad integram habuiſſent.lo-
co ergo caſus apponimus id, quod in deciſione continetur in in
tegra.extra vbi ſic legitur.cum cauſam, quæ inter. A militem la-
torem præſentium, & vxorem eius vertitur, tuæ commiſerimus
experientię terminandam. Et miles repetens mulierem legitime
ſibi nupſiſſe per probationes canonicas ſe conſtanter aſſeruit pro
baturum. Fęmina quoque propoſuit, ꝙ dominorum & parentũ
ſuorũ ſuggeſtione alteri viro tradita ab illo militis amore diuer-
tit, qui a parentibus prius rapuit eam, illa tamen volente, vt dici-
tur, & poſtmodum, priuſquam eam cognoſceret, deſponſauit, de
mum incluſa eſt in monaſterio monalium, vbi etiam detinetur:
vnde quoniam ſuper his prudentia tua ſedem apoſtolicam duxit
conſulendam, ſignificatione tibi præſentium reſpondemus, ꝙ cũ
ibi raptus &c. vt hic ſequitur ĩ litera.[Militem.]ex parte vna agẽ-
tem contra mulierem & ipſam in vxorem petentem. [Et vxorẽ
eius.] ſicut dicitur ex altera.i.quam in vxorem ſuam petebat, vt
in præmiſſa interlineari, ſed ipſa eius conſortium declinabat. vt
1 ĩ.eo.c.ver.penul.[Dicatur admitti.]ſecundum.ll.etiam † in ſpon
ſa propria raptus committitur.C.de rap.vir.l.vnica.§.nec ſit facul
2 tas.† Nec poteſt mulier contrahere cum raptore, vt ibi, alioquin,
ſi ſine conſenſu parentum hoc fecerit, in hæreditatem raptoris
nullo modo ſuccedit.immo ius, quod alias haberet, deuoluitur
ad parentes, vt in Auth.de mulieri.quæ raptoribus nubunt.col.ix.
& idem eſt ſecundum canones antiquos, vt no.ĩ.eo ca. j. Verum
3 ſecundum nouos, ſiue ab initio, ſiue ex poſt facto† is, qui mulie-
rem rapuit, conſenſum ipſius habuit, ceſſat crimen raptus, vt pa
tet hic.& 36.q.j.§.j.& c.lex illa.& q.ij.tria.& ĩ.eo.cap.i.per quos di
ctæ leges corriguntur.ſecundum omnes. Tamẽ quo ad hæredita
tem poſſet fieri eadem obiectio, & reſponſio in hoc caſu, quæ fit
in alio.ſ.de ſecun.nup.c.penul & fi.[Cum habuerit.]ſicut dicitur
cum tamen de hoc non conſtiterit, quia nec adhuc eſt probatũ,
vt patet.ſ.in deciſione.[Deſpõſauerit]&c. ſicut & hic dicitur, ſed
adhuc non eſt probatum hic ſaluo, ꝙ mulier confeſſa eſt ſe a vi-
ro, cui a parentibus tradita fuerat, amore iſtius militis diuertiſſe.
vt ſ.in deciſione.[Reclamarẽt.]talis reclamatio nõ impedit ma-
trimonium: quia ſecundum canones ſolus conſenſus contrahẽ-
tium exigitur, & ſpectatur.27.q.ij.ſufficiat.ſ.de ſpon.cum locum.
[Rapuiſſe.]& ſecundario de monaſterio, vt ĩ.eod.c.ver.penul. ſed
& ſi de prędictis ꝯſtiterit, locum huiuſmodi raptus obiectio non
habebit, vt patet ĩ eo quod.ſ.no.¶Præterea.]ij.pars.[Perfectum.]
ꝙ matrimonium proponitur hic carnis copulam præceſſiſſe, &
etiam religionis ingreſſum, vt patet.ſ.in deciſione.[Teſte apoſto-
lo.]j.Chorin.vij.a.[Sed maritus.]ſic.ſ.de conuer. coniu. quidam
intrauit.[Si præceſſiſſe matrimonium]ſubaudi tu carnis copulã
& ipſam ſecutam fuiſſe, ſicut proponitur.ſ. in deciſione.] Vel ex
probationibus.]prout aſſeruit ſe poſſe probare, ſicut in deciſione,
vel exponi poteſt, vel, pro & ff.de verbo.ſignifi.ſæpe. vel ſubaudi, ſi
in probatione deficiat vir.[Saltem ex mulieris.]ſubaudi, quæ oĩ-
no renuit cum iſto milite habitare, vt innuit.ſ.eo.ca. in prin. &
4 ĩ.e.ver.non ergo.[Confeſſione.] Hic no.ꝙ vbi alter † coniugum
confitetur contra matrimonium carnale, ſiue ſpirituale, religio-
nis vinculum, aut cõſtat, ꝙ omnino tendit ad ſeparationem ma-
trimonij, contra quod confitetur & ſic nõ ſtatur confeſſioni ſuę
vt ſ.de eo qui cogno.conſangui.vxo.ſuæ.ſuper eo. aut conſtat, ꝙ
nullo modo vellet ſeparari matrimonium, contra quod confite-
tur, & ſic ſtatur confeſſioni ſuæ, vt hic.& ſ.de deſponſa. impuber.
atteſtationes.vbi de hoc, & eſt ratio in vtroque caſu, quia cuilibet
creditur contra ſe, & non pro ſe.i.ſi confiteatur contra id, quod
intendit, & non pro.14.q.ij.§.j.ff.de interro.actio.de ætate.§.j.& ar
gu.optimum in eo quod legitur, & no.ſ.de conuer.coniu. ex par
te.ij.reſpon.j.in fi.& §, fi.aut dubitatur.& tũc ſi fama, & alia admi
nicula ſufficientia confeſſionem adiuuant, ei ſtatur. xxxv. q. vj. ſi
duo.ſ.de pręſump.3.alias autem ſi hæc deficiunt, & ſi ſimpliciter
dubium ſit, videtur pro matrimonio carnali etiam contra ſpiri-
tuale religionis vinculum iudicandum, vt hic, & argu.expreſſum
in eo, quod legitur, & nota.ſ.de conuer.coniug.ea parte ij.§.j. ſal-
tem iuramento delato.vnde dixit.d.n. ꝙ † aliud eſt in matrimo-
nio contractum cum homine, vbi non ſtatur confeſſioni, aliud
in matrimonio contracto cum Deo, vbi ſtatur, nulli enim ſit ibi
præiudicium, niſi confitenti, de quo non eſt credendum, ꝙ ſit im
memor ſuæ ſalutis, igitur ſtandum eſt delationi iuramenti, vt pa
tet.j.q.7. ſancimus.& in eo, quod legitur, & nota.ſ.de iureiuran.c.
fi.& c.mulieri.& eſt multiplex ratio. Prima, quia ſic ſcriptum eſt
ſ.de re iudi.c.fi.reſpon.j.verſic.niſi & in cauſa. Secunda, quia quo-
dam reſpectu vinculum ipſius fortius eſt licet hoc ſimpliciter nõ
ſit verum, vt patet in eo, quod legitur, & nota.ſ.de tranſla.epiſco.
inter corporalia.reſpon.j. Tertia, quia in ea verſatur vtilitas rei pu-
blicæ.in qua includitur vtilitas rei priuatæ.vt patet in eo, quod le
giiur, & no.ff. ſolu.matrimo.l.j.ſ.de frigi.ca.fi.in vinculo vero reli
gionis vtilitas rei priuatæ tantum, cui eſt publica præferenda.ſ.de
regular.licet.§ illa ſemper regulari.ſ.de renuntia.niſi cum pridẽ.
§.nec putes. Quid ergo ſi factus eſſet epiſcopus is, qui petitur ĩ ma
ritum? Tunc videretur in dubio contra mulierem iudicandum
eſſe, vt in eiſdem iuribus. Quarta, quia melius eſt ambos ſic expe-
dire, quam ipſos, vel ſaltem alterum remanere aliter impeditos.
argu.ſ.de reſti.ſpol.literas.§.præterea.in fi. Quinta, quia in dubio
5 ſemita eſt tutior eligenda.ſ.de ſponſa.iuuenis.ſ.de homici.ad au-
dientiam.§.quia vero. Alij vero contra ſentiunt dicentes, ꝙ in du
bio pro ſpirituali religionis vinculo iudicarent, quibus ſatis euidẽ
ter hæc litera contradicit, & quod no.in Summa de conuer.con
iu.§.& vtrum.ver.quid ſi maritus.& ſequẽtibus.& in Summa de
eo qui cogno.conſan.vxo.ſuæ.§.& quid iuris.ver.illud notandũ.
& ſequentibus ibi.ſed quod ſupra no.iunge ibi. Vbi vero non cõ-
tra matrimonium, ſed contra mutuam ſeruitutem alter eorum
confitetur, ſtatur confeſſioni, vt legitur, & no.ſ.de diuor.ex literis.
& ſ.ti.j.intelleximus.§.pen.reſpon.j.poſtmodum. id eſt poſt ma-
trimonium conſummatum.[Sine aſſenſu viri].ſ.de regular. ve-
niens.[Aut aliter.]puta ĩ domo propria.33.q.v.ꝙ Deo.quod dic,
vt no.ſ.de conuerſi.coniu.ex parte.ii.§.fi.[Profiteri.)]i. promitte-
re.[Non ergo]verſi.[Poſt matrimonium conſummatum.]ſi de
prædictis fides fiat, ſicut præmiſſum eſt. [Rapta.]i.a marito ſecun
dario, primo enim rapta fuit de domo parentum.vt ſ.eo.i. reſpõ.
in fi.ſecundario vero de monaſterio, vt dicitur hic, ſed poſtea ite-
rum ad monaſterium eſt reuerſa, vbi nunc etiam detinetur. vt ſ.
6 in deciſa parte.intelligas† ſi uolens, & non inuita, vel licet inuita
eſſet, tamen in dubio ſtatur confeſſioni[a] vltimæ, alias ſuæ, vt ſ.no
[Declinare.]Hic innuitur, ꝙ matrimonium carnale diſplicebat
mulieri, & ideo ipſius confeſſioni omnino ſtatur, vt ſ.nota. [Ma-
xime]ver.bene dicit maxime, nam & idem eſſet, & ſi conſenſiſ-
ſet ſecũdum diſtinctionem traditam.ſ.de conuerſi.coniuga.qui-
dam intrauit.& c.cum ſis prædi[t]us.& c.vxoratus. [Profiteretur.]
Hoc ideo dicit, quia & ante profeſſionem, quamuis maritus con-
ſenſiſſet, poſſet exire, & habitare cum eo, vt patet in eo, quod legi-
tur, & no.ſ.de regular.ſtatuimus.ſupra de conuerſi.coniug.ex pu-
blico. Vel hoc intelligitur de profeſſione non in monaſterio, ſed
in domo facta, vt ſupra nota.uerſi.proxi.ſuper uerbo.uel aliter. &
ſuper verbo.profiteri.

ADDITIO.

a ¶Confeſſioni. Adde an ſit ſtandum confeſſioni coniugum pro vel contra matri-
monium Do.Hen.Bo.ſupra de eo qui cog.conſan.vxo.ſuæ ſuper eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Matrimonium raptæ cum raptore ſecundum leges & canones prohibebatur hodie ſecus.*

## CAP. VII.

Accedens. [Rapta,] inuita etiam & renitens
in ipſo raptu, quamuis poſtea cõ-
ſenſerit, ut ſequitur.[Cum raptore.] ſecundum leges
1 † & antiquos canones tale matrimonium prohibe-
batur.xxxvi.q.ii.de puellis.& c.ſi autem.& c.placuii.C.de rap.vir.
l.vnica. ſed hodie illa iura corriguntur, & ſimilia, per id, quod hic
dicitur.& 36.q.ij.denique & c.tria.& ſ.cap.proxi.reſpon.j.vt & ibi
no.[In cõſenſum.]expreſſum, vel tacitum.ſ. de ſpon. ad id quod
ſ.de deſpon.impube.de illis.ſ.qui ma.accu.poſ.inſuper. quaſi pro
xima cauſa turpitudinis ſublata.C.quod me.cau.l.ij.ff. de condic.
ob tur.cau.ſi ob turpem, [Legitimę.]quo ad ætatem.ſ. de ſponſ.
tuæ.& ꝙ nullum alias ſit impedimentum canonicum inter ip-
ſos.ſ.de clandeſti, deſpon.cum inhibitio.



¶De furtis. Rubri.

*SVMARIVM.*

1 *Furtum qui facit liberi hominis incidit in pœnã l.flauię de plagiarijs, & quid in furante ſeruum*

## CAP. PRIMVM.

Qui furatur. Exo.xxj.b.[Hominem] li
1 berum † vnde incidit ĩ pœ
nam.l.fauiæ de plagiarijs, ſed qui furatur ſer-
uum hac pęna nõ tenetur, cuius tamen legis
fauiæ pęna antiqua pecuniaria in deſuetudi-
nem abijt, nam hodie talis pro modo delicti
coercetur, & plerumque in metallum damna
tur, vt ff.ad legem Fau.de pla.lege fauia.& l.penul.reſpon.j.& §. le-
ge fauia.& l.fi. Verum ſecundum canones alia pœna imponitur,
vt patet.ſ.ti.j.in archiepiſcopatu.& 33.q. 2.inter hæc.

*SVMMARIVM.*

1 *Fures deponendi ſunt.*
2 *Fures quandoque impune occiduntur.*
3 *Fure occiſo in actu furandi non eſt pro eo orandum.*
4 *Layco, in neceſſitate poteſt quis confiteri peccata ſua in ſignũ pœnitentiæ.*
5 *Abſolutionem a nemine poſſumus accipere, præter a ſacerdote canonice, ordinato & proprio, non alieno abſque licentia.*

## CAP. II.

1 Fures. †Qui deponendi ſunt.vt ĩ.de pœnis. tuæ.
2 & quandoque occiduntur† impune ſecũ-
dum quod legitur, & no.ſ.de homici.c.3.[Occidun
tur.] ſine pœnitentia & ſignis ipſius, alias contra, vt
3 in ſequenti.§.[Orandum.]quod & † ſeruãdũ eſt de quolibet, quẽ
conſtat in mortali peccato ſine penitentia vita finiſſe.vt no.ĩ. eo.
quia in omnibus.§.j.ver.nec ſepulturam.probatur.23.q.v.placuit
vnde nec talis ad ſepulturam admittitur chriſtianam, quod dic,
vt nota.ſ.de ſepultu.ex parte.in fi.¶Sed ſi comprehenſi. ]ij. pars.
[Aut vulnerati.]ipſis fures, ſiue latrones, & non occiſi.vt ſ.reſpõ.
4 j.[Vel diacono.]in neceſſitate† & etiam laico, ſi alius non habe-
tur.de conſecra.diſtin.4. ſanctum.de pœniten.di.j.quem pęnitet.
ver.fi.& diſt.v.c.j.circa prin.& diſt.vj.c.j.ſecundum B.Sed iſte in-
5 tellectus erroneus eſt: quia nullus poteſt abſoluere a peccato† niſi
is, qui claues habet.i.ſacerdos canonice ordinatus, ſed nec ſacer-
dos alienus ſine licentia.ĩ.de pęniten.omnis.reſpon.j.§.ſi quis au
tem. Nec miſſam celebrare, ſiue corpus Chriſti conficere. ſ. de
Summa Trini.c.j.§.vna eſt. Quod ergo hic dicitur de diacono in
gl.de laico intelligas, vt per hoc de contritione & fide catholica
euidens ſignum appareat, & ſic poſt mortem per eccleſiam abſol
uatur.ĩ.de ſenten.excommunica.a nobis.ij.quod dic, vt plene no.
ſ.de offic.ordi.paſtoralis.§.præterea.ver.ad quod dicimus. [Com
munionem.].euchariſtiam.l.diſt. pœnitentes. & ſepulturam ex
quo confeſſi ſunt.13.q.fi.c.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Neceſſitatis tempore oĩa ſunt communia.*
2 *Fur excuſatur a furto propter nimiam paupertatem.*
3 *Mulier a fornicatione non excuſatur prætextu neceſſitatis.*
5 *Omnia ad ſeruitium hominis facta ſunt.*
4 *Homo factus eſt ad ſimilitudinem & imaginem Dei.*
6 *Facies hominis non eſt maculanda.*
7 *Anima damnatur per actum carnale non permiſſum.*
8 *Fornicationem nemo committit abſque voluntate.*
9 *Mulier improba non defendit ſe, ſed potius impugnatur.*
10 *Pœnitentia plerunque imponitur vbi nullum eſt peccatum.*

## CAP. III.

Si quis. [Neceſſitatem.] aliquam ſed modicam,
nam ſi grauis eſſet, ita ꝙ mortis periculũ
immineret, nullo modo peccaret, nec eſſet aliqua pę
nitentia imponenda.argu.de conſecra.diſt.v.diſcipu
1 los.quia† tempore tantæ neceſſitatis omnia ſunt communia. ar-
gu.lxxxvj.diſt.non ſatis.& c.paſce.de conſecra.diſt.j.ſicut.ſ.de ob-
ſer.ieiu.conſilium.§.fi.verſi.fina.xlij.diſt.§.j.& c.j.& xlvij.diſt.ſicut
hi.12.q.j.c.j.23.q.7.ſicut hi.12.q.j.c.j.23.q.vij.ꝙ autem.debet enim
& poteſt credere hoc dominum permiſſurum, & ſic omnino ex
cuſatur a furto.Inſti.de ob.quæ ex malefi.naſ.§. placuit. Conſue-
2 uit autem quæri, quæ ſit ratio, ꝙ † homo excuſatur a furto pro-
pter nimiam paupertatem & neceſſitatem, vt dictum eſt. Sed
3 † mulier non excuſatur a fornicatione, vt ff.de ri.nup.palam.§.nõ
eſt? Reſpon. de iure naturali & etiam de iure ciuili tpe neceſſita-
a tis omnia ſunt communia,[a] vt dictum eſt.& probatur.Inſti.de re
4 rum di.§.j.& ij, & † omnia ad ſeruitium hominis facta ſunt.ff. de
vſur.in pecudum.vnde potius videtur is, qui neceſſitatem famis
patitur, vti iure ſuo, quam furti conſilium inire.argu.ff.pro ſocio
merito.& in prædictis iuribus.ab hac vero communione excipi-
tur mulier, quæ quantum ad actum carnalem non eſt commu-
nicanda, quia nõ eſt virorum, ſed debet eſſe vna vnius, ſ.de diuor.
gaudemus.33.q.v.hæc Imago.Ideo mulier, quæcũque dicatur in-
ſtare neceſſitas, a nullo põt cognoſci carnaliter ſine peccato mor
5 tali, niſi a viro ſuo† Factus eſt etiã homo ad ſeruitium & imagi-
nem Dei, vt in prædicto.c.hæc imago.vnde nec in fructu venit,
vt Inſti.de rerum di.§.in pecudum. vnde & attendenda eſt in eo
reuerentia diuinæ pulchritudinis. C. de pęnis.ſi quis in metallũ.
ĩ fi.propter quod† nec facies ipſius hominis etiam corporalis eſt
6 aliquatenus maculanda, vt ibi, multo minus ſpiritualis, per quã
ipſe Deus recedit ab homine, per quam & ſi etiam propter veniẽ
tem infirmitatem periculum mortis immineat, non eſt conſulẽ
7 dum homini, ꝙ ad non ſuam accedat: nam† per hunc actũ vter
que damnat animam ſuam.ĩ.de pęni.cum infirmitas.§.fi. Patet
ergo euidẽs ratio diuerſitatis, quare aliud eſt in carnali commix-
tione mulieris, quæ nullo caſu ſine peccato plurium communi-
cari poteſt, & aliud in vſu aliarum rerum, quæ nõ ſolum ſine pec
cato communicari poſſunt, quinimmo & qui ipſas nõ commu-
nicat ſupremam neceſſitatem patienti, mortaliter peccat, vt 87.
di.paſce. & aliis iuribus ſupra inductis. Cum autem mulier non
excuſetur prætextu neceſſitatis a fornicatione, vt dictum eſt, quæ
ritur quare excuſatur in tali caſu ab homicidio vnuſquiſque.vt ſ.
8 de homici.c.ij.Reſpon. † nemo accedit ad fornicationem com-
mittendam, niſi voluntarius, nec poteſt fieri, vt dictũ eſt, ſine pec
cato, ſed potius debet homo omnia mala de mundo tolerare, q̃
mortali conſentire.32.q. v. ita ne. Quando vero interficio aggre-
dientem me, cum aliter non poſſum euadere, non interficio ip-
ſum voluntarie, ſed ipſe potius videtur interfici a ſeipſo.argu. ff.ſi
9 quadru.pau.fe.di.l.j.§.cum arietes.† Mulier vero improba non de
fendit ſe, ſed potius impugnat, vt patet.ſ.de eo qui cogno.conſan.
vxo.ſuæ iordanę.& in Authen.de reſti.& ea quę pa.in xj.menſe.§.
vnum ſi quidem.col.4. Patet ergo, quare aliud in interficiente ag
gredientem ſe, quem excuſat neceſſitas, aliud in muliere, quæ vo-
luntarie peccat, & quam accuſat oſtentatio corporalis Quid er-
go ſi præciſe inuita cognoſcatur? Reſpon.non ſolum excuſatur,
quinimmo & corona, ſi virgo fuerit, duplicatur.32.q.v.c.j.ij.& 3.
& ſequentibus.& de hoc no.in Summa.eo.tit.§.j.ver.ſed quęritur.
& ſequen.[Hebdomadas tres.]modica pœnitentia imponitur, qa
modicum, aut nihil peccauit, vt patet in eo, quod no. in præced.
10 gl.in prin.nam & † vbi nullum peccatum eſt, imponitur plerũ-
que pœnitentia ad cautelam.ſ.de homici.ſignificaſti.j.§.fin.quia
bonarum mentium eſt &c. v. diſ. ad eius vero concubitum.ſ.de
obſer.ieiu.conſilium.§.cum autem.ver.fi.[Si reddiderit]verſi.[le-
uiare.]debet tamen confiteri, quod dic, vt no.in Summa de pęni
ten.§.fina.ſub.§.fina.& ĩ.eodem cum tu.reſpon.j.ſuper verbo, do-
nec reddiderit.

*SVMMARIVM.*

1 *Conſentiens vel occultans furtum tenetur de furto.*
2 *Furtiuam rem qui ſcienter emit, ſine pretio eam reſtituere tenetur.*
3 *Ignorantia probabilis excuſat.*
4 *Furem indicare, an quis teneatur.*
5 *Iudex ex officio compellit indicare furem.*
6 *Recipiens aliquid cogitur indicare ſecundum leges, ſecundum canones vero non, ſi mortis periculum imminet.*

## CAP. IIII.

Qui cum fure. prouer.xxix.ſ.[Partitur.] per
conſenſum partem accipiẽ
1 do † vel alias conſentiendo, vel occultando, nam &
tales tenentur de furto, vt Inſti.de obli.quæ ex delict,
naſ.§.ſi vero ope. Quid ergo ſi fur furtiuã rem alienauit? Reſpõ.ſi
habet vnde, tenetur reſtituere.vt patet in eo, quod legitur, & nota
tur.ĩ.titu.j.cum tu.§.i.in fine.ſ.de homici.ſicut dignum.§. eos in-
ſuper.ſi vero non habet vnde, & poteſt recuperare rem, etiam do
lo bono, ſiue mendacio, vel violentia, vel alio mortali peccato de
bet eam recuperare, & domino reſtituere, quod verum eſt ſecun
2 dum quoſdam, ſi ille † qui emit, ſciebat rem eſſe furtiuam, cum
talis teneatut ad reſtitutionem ſine recuperatione pretij. C. eod.
titu.l.ii.vnde fur recuperando ipſam rem & vero domino reddẽ
do vtiliter geſſit negotium ſuum ad hoc.ff.de nego.geſt.ſed an vl
tro.§.i.& l.at ſi natura.§.cum me abſente.& l. ſoluendo. ff. de rei
ven, officium.ff.depoſiti.bona fides.nam & multa bona talia prę
ſtantur inuitis.xlv.diſt.de iudæis.xxiii.q.iiii.ipſa pietas. hic autem
ſubaudiunt quidam, niſi timent probabiliter ſibi, vel ſociis graue
mortis periculum imminere, quia ſi forſan hoc attentaret ille, a
quo rem acciperet, ipſum occideret, hic enim tutius eſt eam ſibi
dimitte-

dimittere,vel etiam ei reſtituere,ſi haberet,potius quam vero do-
mino.ar.C. depoſiti.auth. ſed iam.nec peccat, quia nihil iuris ei
tribuit,ſed poſſeſſionem tantum,quam abſtulerat,reddit. Alij di-
cunt,ꝙ ex quo eam habet,omnino debet eam reſtituere vero do
mino.argu.ff.depoſiti.bona fides.aliter peccat,quod non eſt præ-
textu alicuius ſcandali faciendum,vt legitur,& no.s̃.de renun.ni-
ſi cum pridem. §. pro graui vero ſcandalo. Si vero non haberet
eam,tunc tutius eſt ipſam dimittere,quam cum tali ſcandalo re
cuperare,quinimmo & ſi eam inueniret in via, poteſt in tali ca-
ſu eam ibi relinquere,cum in veritate ſua non ſit.arg. C. vnde vi.
conquerebatur.Tertij dicunt,& melius ſecundnm do.no. ꝙ ſi eã
habet,in tali caſu nec vni,nec alij reſtituat, ſed ſuum peccatum
defleat,& occupanti dimittat:quia nihil ad eum de ipſa,quod vi-
2 detur exaudiendum,quando non tenebatur ad reſtitutionem,pu
ta,quia ad ipſum peruenerat ſine datione alicuius,& ſine ablatio
ne,alioquin teneretur eam reddere ei,a quo data eſſet,vel cui ab-
ſtuliſſet:vbi autem timeretur inde graue periculum prouenturũ,
ſatis poteſt dici,ꝙ nec domino eam reſtituat.ſecundum.d.n. ſin-
autem ille,in quem alienata eſt res,ignorabat ipſam eſſe furtiuã,
tunc non ſolum debet ei ſubtrahere poſſeſſionem,immo & ſi ad
eum quocunque modo perueniat poſſeſſio,nomine eius,in quē
alienauit,eam ſibi reſtituet.argu.C.depoſiti.auth. ſed iam cautũ
eſt.quia nihil cum ſcandalo &c.j̃.de no.oper.no.nunt.c.ij.& idē
eſt in ſimilibus iudicandum.s̃.de reſcrip.inter cæteras. Hæc autē
intelligas in conſilio animæ:nam in iudicio ſecus fieret in pluri-
bus propter ignorantiam facti.ſm do.no.cuius eſt quaſi hæc tota
3 glo.quæ facti ignorantia † ſi probabilis ſit, debet eſſe excuſata.j̃.de
cleri.excommunica.mi.apoſtolicę.¶[Non fur].ij.pars.Et ſunt ver
ba Hieronimi exponētis prædicta verba Salomonis. [Poſſeſſore].
i.domino,vel quocunque alio,cuius intereſt. ff.de verbo.ſignifi.in
4 terdum.[Non indicat] & ita habes † hic,ꝙ aliquis tenetur indica
re furē.ad idem.ff.de receptato.l.j.&.ij.C. c.ti.l.ij.ff.de iu.fiſ.ex qui-
buſdam.§.diuus.C.de fal.maiorem.C.de his qui ad eccle. ꝯfu.præ
ſenti.Eſt tamen argu.contra.quia propter hoc poteſt conſtitui,ſi
ue recipi merces.vt patet. ff.de præſcrip.ver.ſolent. ff.de condi.ob
tur.cau.l.iiij.§.fi.Sol.illud verum eſt ſm leges. Aliud enim eſt ſm
canones,quia ſi non indicat,reus iudicatur, vt hic ſm magiſtros
communiter. Quinimmo ēt ſm leges & ſi poſſit merces recipi,
5 vt dictum eſt, nihilominus tamen † iudex ex officio & ex bono
regimine compellit indicare furem.argu.ff.de offi.præſi.l.iij.in fi.
&.l.congruit.ff.de ſer.fugitiuis.l.j.ij.&.iij. ſed nec licet ēt ſm leges
aliquid recipi, ne indicetur. vt. ff. de condi. ob tur. cau. ſi a ſeruo
6 meo. Poteſt ergo † dici ꝙ & ſi is qui ſcit teneatur indicare, & ad
hoc compellendus ſit ſm vtrũque ius, dũmodo ſm canones pe-
riculũ mortis nō immineat,alioquin melius eſſet tacere.xxij.q.ij.
ne quis.tamē & ſm vtrũque ius ad hoc vt etiã indicetur ſine exa-
ctione aliqua,gratis poterit recipi ſpōte oblatum.argu.s̃.de ſimo-
nia.dilectus.ij.in fi.ff.de vari.& extraor.cog.l.j.§.eſt quidem res ſan
ctiſſima.in fi.& ſm hoc intellige contraria ſupradicta, vel dic,vt
not.in Summa.e.ti.ſub rubrica.de condic.fur.§.fi.ver.illud ſcien-
dum.& ſequentibus.& quod hic dicitur iunge ibi.

*SVMMARIVM.*

1 *Fur ſemper eſt in mora.*
2 *Infamia facti, opinionem grauati.*

CAP. V.

EX literis. [Minus caute]. ideo tenetur cuſtos.s̃.
de offi.archid.ea quæ.§.vnico.dic, vt
ibi not.[Longo tempore].hoc non excuſat,ſed accu-
ſat.vt patet.s̃.de eo qui du.in ma. cũ haberet.§.penult.
s̃.de ſimo.nō ſatis.in fi.&.c.cum in eccleſiæ.§.j.[Detinere.]& ma
1 le,immo ſtatim debuit eum reſtituere. † fur enim ſemper eſt in
mora.ff.de condic.fur.in refurtiua.§.j.in fi.&.l.fi.in fi.vnde & ſi qs
rem aliquam inueniat, & neſcit quis ſcit dominus, ſtatim debet
facere præconizari,ſi vult a furti crimine excuſari,vt.ff. eodem ti-
tu.falſus.§.ſolent plerique. ¶[Mandamus].ij.pars. [Sponte].argu.
ꝙ mitius agitur cum ſponte confeſſo,q̃ cum conuicto.arg.hic.&
l.di.preſbiterum.xij.q.j.non dicatis.&.s̃.de elect.innotuit. §.j.ver.
& humilis deuotio.vbi de hoc.[Satisfecerit]. alias pœnitere non
poteſt dũmō habeat.vnde ſuũ,vt patet in eo,quod legitur,& not.
2 j.titu.j.cum tu.§.j.[Nec eſt].ver.[Infamia].facti,quæ † grauat opi
nionem.ff.de obſe.a liberis & lib.præſtan.l.ij.Et a promotione re-
pellit.33.di.laici.&.s̃.de accuſa.omnipotens. cum ſuis concordan
tijs.[Poſt peractam].ver.[Pęnitentiam].quia iam incępit eſſe, qđ
non fuit.l.di.ferrum.&.c.cum exaudiero. [Partem]. ſi.s̃.de tēpo.
or.ex tenore.§.j.[Promouere].diſpenſatiue ſm illos, qui dicunt,
ꝙ peccatum occultũ reddit hominem irregularem. tu dicas de
iure communi ſine diſpenſatione aliqua ex quo peccatum occul
tum eſt,vt patet in eo, quod legitur,& not.s̃.de tēpo. ordi.c.fina.
& de biga.quia circa.

¶De Vſuris. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Concilium generale non poteſt fieri ab inferiore Papæ.*
2 *Conſilij generalis ſimpliciter prolati appellatione intelligitur de lateranenſi*
3 *Mutuum datur in his quæ conſiſtunt in pondere, numero vel menſura.*
4 *Dubii ratione quis excuſatur, quando vltra ſortem recipitur.*
5 *Vſura quandoq; non committitur, licet vltra ſortem aliquid recipiatur.*
6 *Fructus debent ſortem attenuare.*
7 *Fructus intelligitur id quod ſupereſt.*
8 *Pignus ipſo iure liberatur per fructus perceptos.*
9 *Fructus quando non computantur in ſortem.*

CAP. PRIMVM.

PLures clericorum. Et.j̃.[Generalis cō
cilii.]iſtius præſentis.ſ.Turonen̄.cuius eſt hoc
1 ca.generale † tamē appellatur qa Papa Ale-
xander tertius celebrauit, & generaliter con-
uocauit.alius enim inferior non poteſt face-
re concilium generale.ii.q. vi.ideo. 17.diſ.per
2 totum Aliter autem accipitur † concilium generale generaliter
in hoc libro:quia ſemper ſupponit pro lateranen. cōcilio.quod
celebrauit Innoc.Papa.iii.cuius partes no.s̃.de accuſa.ſicut olim.
ver.canonicas regulas.[In clero]. maxime. nam idē & de laycis,
vt patet.j̃.eo.c.i.ii.&.c.pręterea.&.c.cum in dięceſi.& quaſi per to
tum.[Vel hoc].quod ſubiicitur de fructibus.ſ.non computandis.
in ſortem. hoc enim quoddam genus vſurę eſt,vt hic probatur,
cum ſuis concor.no.j̃.e.ver.j.[Vel aliud genus] quia multa ſunt:
quicquid enim ſorti accedit,vſura eſt,quocunque noīe cēſeatur,
vt patet 14.q. iii.c.i.& ii.& iii. & q.iiii.nullus. date ergo mutuũ
3 nihil inde ſperantes.j̃.e.conſuluit.§.verum. quod † mutuum da-
tur in his,quæ conſiſtunt pondere,numero,& menſura.ff.ſi cert.
pet.l.ii.& xiiii.q.iii.vſura.& q.iiii.nullus.j̃.e.in ciuitate. Quandoq;
4 † tamē ratione dubii is,qui vltra ſortem recipit,excuſatur.j̃.e.na-
uiganti.fideiuſſor etiam vſuras,quas ſoluit,repetit. & eſt ratio, vt
legitur & no.s̃.de fideiuſ.c.peruenit.& c.conſtitutus. Sunt & alii
5 multi caſus, † in quibus aliquid ſorti accedit. quod dic vt plene
no.in Summa.eo.tit.§ in aliquo caſu.& j̃.eo.ſalubriter.[Et ſi qs]
ver.[Sub hac ſpecie]ꝙ fructus in ſortem nō computet. eſt enim
hoc vnum genus vſuræ,vt patet s̃.eo.c.reſpon.j.ibi.vel hoc. nam
6 † fructus debent ſortem attenuare,vt hic ſequitur, & probatur j̃.
eo.conqueſtus.& s̃.de pig.cum contra. s̃.de iureiu. ad noſtram.j.
[Deductis expenſis] quæ fuerit cauſa quærendorum & colligen-
7 dorum fructuum.C.de pigno.in ſumma.quia & † id tantũ quod
ſupereſt fructus intelligitur.ff.ſol.mat.fructus.ff.de peti. hære. ſi a
domino.in fi.xii.q.ii.vobis.C.de fruct.& lit. expen. l.i. per fructus
8 autem † perceptos ipſo iure liberatur pignus.C.de pigno. act.l.i.
& ii.C.de diſtrac.pig.l.i.nam ſemper ſortem extenuant.vt in con
cor.ſigna.in præced.glo.Iſtę vero expenſæ non debent eſſe ſuper
fluæ,vt ff.de rei vend.in fundo.& in eo,quod legitur,& no.s̃.de do
lo,& contu.finem.s̃.de procur.cum pro cauſa.& c.auditis. §.cæte
rum.Quid ſi creditor reſtituit rem non deductis expenſis? Reſpō.
poteſt ipſas repetere per condictionē indebiti.ff.de impen.in reb.
dota.fac.l.quod dicitur.§.ſi dos. vel per actionem pignoratitiam
contrariam.ff.de pig.ac.ſi neceſſarias.& adde circa hoc,quod no.
s̃.de pigno.cum contra.& in Summa ipſius titu.§.quando effica-
citer.ver.ſed nũquid creditor.¶[Si autem] ii.pars. [Minus habet]
i.minus percepit.de fructibus ita, ꝙ non æquiparatur ſorti. [Eo
recepto] ſ.quod minus percepit.[Libere] niſi obſtet proprium iu
ramentum.quod dic,vt legitur,& no.s̃.de iureiurã.ad noſtram,j.
¶[Quod ſi poſt] iii.pars.[Conſtitutum] maxime, quia idem erat
& ante,vt patet xiiii.q.iiii.ſi quis oblitus.& j̃. eo.cum tu.reſpon.j.
§.j.[In clero] maxime,vt no.s̃.eo.c.reſpon.i.[Periculum] ſuſpen
ſionis.quod dic vt not.j̃.eo.præterea.§.i.[Niſi forte] ver. [Benefi-
9 cium eccleſiæ] hoc poteſt intelligi quando laicus iniuſte † deti-
net aliquam poſſeſſionem,quæ eſt clerico in beneficium aſſigna
ta,a quo nec aliter recuperari poteſt.argu.s̃.de reb.eccl.non ali.ad
audientiam. in hoc enim caſu licet clerico ipſam poſſeſſionem
obligatam recipere a laico, nec fructus computabuntur in ſor-
tem,nec eſt vſura,quia quod ſuum eſt,percipit.& per hanc viam
forſan ipſa poſſeſſio ad eandem eccleſiam citius,& facilius reuer
tetur. Idem eſſet in decimarum fructibus de licentia eccleſiæ ad
quam ſpectant.s̃.de deci.c.fi.quod dic, vt ibi not. Et idem eſſet in
laico ſi vellet poſſeſſionem redimere propriam de manu iniuſti
detentoris.cũ fructus illius rei ſui ſint.Secus ſi eſſet poſſeſſio alie-
na,quia tunc fructus eſſent computandi in ſortem,ſicut & cleri-
cus computare deberet,ſi nō eſſet ſibi poſſeſſio pro beneficio aſſi
gnata.Quid ergo,ſi laico daretur poſſeſſio alterius laici ſic detenta
ab illo cuius eſt res in feudum, vel beneficium ad vitã ſuam? Pu
to,ꝙ dummodo in fraudem non fieret, hoc liceret,nam & tunc
perciperet fructus ſuos,& ſic eſſet eadem ratio,ergo idem ius.s̃.de
conſan.tua.Vel intelligitur hoc de beneficio.i.de feudo,quod te-
netur ab eccleſia,quod ſi ipſa recipiat obligatum, non computat
fructus

ADDITIO.

2 ¶Adde bo.glo.in ſum.xiiij.q.iij.



fructus in ſortem,vt hic.&.j̃.e.conqueſtus.in fi.& ſm.d n.hoc in
ductum eſt in odium feudorum eccleſiaſticorum, cum non li-
ceat res eccleſiæ alienare ſine neceſſitate. xij.q.ij ſine exceptione.
& feuda gratioſe dentur.s̃.de feudis. c.ij.& vt talis alienatio faci-
lius reuocetur. argu.s̃.de his quæ fi.a præla.ſine conſen. capi.cum
apoſtolica.§.auctoritates.Vel intelligitur,quando ſeruitiũ, quod
ratione feudi facit,quaſi æquiparatur valori fructuum,vel quan-
do feudum datum eſt in caſu illicito, alioquin eſſet contra illud
euangelicum mutuum dantes &c.j̃.e.cōſuluit.§.verum.ſm.d.n.
Tu dic,vt plene no.de hac materia.s̃.de feudis.c.j.nam & do. no.
in hoc.c.quod ibi dixerat,reuocauit.

*SVMMARIVM.*

1 *Mutuum date nihil inde ſperantes.*
2 *Idolatria vix euitatur in diligendo pecuniam.*
3 *Vſura eſt contra charitatem.& pietatem.*
4 *Perceptio fructuum,ſorti ęquiparatur.*

CAP. II.

QVoniam. [Quibuslibet aliis]. vt no.s̃.ca.j.rñ.j.
[Periculoſum]. prohibita eſt enim
vſura in nouo & in veteri teſtamento. j̃.eo.ca.i.&.c.
1 ſuper eo.† date ergo mutuum nihil inde ſperantes.j̃.
eo.conſuluit.§.verum.quod omnibus dictum eſt, & illud qui pe
cuniam ſuam non dedit ad vſuram. xiiij.q.iiij. quoniam multi.
& ideo & ita generaliter omnibus prohibetur:quia,ſi liceret eam
accipere,omnia mala inde ſequerentur, nec intenderent homi-
nes poſſeſſionum culturæ,niſi quando aliud facere non poſſent,
nam ſi haberentur terræ,non haberentur animalia, vel inſtrumē
ta,quia pauperes non poſſent emere, diuites nollent,ſed potius fę
nerare,tum propter ſecuritatem,tum propter maius lucrum, &
ſic tanta eſſet cariſtia ꝙ homines famę perirent:hoc videtur tan
gi.j̃.e.c.j.rñ.j.& hoc eſſet fidelibus ſummum periculum,ideo Da-
uid potius elegit peſtem,quę cōmunis eſt omnibus pauperibus.ſ.
& diuitibus,quam famen, vel inimicorum perſecutionem, qui-
bus tm̄ pauperes premerētur,nam diuites poſſent habere victua-
lia,vnde non timerent paupertatem,& fortalicia,vnde non time
rent inimicorum perſecutionem.ij.Regum. 24. c.Itē alia cauſa
eſt, quia obligatos ad vſuras vix euadit. quin incidat in nimiam
paupertatem,quia nimis periculoſa eſt, niſi paupertatis deſideriũ
ex ſpeciali dono alicui concedatur,vnde Salomon Prouer.30.a.
Diuitias & paupertates ne dederis mihi &c. Item & alia mala
2 ſequuntur, quia † in diligendo pecuniam vix idolatria euitatur,
3 vt patet.s̃.de præben.auaritiæ.47.diſt.omnis.&.c. ſicut hi.† Prohi
betur etiam,quia eſt contra charitatem & pietatem, qua teneor
proximo ſubuenire. iuxta illud Matth.xix.d. Diliges proximum
tuum ſicut teipſum.¶[Authoritate pręſentium].ij.pars.[Vel arbo
ribus].ſic.s̃.ca.proxi.cum ſuis concordantib. C. de pac.pigno.l.j.
& fi.ff.de pigno.act.ſi conuenerit. s̃.de cōtrahen.empt.ad noſtrã.
4 [Ad eadem].ver.[Reſtituenda]. ſi perceptio † fructuum æquipa-
ratur ſorti,alioquin ſoluto ei quod vnus perceperit.s̃.eo.c.j.§.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſuræ omni iure prohibitæ ſunt.*
2 *Vſurarij publicati, notorij reputantur.*
3 *Vſurarij quibus pęnis afficiantur.*
4 *Vſurarius citius facit eleemoſinam in animæ ſuæ detrimentum, quam reſti-
tuat vſuram in animæ ſuæ ſalutem.*

CAP. III.

QVia in omnibus. [Multi]. propter hoc
nō excuſantur,nec mi
nus ardebũt.32.q.7.flagitia.ij.q.j.multi.in fi.quod dic,
vt not.s̃.de tem.ord.c.ij.[Prætermiſſis]. tam cultura,
quã aliis quod valde periculoſum eſt,vt legitur,& not.s̃.eo.c.pro-
xi.rñ.j.[Et qualiter].ver.[Vtriuſque teſtamenti].ſic.j̃.eo.ca.proxi.
In nouo enim dicitur, mutuum dantes nihil inde ſperantes.j̃.e.
1 conſuluit.§.verum.† In veteri vero,qui pecuniam ſuam non de-
dit ad vſuram. xiiij.q.iiij.qm̄ multi. Quinimmo & iure ciuili in-
telliguntur prohibitę,nam Iuſtinianus dicit quatuor generales ſy
nodos,ſicut leges ſeruãdas.in Auth.de eccle.ti.rñ.j.coll.9.Nicena
vero eſt vna de quatuor.xv.diſt.ſicut.in qua prohibentur vſurę ēt
laicis.xlvii.diſtin.qm̄ multi.& clericis multo fortius. vt.xiiij.q.iiii.
quoniam multi.in talibus etiam non dedignantur ſacræ leges ſa
cros canones imitari.in Auth.de eccle.tit. §.ſi vero eccleſiaſticũ.
coll.vj.& in Auth.quomodo opor.epi. §.j.in prin.Certum eſt.n.
ꝙ iure canonico prohibentur.vt.xiiij.q.iiij. &.v.& hic.per totum.
¶[Ideoque conſtituimus].ij.pars.[Manifeſti].i.notorii iuris,vel fa
cti.s̃.de cohabi.cleri.& muli.c.fi.vel per famam cum aliis augmē
tis,quæ ſufficiunt ad hanc pœnam infligendam,& publicationē
2 per eccleſiam faciendam, & ex quo ſic † publicati erunt, noto
rii reputantur.j̃.eo.cum in diœceſi.[Ad communionem]. ideſt
3 ad recipiendum corpus Chriſti. ſic.s̃.titu.j.capi.j.in fi.Et † eſt pri-
ma pœna.[Nec chriſtianam].ver.Et eſt ſecunda pœna.[Deceſſe
rint].ſine pœnitentia,vel ſignis ipſius, vt no.s̃.titu.j.ca.i.§.vnico.
[Sepulturam].idem eſt in quolibet,quem conſtat in mortali pec
cato deceſſiſſe.23.q.v.placuit.xiii.q.ii.pro obeuntibus. xxi q.iii.Cy
prianus.s̃.de ſta.mona.ſuper quodam. & hoc eſt verum, ex quo
ſunt per ſententiam publicati, vel per eccleſiam eſt pęna huiuſ-
modi irrogata,nec enim eſt canon iſte latæ ſententiæ,ſed ferēdę.
vt patet.j.e.cum tu.& c.cum in dięceſi.[Sed nec oblationes].ver.
Et eſt hæc tertia pœna. ſi. xc.diſ.oblationes.xvii.q.iiii. miror.s̃.de
rapto.ſuper eo.§.fi.Imponitur & quarta pœna, quia & ſi ſic non
deſtiterint,ſunt excommunicandi. j̃.eo.præterea.s̃.de iureiuran.
debitores.&.c.ſeq.& ſi talis vſque ad mortē in pertinacia ſua præ-
ſtiterit forſan idē iuris eſt quod in raptore, ſuper quo vide,quod
legitur,& not.s̃.de rapto.ca.ii.[Quiſquã].clericorum. s̃.de rapto.
ca.ii.§.penulti.in fi.& §.fi.¶[Qui autem].iii.pars.[Acceperit].qui
cunque clericus fuerit. [Tradiderit]. quicunque fuerit presbiter.
[Reddere].ſed cui nonne danti? Dixit Ala.ꝙ non.argumen.xvii.
quæſtione.iiii.ſunt qui.xii.q.ii.nulli liceat ſed epiſcopo. Alii dicũt
ꝙ ei,qui dedit,credendum eſt,vt poſtea reſtituat ei, a quo recepit
argu.j̃.e.cum tu.§.i.s̃.de homici.ſicut dignum. §.eos inſuper. &
hoc magis approbat.B.Tu teneas opinionē Alani. vt ſcilicet epiſ
copo reddatur,per cuius prouidentiam ei,a quo extortum eſt, ſi
reperitur,reſtituatur,alioquin pauperibus erogetur.arg.xx.q.iii.cō
ſtituit.& in eo quod le.& not.s̃. de iudi.cum ſit nimis abſurdum.
4 §.officiali.ver.donec. Vſurarius † enim ſuſpectus eſt mihi,non er
go reddam ei, nam citius facit elemoſinam in animæ ſuæ detri-
mentum,q̃ reſtituat vſuram in animæ ſuæ ſalutem,ſicut aliquo-
ties ſum expertus. [Suſpenſus].videtur, ꝙ canon iſte ſit latę ſen-
tentię.quod ſi verum ſit,& ſic ſuſpenſus celebrat,irregularitatem
incurrit,& ideo eſt deponendus.j̃ de cle.excom.mini. c.i.ii. &.iij.
s̃.de rapto.ca.ii.in fine.s̃.de hære.excōmunicamus.§. ſane clerici.
ſed hanc pœnam non incurrit, niſi quando vſurario eſt per ec-
cleſiã s̃.dicta pnīa inflicta,vt no.s̃.eo.§.i.verſi.nec chriſtianã.Alii
intelligũt, ꝙ nō ſit canon latæ ſentētiæ,ſed ferendę qđ benignius
eſt,& ſatis poteſt colligi per ſupradicta iura.&.xxx.diſtin.per totũ
& patet in eo,quod no.s̃.eo.ca.§.i.ver.nec chriſtianã.nam ſi prin
cipalis.ſ.vſurarius non incurrit ſupradictas pœnas ipſo iure,vt ibi
not.multo minus talis clericus.arg.ff.de regu.iur. cum principa-
le.&.s̃.de conſti.translato.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſura prohibetur non tantum in exercente,ſed etiam in recipiente.*
2 *Prætextu boni non eſt malum committendum.*
3 *Peccatum quod in ſe eſt, nullam compenſationem admittit.*
4 *Mendacium minus crimen eſt,quam vſuræ.*
5 *Vſuras tam qui recipit,quam qui concedit mortaliter peccat.*

CAP. IIII.

SVper eo vero. Et.j̃.]Hoc eſt, quod a nobis
tua diſcretio poſtulauit,vtrũ
poſſit in recipienda pecunia ad vſuras fieri diſpenſa-
tio,vt pauperes, qui in ſaracenorũ captiuitate tenen
tur,per eandem poſſint pecuniam liberari, tibi reſpondemus, ꝙ
cum vſurarum &c.vt ſequitur.ſic enim in integra continetur.ex
tra.e.titu.& ita non fuit hic quęſtio,vtrum liceat dare pecuniam
ſuam ad vſuram huiuſmodi pietatis prætextu,ſed an liceat recipe
re alienam,& rñdetur,ꝙ non,[Vtriuſque].ſcilicet teſtamenti no
ui & veteris,vel vtriuſque iuris naturalis canonici & ciuilis,vt po
teſt intelligi in eo,quod no.s̃.ca.proxi. rñ.i. ca. quoniam non ſo-
1 lum.rñ.i.[Diſpenſationem]. non ſolum † quantum ad exercen-
tem,ſed etiam q̃tum ad recipientem,vt eſt quęſitum.& no.j̃.quia
2 † prætextu boni non eſt malum committendum.i.q.i.nō eſt pu-
tanda.xxxiii.q.v.ſi dicat.xiiii.q.v.c.i.&.iii.&.c.neque.ſed potius de-
bet homo omnia mala mundana tolerare,q̃ peccato mortali cō
ſentire.xxxii.q.v.ita ne.s̃.quod metus cau.ſacris.Niſi quando duo
occurrunt,quorum alterum ineuitabile eſt,tunc enim eligendũ
3 eſt minus malum.xiii.di. nerui. id ergo quod † in ſe peccatũ eſt,
nullam compenſationem admittit,vt hic.s̃.de tranſac.c.fi.§.i.Si-
gnatur tamen contra.xxviii. q. i.non oportet.Sed illud ſolue, &
dic,vt plene no.s̃.ne cleri.vel mona.non magnopere. ¶[Quia cũ
ſcriptura].ii.pars.[Sacra].i.canonica.vt patet,22.q.ii.ne quis arbi-
tretur.& ca.primum.[Vita] imminente.ſ. morte propinqua.i.ſe-
paratione corporis & animæ:quia is, qui eum quærit, ad ſtatim
occidendum quærit illum, vt in præmiſſis concor.aliter ergo ſu-
mitur hic vita.& aliter.j̃.§.i.vt ibi not.[Mentiri].quod dic,vt ple-
ne not.in Summa de pœni. §.quæ interrogationes, ſub. §.dixiſti
nunquam mendacium. ¶[Multo magis].iii.pars. [Quis]. ideſt
quilibet.ſiue vnuſquisque.vt.s̃.eo.quoniam.in princ. [Redimen-
da].quia maius periculum apparet in morte imminenti, quam
in redemptione captiui,& minus crimen eſt mendatium quam
4 † vſura, ideoque ſi pro liberatione mortis imminentis non licet
mentiri,quod minus eſt,vt.s̃.§.proxi.multo minus pro redimen
do

ADDITIO.

2 ¶Adde Henri.Bo.s̃.ne cle.vel mo.non magnopere.

do captiuo non licet fœnerari, quod maius eſt peccatum. ar-
gu. a minori. vt ſupra. de elec,cum in cunctis.in prin. [Vita].i.li
bertate vitę. nam licet captiuus ſit,viuit,nec imminet mors pro-
pinqua,ergo aliter ſumitur hic in vita,aliter ſupra. §. proxi. vt ibi
not.[Inuoluatur.] ipſas vſuras exercendo, vel pecuniam ad vſurā
5 recipiendo,ſicut quęritur in deciſione.vt.ſ̃.no.†Peccat ergo mor-
taliter non ſolum qui vſuras recipit,ſed etiam is,qui ipſas ſoluere
promittit. Sed quid ſi vſurarius paratus eſt pecuniā ſuam alij tra-
dere ad vſuram,qui ipſam luxurioſe expēdet, & ille alius paratus
eſt eam recipere, ego vero hoc videns recipio eandem pecuniā
ad vſuram,vt inde paſcam pauperes famę morientes,vel eccleſiā
ædificem, vel emam calicem miniſterio domini perpetuo de-
putandum? Hic videtur, quòd licitum ſit vſuram recipere pro-
pter maius bonum, quod ſequitur ex opere virtutis,quod factu-
rus ſum ex mutuo vſurario.Quinimo in tali caſu poſſum rogare
vſurarium, vt mihi mutuet ſub vſuris dicendo, ꝙ licet ſemper ſit
peccatum dare mutuum ad vſuras,minus tamen peccat,ſi dat ad
opus bonum exercendum,quam malum:ſi vero viderem vſura-
rium paratum ad pęnitētiam, vel,ꝙ non inueniret aliquem,qui
ab eo reciperet ſub vſuris,tunc, quamtumcumque intendam de
tali pecunia bonum facere, debeo modis omnib.abſtinere a tali
mutuo contrahendo. Quidam vero ſtant huic literę indiſtincte
dicentes,ꝙ in nullo caſu poſſunt recipi ſine peccato. ſed hęc opi-
nio nimis rigida eſt, quinimmo & ſi vera eſſet indiſtincte, certū
eſt,ꝙ iuramentum non obligaret iurantem.22.q.4.ſi ad peccatū.
& c.ſequētibus. & tamen obligat, vt legitur & no.ſ̃.de iureiuran.
c.j.&.c.debitores.In hac ergo materia conſideranda ſunt tempo-
ra,loca, perſonę,& cauſę,quia inter duo peccata ſemper, qđ ma-
ius eſt,ſi vtrumque vitari nequeat,eſt vitandum.ad hoc 29.diſt.c.
j.&.2.ſ̃.de tranſac.c. fi.13.diſ.nerui.Pauci tamen ſunt,qui auertāt
hoc eſſe peccatum recipienti ad vſuram, ſed danti tātum,& ideo
pauci eorum,qui mutuum ad vſuram recipiunt hoc peccatum
confitentur. Certum eſt tamen,ꝙ non ſolum ille,qui dat, ſed &
qui recipit, participat in peccato, vt hic probatur expreſſe, ad
hoc enim notandum dicit hic inuoluatur. ſcilicet vna cum vſu-
rario, qui pecuniam dat, & argu. ſ̃.de homici. ſicut dignum.§.il-
li etiam. ſ̃.de ſimonia.non ſatis. §.j.& c. quoniam ſimoniaca.§.j.
etenim ſi non eſſet, qui reciperet, non eſſet,qui daret, tenetur er-
go recipiens mutuum ad vſurā, ſicut & dans.ar. ff. de receptato.
6 l. j.& 2. & C. de his qui latro.vel alios reos occul.l.j.& ij.nam†&
qui occaſionem peccati dat, peccatum comittit.argu,j̃.de iniu.c.
fi.§.fi.& tamē is,qui recipit,non intendit participare in crimine,
ſed tantum neceſſitati ſuę prouidere, vnde & videtur, qđ non
7 peccet.argu.15.q.6.c.j.ad fi.†ſed non propter hoc excuſatur a to-
to,& ſi excuſetur a tanto,quod dic,vt legitur,& not.ſ̃.quod metus
cau.ſacris.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarij qua pœna puniendi ſunt.*
2 *Vſura ſi neſcitur cui reſtituatur, quid agendum eſt.*
3 *Vſura per prouiſionem Diœceſani pauptribus erogatur.*
4 *Vſurarius an teneatur mittere vſuras abſenti a quo recepit,et cuius expreſis.*
5 *Vſuraria pecunia ſi quod fuit emptum reſtituendum eſt.*
6 *Res ſuccedit loco precij, & econtra.*

CAP. V.

Cvm tu manifeſtos. Ideſt notorios. [Decretum]. ſ̃.
eo.in omnib. [Priuandos.] ſic ergo non patiūtur hāc
1 pęnam †ipſo iure vſurarij, & ſi notorii ſint,immo eſt
per eccleſiam infligenda, vt patet hic.&. j̃.eo. cum in diœceſi,in
fi.& ſic iſtud decretum non eſt canon latę ſententiæ,ſed ferendæ,
vt no.in ipſo.ſ̃.eo.quia in omnibus.§.j.ver.nec chriſtianam. [Do
nec reddiderint.] non eſt de verbis ſententiæ. nam ſi ſic lata eſſet,
quācito reddidiſſent ipſo iure, eſſent primo ſtatim reſtituti.lxxxj.
diſt.ſi qui præsbiteri ſunt. & patet in eo, quod legitur, & not.ſ̃.de
vita & honeſta.cle.c.fi.ſed eſt de efficacia ſententiæ. q.d. ſeruanda
eſt ſententia vſque ad condignam ſatisfactionem.vt.j̃.e.præterea.
§.fi.ſ̃.de rapto.ca.j.j̃.de verbo.ſignifica.ex parte.j.& c.cum olim.&
etiam poſtquam ſatisfecerint,quouſque ſententia fuerit relaxata,
vt ibi. & j̃. de ſentē.excom.cum deſideres. §.j.nam præter hoc eſt
ei pęnitentia imponenda, vt patet in eo, quod not. ſ̃.de homici.
ſicut dignum. §.eos inſuper.ver.j.ad fi.[Quidam.] ver. [Eorum.]
ſcilicet,fœneratorum.[Excuſandas].ſi.j̃.de exceſ. præla.inter dile-
ctos.§.j.16.q.j. prædicator. ſ̃.de conſue. quanto.[Imprudenter.]id
eſt inſipienter & iniuſte,alias impudenter.i.inuerecūde.q.d.erube-
ſcere deberent de tali excuſatione. [Affirmant.] & male quantū
ad mentem, vt patet.j̃.§.fi.in princi. & ſ̃.de conſti.cognoſcentes.
nos tamen non verbis,ſed rebus legem imponimus. C. commu-
nia.de leg.l.ij.in fi.¶[Super his].ij.pars. [Siue ante.] trahitur enim
retro conſtitutio in hoc caſu, quia & ante ipſam hoc damnatū
erat vtriuſque iuris pagina, vt patet. ſ̃.eo.ca. proxi. reſpō.j.& c.qa
in omnibus.rū.j. 14.q.iiij.quā multi. De qua materia dic, vt plenę
no.ſ̃.de conſti.c.fi.[Per pęnā]hęc eſt illa pęna & illa clauſula,quę
quotidie apponitur in reſcriptis apoſtolicis contra vſurarios im-
petratis,& annectitur nihilominus alia attentius prouiſurus &c.
quæ habetur j̃.eo.Michael.& elicit ex eo,qđ legi.j̃.eo. quia fruſtra.
Notandū ergo,ꝙ eccleſia hac pęna ab initio eſt cōtēta,& ſi non ꝓ
deſt,ad excōmunicationē ꝓcedit. j̃. e.ꝑterea.in fi.ſ̃. de iureiurā.ad
noſtram. j.& ſic creſcente contumacia, creſcere debet & pena
ſ̃.vt lit.non conteſta. quoniam.§. fina.vbi de hoc.[Hæredibus] ſi.
reperiantur, & ſic continuatur ſequens ver. [Vel his]. ver.[Non
2 ſuperſtitibus],ſed neſcitur † qui ſunt.puta pręda magna facta eſt,
vt aliqua ciuitas vaſtata iniuſte:is,qui damnum dedit,bene ſcit ſe
damnum dediſſe,& æſtimationem damni,quod dedit ſed neſcit
cui,vel partis prædæ,quę ad ipſum peruenit,ſed neſcit,cuius eſſet.
In his enim caſibus debet æſtimationem congruam ſ̃m ſanam
conſcientiam & ante plus quam minus,epiſcopo reddere, & ſic
3 poteſt abſolui.[Pauperibus erogare]. ſubaudi † per prouiſionem
a diœceſani [a] iſte enim caſus ei reſeruatur.vt.ſ̃.de iudæis.cum ſit ni
mis abſurdum.§.fi.ver.donec.vbi de hoc. & in concor.ibi ſigna.
& ſ̃.de teſtamen.tua.&.ſ̃.eo.quia in omnibus. §.fi.C.de epiſco.&
cleri.nulli licere. &.l.ſi quis ad declinandam. hoc ideo ne hanc
pecuniam imburſent,vel alias male erogarent ſimplices ſacerdo-
tes.Nec prodeſt,ſi dicas,ꝙ aliquis ſacerdos inuenitur, qui melius
ſibi cauebit,q̃ multi epiſcopi,ſufficit enim, ꝙ aliquis inueniatur,
qui minus caueret,vel nō ita bene.arg.opti.Inſti.de autho.tu.rū.j.
§.j.ibi,neque tamē hæreditatem &c.alioquin eadem ratione poſ
ſes auferre generalem prouiſionem & ordinationem totius diœ-
ceſis alicui epiſcopo, & ipſam concedere aliis ſacerdotibus infe-
rioribus,qui melius prouidebunt,quod nō eſt ſentiendum. x.q.j.
regenda.&.c. decernimus. & ſi hoc non eſt ſentiendum de toto,
ergo nec de parte.argu.ff.de rei vendi. quæ de tota. &.ſ̃.de offi.de-
le.paſtoralis.§.j.Illud autem notandum,ꝙ hæc erogatio potius de
bet fieri pauperibus illius loci,in quo datum eſt damnum,vel cu
ius habitator erat is,cui facienda eſſet reſtitutio,q̃ extraneis. tum
quia melius eſt, ꝙ vicini vtilitatem exinde ſentiant, q̃ extranei,
arg.C.de ſerui.l.ij.in fi.&.l. præſes prouinciæ. tū quia veriſimilius
eſt,ꝙ inter illos inuenietur is,cui damnum datum eſt, vel hęres
eius,q̃ inter extraneos.& illis.ſ.hæredibus,ſi vnquam reperiri poſ
ſunt,eſt reſtitutio facienda, vt præmiſit.& probatur.ſ̃.de homici.
ſicut dignum.§.eos inſuper.[In facultatibus].alioquin in pęnam
aliam commutetur.j̃.de maledi.ſtatuimus.§.j.ver.penult. Sed cō
tra.j̃.e.§.j.quod dic,vt ibi not.&.ſ̃.de homici.ſicut dignum. §.eos
inſuper.[Beati auguſtini].xiiij.q.vj.c.j. & eſt ſi.arg.ſ̃. de iureiuran
ſicut.&.j̃.quod dic,vt not.ſ̃.de iudæis.cum ſit nimis abſurdum.§.
4 fi.[Reſtituatur].Hic habes notabile ſciſſum.Sed pone,ꝙ ille †cui
facienda eſt reſtitutio abſens eſt, & longe diſtat ab vſurario,nun-
b quid tenetur vſurarius [b] mittere pecuniam reſtituendam? Sic,ſed
ſumptibus abſentis.ar.ff.de op.liber.opere enim. ſi autem ſum-
ptus itineris rei ſummam excedat det pauperibus. arg.eius quod
præcedit.&.ii.q.vj.anteriorum.ſed ſi abſens vagatur, non tenetur
eum ſequi.arg.ff.de oper.liber.ꝙ niſi.in fi.ſ̃m.B.Tu dicas, ꝙ cum
vſurarius malefidei poſſeſſor ſit refert, vtrum ſe transferat alibi,q̃
vbi vſuras exercuit, & tunc propriis ſumptibus tenetur mittere.
An is,a quo extorſit,ſe alibi tranſtulerit,& tunc expenſis ipſius ab
ſentis mittetur nuntius, prout diſ.lex de rei vendica. ſi res. &.l. ſi
vero.&.l.ſeq.ff.de lega.j.cum res.§.j.ff.de eden. prætor ait. §.fi.&.l.
ſeq.& adde quod not.ſ̃.de teſtamen. iudicante. ¶[Ili. autęm].iii.
pars.[In facultatibus].licet autem amiſerint vſuras,nihilominus
tamen tenentur propter moram,quæ illis nocere debet.vnde oīa
reſtituere debent,dummodo alias habeant, vnde poſſint. ff.de vi
& vi arma l.i.§.rectiſſime.ff.de leg.j.cum res legata. Vbi autem ni
hil habent,liberantur ex toto,vt hic, dummodo cedant bonis,in
quo caſu,ſi ad pinguiorem fortunā peruenerint,tenētur,vt prius.
ff.de ceſ.bo.debitoris.& argu. 26.q.6.ſi quis de corpore. & c.de his
vero.ſ̃.de ſolu.Odoardus.& inſolidum.nec enim habebitur ratio
ne egeāt, licet ex quo ceſſit quis alias haberetur.ff.de ceſ.bo.is qui
ſ̃m Ala.[Vlla pœna].ſ.excommunicationis, vel ſupradicta, vel
alia ſpirituali,nam temporali.vel corporali poſſet puniri,& ſic in
tellige qđ no.ſ̃.§.proxi.ver.fina.ſuper verbo.in facultatibus.[No-
ta paupertas].ex quo ceſſerit.arg.ſ̃.de ſolu. Odoardus. ff.de dolo.
nam is.ſ̃.de reſtitu.ſpolia.olim.ii.nam alias vix nota eſt,ꝙ ſi nolit
cedere,forſan verberibus poterit veritas extorqueri. v.q.v.illi qui.
xiiii.q.vj.c.i.ſ̃.depoſiti.c.i.§.penulti.vbi de hoc. ¶[Poſſeſſiones ve-
ro].iiii.pars.[Et ipſarum precia].Ex hoc videtur, ꝙ ad quemcun
5 que perueniat † res empta de pecunia vſuraria tenetur eam reſti
tuere,vnde & hic dicitur,ꝙ hæredes talem rem vendant, & pre-
6 tium reſtituant, quia & res † ſuccedit loco pretii, & pretium lo-
co rei.ff.de lega.ii.imperatores.in fi.ff.de lega.iii.fideicommiſſa.§.
ſi rem ſuam.ſ̃.vt lit.pen.eccleſia.i.&.ii.vbi de hoc.Et hoc quidam
intelligunt indiſtincte.Alii,vt Ala.dicunt hoc eſſe verum, vbi ex
cauſa

ADDITIONES.

a ¶Diœceſani.Adde an vſuræ, vel alia quæ ſunt eroganda pauperibus debeant per manus epiſcopi vel alterius erogari.per do.Henri.Bo.hic in.iij.diſtin.

b Vſurarius an teneatur mittere vſuras abſenti,a quo recepit, & cuius expen. vide hic Henri.Bo.in ſecunda diſt.



cauſa lucratiua res peruenit ad aliquem, puta, quia ſibi data eſt,
vel inſtitutus eſt hæres.arg.ff.de his quæ in frau.credi.ꝙ autem.§.
ſed ꝙ cum pupillo.& j̃.e.tua nos.§.vnico.& in fi.Si autem ex one
roſa,puta,quia emit,vel permutauit,tunc non tenetur.arg. C.de
in deli.ſancimus.§.ſed ſi legatarij.C.de codi.l.fi.§.pen.in fi.niſi di-
cas hic eſſe ſpeciale,ꝙ res empta ex pecunia fœnebri ex hoc affi
ciatur,vel illi,qui dedit pecuniam, acquiratur, ſicut & pecunia
militis.C.de rei ven.ſi vt proponis.& pupilli. C.de arbi.tut. l.iii.&
eccleſiæ.ſ̃.de pecul.clericorum.inquirendum.vbi de hoc.alias.n.
regulare eſt,ꝙ res,& ſi ex pecunia tua ematur, tibi non acquirit,
niſi & tuo nomine empta eſſet.C. de rei vend.ſi ea pecunia.C. de
proba.ad probationem.ff.de fur.qui vas.& iunge. j̃.eo. tua nos.§.
vnico.[A pœna illa]ſ̃.eo.quia in omnibus. [A peccato].i.a pœ-
na temporali, quam patitur pro peccato, æterna enim nunquā
ſine contritione,& per illam ſolam aboletur. quod dic, vt not.ſ̃.
de rapto.c.ii.§.pen. ver.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſura committitur in his quæ conſiſtunt in pondere,numero vel menſura.*
2 *Contrahentibus vſque ad dimidiam iuſti pretii licet ſe decipere.*
3 *Res tantum valet, quantum vendi poteſt.*
4 *Pretia rerum non ex affectu ſingulorum,ſed communiter extimantur.*
5 *Vſura eſt,ſi quinque pro ſex quis recipit.*
6 *Vſura vera conſiſtit in mutuo.*
7 *Vſuram an committit vendens rem plus,quam valuit ratione temporis.*
8 *Animæ quod eſt tutius in dubio eſt ſequendum.*

CAP. VI.

1 IN ciuitate. [Piper,ſeu cinnamomū]in ta-
libus enim committitur †vſu-
ra, quæ conſiſtunt pondere, numero, & menſura,
vt no.ſ̃.e. c.j. j. reſpon. [Quæ tunc] ſcilicet tempo-
re contractus,qui ſpectandus eſt, quando quæritur de æſtimatio
ne rei emptæ, vt le.& no.ſ̃.de contrah.emp.cū cauſa.in fi.[Quin-
que libras]non decepti iniuſto pretio, ſed ſcienter plus emit pro-
pter dilationem ſolutionis, ſi enim decepti eſſent dando vltra iu-
2 ſtum pretium,non haberet ſpeciem vſuræ,quia †vſque ad dimi-
diam iuſti pretii licet contrahentibus ſe ad inuicem decipere. ff.
de mino.in cauſæ.ij.§.penul.Vbi vero vltra dimidiam iuſti pretij
quis decipitur,eſt in voluntate decipientis rem reddere, vel iuſtū
pretium ſupplere.C.de reſcin.ven.l.ij.quod dic,vt plene not. ſ̃.de
contrahen.emp cum dilecti.& c.pen. [Non valent]immo vide-
3 tur,†ꝙ tantum valet,quantum vendi poteſt.ff.ad Treb.l.j.§. ſi hę
res.ff.ad legem Fal.quærebatur.ff.de fur.ſi quis vxori.§.fi. ff.de do-
na.cau mor.l.mortis cauſa.§.fi.ff.ad leg.Rho.de iac.l.ii. §. portio.
quod & verum eſt communi pretio conſiderato non affectu
4 ementis,quia † pretia rerum non ex affectu ſingulorum, immo
communiter æſtimantur.ff.ad legem Falc.pretia.ff.manda.cum
ſeruus.intelligas ergo, ꝙ hic dicit non valet, ſubaudi communi
pretio æſtimato.[Et promittunt]ver.[Accipiunt ſex libras] & ſic
5 videtur eſſe vſura.†ſicut ſi quinque pro ſex recepiſſet.xiiii. q.iii. ꝑ
totum.¶[Licet autē]ii.pars.[Ex tali forma] ſi.ſ̃.de pig. illo vos.&
ſic forma contractus conſideranda eſt, quia omne eſſe creatum
habet recipere ſuum eſſe ex forma, ſed hoc non eſt ſemper verū
in caſu iſto,vt hic dicitur. ſecundum B. [Nomine vſurarum].i.
6 vſurarius,quia venditio eſt & non mutuum, †in quo tātum vſu-
ra vera conſiſtit.ar.xiiii.q.iii.c.j.& ii.& j̃.e.conſuluit. §. verum.vel
7 ideo non cenſetur† vſurarius, quia is, qui vendidit,dubitare po-
tuit,vtrum merces eſſent plus,vel minus ſolutionis tempore vali
turæ.vt j̃.eo.§. ver.fi.& ſic excuſatur.j̃.eo.nauiganti.ſi tamen cre-
debat,ꝙ minus valebant,mentaliter vſurarius eſt. ſ̃. de ſimo.tua
nos.& c.fi.j.q.j.qui ſtudet.xiiii. q.iii.per totum.Item ſi dubitabat,
& tamen ſtatim communi pretio volebat vendere, ſed propter
prorogationem ſolutionis vendidit carius, vſurarius eſt menta-
lis.j̃.eo c.fi §.fi.vbi de hoc.Ideoque & ſi talis in iudicio contentio
ſo non cogatur,vt hic,in iudicio tamen animæ ad hoc reſtituen
dum eſt efficaciter inducendus,vt patet ex ſequentib.& j̃. eo.con
ſuluit.§.& an negotiator.& §.fi.[Vſurarū] Ex his verbis ſatis col-
ligitur,ꝙ ſi quis emat redditus alicuius caſtri ad vitam ſuam tenē
dum,vel ad certum tempus,vel etiam ſibi & hæredibus ſuis,dum
modo redditus annuus communi æſtimatione non excedat red
ditum,quem habere poſſet,ſed tātum de tanta pecunia emiſſet,
licitus eſt contractus;ſi vero excedat communiter, illicitus eſt.&
ar.j̃.e.conſuluit.Alii dicunt, ꝙ quando in perpetuū emit,ſemper
licitus eſt contractus,quia licitum eſt contrahentibus decipere ſe
in pretio.ff.de mino.in cauſæ.ii.§.pen.ſecūdum do.no.qui & plu
ra alia hic notauit de hac materia.Tu vero breuiter dicas,ꝙ tales
contractus ſiue in perpetuum, ſiue ad tempus ad certum cenſū,
vel ſine,regulariter liciti ſunt & cōceſſi.C.de ſacroſ. eccl. iubem⁹.
C.de hær.vel act.ven.per totum.C.de vſur.ſi ea. ff. de hær.vel act.
ven.cum hæreditatem.& l.ſeq.ſ̃.de precar.c.i.& ii.ſ̃. de locato.ca.
penul.& ſi. ſ̃.de ſimo. querelam. cum ſuis concord. Dummodo
neuter decipiatur vltra dimidiam iuſti pretii,vt no. ſ̃.reſpon.j.&
dummodo in fraudem vſurarum nihil fiat,alioquin contra.ſ̃.de
contrahen.emp.ad noſtram.ff.de act.emp.& ven.Iulianus.vlt.co
lum.§.idem Papinianus.C.de vſur.eos qui. & no.j̃.e.tuas.in fi.ad
quod accedit.C.de pac.inter emp. & ven. l.ii.& l.cum te fundū.
[Peccatum].i.in conſpectu Dei, & ideo inducendi ſunt in foro
pœnitentiali,vt exinde ſatisfaciant,vt innuit.j̃.e.§.fi.& no.ſ̃.eo.§.
ſuper verbo,nomine[Niſi dubium ſit]ver.Veriſimiliter & is,qui
vendit,non erat tunc temporis venditurus.vt j̃.e.c.fin.§.j.& §.fin.
quorum mentem pauci obſeruant,& ideo tales contractus peri-
culoſi ſunt,vt innuit.j̃.§.j.¶[Et ideo]iii. pars.ſ. quia tales vendito-
res de facili peccatum incurrunt.vt ſ̃.e.§.prox.reſpon.j.in fi. [Ci-
ues tui]&c.quod facere debent,vt patet in eo,quod le. & no.ſ̃.de
8 ſimo.Matthæus.§.fin. [Ceſſarent] quia in†dubio quod tutius eſt
animæ eſt ſequendum,quod dic,vt leg. & not.ſ̃.de homi. ad au-
dientiam.§.j.ver.j.cum mens corrumpatur de facili. [Et cogita-
tiones]&c.quia Deus eſt cognitor ſecretorum.32.di.erubeſcant.
ii.q.iiii.conſuluiſti.ſ̃.de iud.nouit.ſ̃.de ſimo.tua nos.in fi.cui non
latet peccati qualitas,nec peccantis affectus.24.q.iii.Deus.ideoq;
ſi tales in pœnitentia veritatem mentis corruptæ detegant, ad ſa-
tisfaciendum ſunt efficaciter inducendi.j̃.e.conſuluit. in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus vſurarius qualiter puniendus eſt,& qualiter laicus.nu.3*
2 *Epiſcopus cum vſurario diſpenſat poſt ſatisfactionem, & pęnitentiam,*
4 *Vſurarius excommunicari poteſt.*

CAP. VII.

PRæterea. [Interdicas] non ſolum clericis, vt
xiiii.q.iiii.per totum.ſed etiam laicis
xlvii.diſt.quoniam multi.& no.ſ̃.eo.c.j.ii.& iii.¶[Qui
ſi parere]ii.pars.ſ.parochiani. [Suſpendas] ſi ergo ſu-
1 ſpenditur†ab obtento,vt hic.& xiiii.q.iiii.ſi quis oblitus. & c. qm̄
multi.multo fortius expellitur ab obtinendo. j̃. de exceſſ. prælat.
inter dilectos.vt & patet.ſ̃.de iureiur.quemadmodum.§.ꝙ ſi poſt
huiuſmodi. Sed nunquid epiſcopus cum tali poterit diſpenſare?
Videtur ꝙ non,quia in antiqua dicebatur, ꝙ tales ad Papæ præ-
2 ſentiam mitterentur,ſed illud ideo deciſum eſt,† vt ex hoc colli-
gas,ꝙ poſt ſatisfactionem & pœnitentiam non prohibentur epi
ſcopi cum talibus diſpenſare,de qua materia dic, vt plene not.ſ̃.
de iud.at ſi clerici.¶[Si laici]iii.pars.[Vſque ad condignam]ſi.ſ̃.e.
3 cum tu.reſpon.j.ibi donec†reddiderint,& repete hic, ꝙ ibi not.
[Excommunicationis] inflicta eis pœna Lateranen. concilii.ſ̃.
eo.quia in omnibus.quod dic, vt no.ſ̃.e.cum tu. §.j.ſuper verbo,
4 per pęnam [Aſtringas]vſurarius ergo excommunicari poteſt,vt
hic.& ſ̃.eo.quoniam non ſolum.in fi.j̃.e.tua nos. ſ̃.de iureiuran.
ad noſtram.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Fructus quando computantur in ſortem, & quando non.*

CAP. VIII.

COnqueſtus. [De fructibus] deductis expē
ſis.vt ſ̃.e.c.j.reſpon.j.& c.ii.§.i.
vbi de hoc[Recepiſtis]aliter.n.non tenemini, ſi ali-
quid deſit de ſorte, quouſque vobis fuerit ſatisfactū.
1 vt ſ̃.e.c.i.§.i.fructus†autem tenemini computare in ſortem, niſi
terra &c.vt j̃.e.c.ver.fi.[Clerico].ſ.G.in prin.huius c.nominato.
qui terram obligauerat,ſicut continetur in deciſione [Niſi terra
ipſa]ver.[De feudo]tunc enim non tenemini fructus computa
re in ſortem,quod dic,vt plene no.ſ̃. c.j.ver.fi.& ſ̃.de feud.c. j.No
tantur & alii caſus.j̃. e.ſalubriter.

*SVMMARIVM.*

1 *Filij tenentur reſtituere vſuras patris,& ſi eam non exerceat.*
2 *Ignorantia hæredis,non excuſat defuncti vitium.*
3 *Hæres poteſt vſuras repetere ab eo cuius ſuccedit extortas.*
4 *Hæres inſolidum aſtringitur ſi inuentarium non fecit.*

CAP. IX.

TVa nos. [Vſurariorum] abſolutorum in extre
mis.ſecundum quod leg.ſ̃.de ſepul.pa
rochiano.tunc.n.tantum tenentur ex perſona parē-
tum filii,ſed & ſi impęnitentes deceſſerint, tenentur
ex ſua perſona de eo,quod ad ipſos peruenit, ēt ſi poſſeſſiones de
vſura fęnebri emptæ eſſent.quod dic,vt le.& no.ſ̃.e.cū tu.§.fin.&
ſ̃m hoc poteſt intelligi,quod no.j̃.e.§.j.ſuper ver.cogendi. quod
dic,vt ibi no.[Eis].ſ.vſurariis[In crimine].i.in vſuris,quæ ad ipſos
peruenerunt.i.quæ parentes acquiſierunt ex crimine vſurarū,vn
1 de tenentur ad reſtitutionem, †& ſi nunquam exercuerint vſu-
ras,vel in poſterum exercerent.ar.ff.ſi cer.pet.ſi & me & Titiū. in
fi.& ff.de cōd ind.nā hoc natura.[Aut de extraneis]ver.hæredib.
inſtitutis.vt patet.j̃.e.ver.fi.qđ dic, vt ibi no. ¶[Tuæ igitur] ii.pars.
[Quòd filij]nomine ſuo indiſtincte, quia in peccatum ſucceſſe-
runt,& non nomine parentum,niſi in fi.fuerint abſoluti.qđ dic.
vt no.ſ̃.e.c.rū.j.ſuper ver.vſurariorum. [Cogendi] tenentur ergo

filii pro parentibus,& pro hereditaria portione,& illi,ad quos bo
na vſurariorum peruenerunt,vt hic dicitur.& ff.de reg.iu.ex qua
perſona.Sed pone, ꝙ vnus hæredum efficitur non ſoluendo, an-
tequam partem eum contingentem reſtituerit,nunquid alter in
ſolidum conuenietur? Non videtur.ff.de fideiuſſ.inter eos.§.cum
inter.arg.contra.ff.commodati.ſed mihi. §. hæres. ff. de fideiuſſ.
inter fideiuſſores.& ff.de fideiuſſ.tut.fideiuſſores.Sol.poteſt dici,ꝙ
inſolidum conueniatur,quia omnia bona defuncti,illi,cui debet
fieri reſtitutio,videntur obligata.ar.ſ.eo.cum tu. §.fi.& præcipue
cum ſuccedit in crimine , hæredis enim ſuccedentis in vitiũ par
fortuna habenda eſt. C.de fruc. & li. expen.l.ii. & etiam hæredis
2 ignorantia†defuncti vitium non excuſat.ff.de diuer.& temp.prę
ſcrip.cum hæres.reſpon.j. Quicunque ergo ſuccedit in bonis de-
functi,ſiue idem crimen committat,ſiue non,ſemper tenetur re
ſtituere vſuras,quas defunctus extorſit,inquantum ſe extendunt
3 bona defuncti,quæ ad ipſum peruenerunt,ſicut & ecõuerſo.†hę
res pōt vſuras repetere ab illo,cui ſuccedit,extortas. j.c. Michael .
ſecundum Vin. Quia vera opinio hæc in conſpectu multorum
fauorabilis eſt quantum ad animas,& ſatis æqua ac ab omnibus
approbata,non audeo contradicere.ar.in eo quod leg.& no.ſ.de
homic.ad audientiam.§.j.ver.j.ſ.de tranſac.c. fi. ff de legib.mini-
me.Conſiderata tamen veritate & ſubtilitate iuris, cum certum
ſit multos poſſidere aliqua,quæ notum eſt fuiſſe vſurariorum , q
nunquam de vſuris ſatisfecerunt,durum eſt ſentire,ꝙ omnes ta-
les poſſeſſores ad reſtitutionem eorum, quæ poſſident, taliter te-
neantur,maxime cum forſan.xl.anni vel plures lapſi ſint, ꝙ vſu-
rarii mortui fuerunt,& grauius eſt tot animas cõdemnare. Ideo
videtur,ꝙ diſtinguendum eſſet inter hæredem & non hæredem,
4 †hæres.n.inſolidum aſtringitur,ſi non fecerit inuentarium,alio
quin contra.C.de iu.deli.ſancimus.§.ii.iii.& ſequen.ſicut & inſoli
dũ acquirit oẽs actiones.j.eo.Michael.C.vt actio.ab hærede,& cõ
tra hæredem inci.l.vnica.Is autem qui hæres nõ eſt, & ad quem
alias peruenit , non videtur teneri, etiam ſi ex cauſa lucratiua ad
ipſum perueniſſet res defuncti,vt patet.C.de dona.eris alienis. &
l.ſi patri tuo.C.de act.hær.l.fi.ff.ad Treb.l.j.§.ſi hæres. niſi eſſet ſal-
tem res ex pecunia fœnebri empta,quod dic,vt le.& no.ſ.e.cum
tu.§.fi.nec aliquo iure cauetur , ꝙ poſſeſſor non hæres de alia re
teneat,& iunge hæc his,quæ no.ſ.de ſepul.parochiano.[Id ipſũ]
ver.[Contra hæredes] ſuccedit enim in onere, qui ſubſtituitur in
honore,vt ſ.de offi.ord.paſtoralis.§. præterea.ad fi.cum ſuis con-
cordan.ſ.de æta.& quali.accepimus. §.j. ver. cum & ſi tecum . &
præceden.ſed & idem eſt, & ſi non eſſent hæredes,dummodo ad
ipſos bona vſurarii perueniſſent,quod dic,vt no.ſ.in præd.gl.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſura eſt quodcunque ſit ſupra ſortem, & quocunque nomine cenſeatur.*
2 *Vſura an ſit,aliquid ex mutuo ſperare.*
3 *Obligatio naturalis ad anti dora naſcitur ex beneficijs receptis.*
4 *Vſura in aliud determinatur,& in aliud ſimonia.*

## CAP. X.

Conſuluit. [An ille]Prima quæſtio.[Anima
rum] & dicas, ꝙ ſic, ſecus in foro
contentioſo,& vbi quęritur,vtrum ex forma contra-
ctus non quaſi ſed vere vſurarius cenſeatur, & ſic nõ
obſtat.ſ.eo.in ciuitate.§.j.in prin.quod dic, vt ibi no. [Quaſi vſu-
rarius] bene quærit,nam vere vſurarius non eſt, vt in præced.gl.
¶[Et vtrum]ii.pars.Et formatur hic ſecunda quæſtio. [Eodẽ rea-
tu].ſ.quaſi vſurarij.& dicas ꝙ ſic.j.e.§.fi.[Inuoluatur]ſi.ſ. c. ſuper
eo.in fi.[Vulgo dicitur[No.pro vulgaribus prouerbiis,quod dic,
vt le.& no.ſ.de iudæis.& ſi iudæos.reſpon.j.ad fi.[Parabolam] Lõ
bardus fuit.[Concedit].i.concedere conſueuit,non enim hoc in
pactum deducitur, prout ſequitur , ſed homines hac intentione
conſueuerunt ei gratis offerre,ſcientes , ꝙ alias fruſtratorie labo-
rarent,ſic ergo ſpectatur conſuetudo patrisfamilias , vt hic. & ff.
de vſur.qui ſemiſſes.ff.de pig. act.l.vniuerſorum. 47. diſt. quoniã
multi.& accedit ad hoc.ff.quod me.cau.l.fi.§.ſi fœnerator. [Ali
1 quod]quodcunque ſit illud, † & quocunque nomine cenſeatur.
xiiii.q.iii.alias.iiii.per totum.¶Et an negotiator]iii. pars.& eſt ter
tia quæſtio.[Conſimili].ſ.quaſi vſuraria,& dicas,ꝙ ſic,vt j. eo. §.
fin.[Pretio]cum incontinenti eſſet venditurus,& ſic non ob. j.e.
nauiganti.in fi.nec aliquod dubium occurrit,vtrum plus,vel mi
nus ſint ſolutionis tempore valituræ,alioquin contra.ſ.e.in ciui-
tate.§. j.ver.ſi dubium.¶[Verum quia] iiii.pars. in qua vno & eo-
dem modo & iure ſoluuntur præmiſſæ queſtiones tres , & hoc
eſt , quod ſequitur.[In his caſibus].ſ.factis.ſ.tribus quæſtionibus
& conſimilibus , quia in talibus eadem ratio,ergo idem ius. ſ.de
conſan.tua.ſ de conſti.tranſl.& idem eſt in ſimilibus iudicandũ.
ſ.de reſcri.inter cæteras. [Ex euangelio] Luc.j. quod Lucas ſcri-
pſit.Luc,vi.e. [Sperantes] ſupple cauſa mutui in ſpe lucri princi-
2 paliter poſita.† Secundario enim aliquid ſperare nõ omnino eſt
reprobandum , nam ſi tibi ſeruio , ſperare poſſum,ꝙ & tu mihi
ſeruias,vel me remuneres.ar.61.diſt.quid proderit. 59.diſt.ſi offi-
cia.nec etiam recipere ex tali ſpe vſurarium vel quaſi cenſebitur.
3 ar.j.q.ij.ꝙpio.†quinimmo & naturaliter eſt debitor illi ad antido
ra obligatus.ff.de pet.hær.ſed & ſi lege. §.conſuluit. ſ. de teſta.cũ
in officiis. ſecundum Ala. Hoc igitur, quod hic ſequitur,intelli-
gendum eſt,quando tali ſpe principaliter mouetur,alias non fa-
cturus,ſicut & quæſitum eſt.ſ.e.c.reſpon.j.& §.j. Sed quamuis ta-
lis poſſit hominem fallere,& iudicem humanum,non tamen il
lum,cui omnia nuda ſunt & aperta,quod dic,vt le.& no.ſ.e.in ci
uitate.§.fi.[Pro intentione]Quid ſi principalem intentionem ad
vſuram habuit?Dicunt quidam,ꝙ licet talis vſurarius ſit, non tñ
tenetur reſtituere,niſi forte aliquid faceret,quare debitor & ſi nõ
ſponte tamen neceſſario ei det,puta , quia negat terminum , niſi
plus vendat,vel aliquid vltra donet, quia tunc tenetur reſtituere,
vt patet ex præmiſſis.& 24.q.v.non ſane.in fine . ſecundum iſtos
igitur non nocet mentalis vſura,ſicut nec ſimonia,quantum ad
reſtitutionem ſic receptorum, ſed alias per ſolam pœnitentiam
aboletur,vt ſ.de ſimo.c.fi. Alii dicunt,ꝙ ſemper tenetur reſtitue-
re,ex quo hac intentione ducitur principali,quod tutius eſt ſecũ-
dum d.n.Immo hoc vltimum veriſſimũ eſt,& aliud falſiſſimũ ,
vt patet in præce. gl.& j.eo.c.in fi.Nec ob.ſ.de ſimonia.c.fi.aliud
4 enim eſt in vſura,vt hic,& aliud in ſimo.vt ibi.& quæ†ſit diuerſi-
tatis ratio.ibi.no. [In lege].ſ. diuina & canonica. vt patet.xiiii.q.
iii.cap.j. ii.& iii.[Male agere]ex eo ꝙ contra legem faciunt. x.di.
vides.C.de legib.non dubium.[Et ad ea]ver.[Taliter].i.tali intẽ-
tione [Iudicio]ergo talis in iudicio animæ tenetur ad reſtitutio-
nem,quod dic,vt no.ſ.eo.§.ſuper ver.pro intentione. ſecus in cõ
tentioſo.vt no.ſupra eo.c.reſpon.j.& c.in ciuitate.§ j.& fi. Quid ſi
in iuditio contentioſo is,contra quem agitur,confiteatur publi-
ce prauam intentionem,quam habuit?Reſpon.ſi petierat hoc,tã
quam quaſi vſurarium iniuſte & contra ſalutem animæ ſuæ re-
ceptum ſequetur condemnatio , ſi vero tanquam vere vſurariũ
propter ineptam petitionem abſoluetur reus , vt patet in hoc §.
& in eo quod le.& no.ſupra eo.c.reſpon.j.& ſupra de iud.exami-
nata. niſi forſan ratione periculi animarum dicas hic aliquid ſpe
ciale.arg.in eo,quod legitur,& no.ſupra de iudi.dilecti. & de co-
gna.ſpiri.tua nos.in fi.& de offi.vica.c.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarij conuicti,vel confeſſi,notorij cenſentur.*
2 *Appellatio in notorijs non eſt admittenda .*

## CAP. XI.

Qvam periculoſum. Alias[pernitio-
ſum. & j.]Ma-
nifeſtos].i.notorios . ſupra eo. quia in omnibus.§.j.
1 [Renuntiaſſe] Ex hoc elicitur,†ꝙ conuicti, vel con-
feſſi fuerunt,& ſic notorij iuris cenſentur.ſupra de cohab.cler.&
mul.veſtra.& c.fi.[Conſtiterit]& ipſos poſtmodum recidiuaſſe,
vnde nullatenus ſunt audiendi.ar.ſupra de hær.ad abolendam.§.
illos quoque.& c.excommunicamus.j.§.adiicimus. ver.fi. [Eos]
vſurarios[Conuenerit]ſubaudi . & conuicerit . nec enim ſufficit
conuenire,vel dicere,niſi & probetur,vt legitur, & not. ſupra de
conceſſ.præb.cum ſuper.[Appellationis] .ſ. irrationabilis . Quid
enim ſi vellet reprobare teſtes aduerſę partis,& non admittetur?
Vtique eſſet appellatio admittenda,vt patet.ſupra de proba.licet.
§.j.ſupra de teſti.licet dilectus.ſupra de app.vt debitus. Sin autem
vellet appellare ex eo, ꝙ vellet dicere ſe non eſſe vſurariũ , vel ne
2 corrigeretur †talis appellatio,cum notorius ſit.vt ſupra leg.& no.
non eſſet admittenda,vt patet.ſupra de app. cum ſit Romana.§.
fi.cum ſuis concor. Maxime cum ipſum ſemel crimen abiura-
uerit,vt ſupra no.& ar.ſupra de appel.quæſtioni.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſura prohibita eſt in veteri teſtamento .*
2 *Iudæi excommunicari non poſſunt.*
3 *Iudæi per eccleſiam puniuntur pœna corporali.*
4 *Iudæi ratione rei fiunt de foro noſtro.*

## CAP. XII.

Poſt miſerabilem . & infra.
[Per Principes]quorum legibus in temporalib.ſubii
ciuntur iudæi.viii.di.quo iure.C.de iudæis.iudæi.qui-
bus etiam,ſi ad nos veniunt,proteguntur.C.de iudæis.nullus.a no
bis ẽt defenduntur.ſupra de iudæis.ſicut iudæi.pari ratione ꝯ ipos
alios protegemus. ar. ſupra de mu.pę.c.j.& ii.Maxime in his qb.
1 legẽ ſuã offendũt,vſura.n.†prohibita eſt ẽt in veteri teſtõ. ſ.eod.
quia in omnibus.xiiii.q.iiii.quoniã multi.ſm Vin.[Seculares]&
ſi non obediunt,contra ipſos poteſtates procedi poteſt,vt no.ſ.de
iudæis.iudæi,ſiue ſaraceni §.fi. & c.poſtulaſti. ſed & ipſi iudæi in-
directe per eccleſiam coercentur, vt ibi , vnde & hic ſequitur. &
donec eis & c.[Et donec] ver. [Eis] ſcilicet chriſtianis. [ Remiſe-
rint].ſ.iudæi vſuras,quas nondum receperũt, & de iam receptis ,
ſi quæ ſunt,ſatisfecerint.j.eo.quanto. [In mercimoniis]quia ipſi
2 †iudæi excommunicari non poſſunt,vt patet in eo,quod legi. &
no.ſ.eo.de iureiur.ſicut.& j. §.j. cum enim non ſint de commu-
nione eccleſiæ, extra ipſius communionem poni non poſſunt ,
& quantum ad hoc & directam & indirectam compulſionem
parum,aut nihil ad nos de his, qui foris ſunt. vt. ſ.de diuor.gau-
demus.§.j.ii.q.i.multi. multum autem ad nos , ſi nos offendunt ,
vt ſaltem indirecte compellamus eos,vnde & contra eos procedi
mus,ſicut poſſumus.ſ.per Principes,vt præmiſit, & per nos indi-
recte prohibendo communionem chriſtianorum in mercimo
niis,& aliis quibus egent,vt hic,& le.& no.ſ.de iudæis. & ſi iudęis.
3 §.fi.& c.cum ſit.§.j.& ij.& c.ex ſpeciali.Puniuntur †etiam per ec
cleſiam quandoque directe .ſ. inflicta eiſdem corporali pœna
28.q.j.ſępe.in fi.17.q iiii.conſtituit.ita tamen ꝙ ad enormem vin
dictam ſanguinis non procedat.ſ. de raptoribus. in archiepiſco-
4 patu.necnon & pecuniaria, vt ibi.& ſ.de iudæis. poſtulaſti. † Sed
& ratione rei fiunt de foro noſtro, vt ſ. de deci. de terris. & j. eo.
quanto.§.fi.& ratione delicti,vt hic,& in ſuperioribus iuribus . &
ſ.de iudæis.ita quorundam . ſicut & quilibet, alias non ſubditus,
vt leg.& no.ſ.de rapto.c.j.vel ratione contractus, aut domicilii ,
his enim quatuor modis ſortitur forum generaliter vnusquisq; ,
vt legitur,& no.ſ.de foro comp.c.fi.in prin.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor poteſt petere relaxationem vſurarum,non obſtante iuramento de non repetendis .*
2 V*ſurarius quicquid agit ne repetantur vſuræ in fraudem facere videtur.*

## CAP. XIII.

Tvas dudum. [Præſtare faciunt] vt ſic ob-
ſtante iuramento nõ poſſit
vſura repeti ab eisdem.[Quod vſuras].i.vſurarũ non
dum ſolutarum cautionem . [Non repetant].i.non
contradicant,& ꝙ ſic debeant exponi hæc verba,innuitur per ſe-
quentia euidenter.[Et ſuper his] ſcilicet vſuris. [Quas ſoluerunt]
ergo in præcedentibus loquitur de non ſolutis,vt ibi no.& patet.
j.§.j.alioquin inculcatio verborum eſſet.vt ſ.eo.c.prox. ¶[Nos igi
tur]ii.pars [Per cenſuram eccleſi.] ergo per interdictum, ſuſpen-
ſionem, & excommunicationem.j.de ver.ſig.quęrenti.Et ſic no.
ꝙ excommunicari poſſint vſurarii,vt le.& no.ſ.e.pręterea.ii.§.fi.
[Ab earum].ſ.vſurarum.[Exactione] & ſic loquitur in non ſolu
tis,vt & no.ſ.reſpon.j.ſi.ſ.de iureiur.c.j.[Deſiſtere] & ſi volunt ac-
quieſcere,& iuramentum relaxare,bene quidem. ſ.de iureiu.c.j.
[Vel reſtituere]ver.expone,vel pro &,ff.de verb.ſign.ſæpe.& dic ,
& ſi nolunt acquieſcere, ſoluant eis debitores , & ſic reddant do-
mino iuramentum,ac ipſi vſurarii cogantur.[Reſtituere ipſas].ſ.
vſuras.[Poſtquam]&c.ſic.ſ.de iureiur.debitores,vbi de hoc:patet
1 igitur,ꝙ non obſtante prædicto iuramento poteſt petere relaxa-
tionem ipſius,is,qui iurauit,quia huic petitioni non renũtiauit .
ſ.de renun.cum inter.P.ſ.quod me.cau.ad audientiam.Quinim
mo & ſi iurauit abſolutionem, ſiue relaxationem non petere,ni
hilominus poteſt hoc eccleſiæ denuntiare. & quamuis ad priua-
tum commodum denuntiet,nõ repellitur, maxime cum in hoc
ſalus animæ vſurarii,cum pœnituerit,procuretur.ar.viii. q.j.ſunt
in eccleſia.quod dic,vt no.ſ.de iureiuran.ad noſtram.ii. & c.quẽ
2 admodum.§.fi.[Ne de dolo &c.]No.ꝙ quicquid† vſurarij excogi
tare poſſunt in fraudem vſurarum,& ne poſſint ab eis repeti , in
nullo prodeſt eis,ex quo de fraude conſtat, de qua & conſtare po
teſt per probabiles coniecturas. argu. hic. & in eo quod legitur ,
& no.ſ.de contrahen.emp.ad noſtram.ſ.de pigno.illo.§.fi.& ſ.e.
in ciuitate.§.j.& in Summa.eo.tit.§. qualiter contractus.& j. eo.
cum in tua.[Commodum]ſubaudi,quod eſſe non debet, vt ſ.de
reſcrip.ſedes.in fi.cum ſuis concordantib. immo potius incom-
modum.j.de collu.detegen.c.pen.§.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Legem viuam contra qui uenit beneficium alterius an amittit .*
2 V*ſurarius non eſt audiendus pro repetitione ſuæ vſuræ , niſi ipſe reſtituat , ſed nunquid ſufficit cautio de reſtituendo .*
3 *Iudex poteſt repellere ex officio vſurarium repetentem vſuras , ſi notorius eſt vſurarius.*
4 *Iudex quem neſcit vſurarium debet præſumere non vſurarium.*

## CAP. XIIII.

Qvia fruſtra. [In legem]eandem.ſ.ff. quod
met.cau.iſti quidem.ſ.de app.
an ſit deferendum.& c.conſtitutis.j.C. de iu.deli.ſan-
cimus.§.ſi vero poſtquam.ſ.de elec.bonæ.i .reſpon.j.
ſ.de immu.eccl.c.fi.j.de ſenten.excomm. in audientia. ſ.ne cler.
vel mona.c.ii.ſic.ff.de min.auxilium.Sed contra. ſ. de appel.dile-
ctis.vbi decanus , qui non detulit appellationi auditur appellans
& ſuper eodem negotio.Item contra.ff.de ritu nup.filio patroni.
1 §.j.vbi patronus.qui†contra legem viuam venit,beneficium alte
rius amittit . & ff.de mino.auxilium. in fi.vbi minor delinquens
beneficium reſtitutionis amittit . Vincen. & Io. reliquerunt hoc
diſputationi,vtrum.ſ. ſi delinquat quis contra vnam legem,per-
dat beneficium aliarum.Tu teneas regulariter verum eſſe,ꝙ pro
pter offenſionem vnius non perditur beneficium alterius , quia
ſic puniretur quis in eo,in quo non deliquit. ſecundum B. Ergo
ſicut delictum vnius perſonæ alij non nocet , ſic nec commiſſio
vnius delicti eidem perſonæ in aliis,in quibus non deliquit,noce
re debet.ar. in eo quod legitur, & notat.ſ. de his quæ fiunt a ma.
par.c.quæſiuit.ſ.de offi.ordi.dilectus.§.pe.& fi.ſ.de re iud.c.pen.&
ar.ff.de pac.ſi vnus.§.ante omnia.vbi offendit quis in fide catholi-
ca j.de reg.iur.defleat.quod dic, vt ibi no. vbi quidem in aggreſſi-
bilia redduntur omnia iuris priuilegia & beneficia , vt in Auth.
de priuile.do.hæreti.muli.non præſtan.circa medium.l.coll.viii.
Non obſtat.ſ.de appel.dilectis . quia ibi delatum fuit appellatio-
ni,vt dicit litera.Non obſtat. ff.de mino.auxilium . quia ſpeciale
eſt, ꝙ delinquenti beneficium reſtitutionis in integrum denege-
tur,& redditur ratio.C.ſi aduer.de ſic.l. j. Nec obſt.ff.de ritu nup.
filio. §.j.quia illud ſpetiale eſt in odium patroni,qui ignominio-
ſam vxorem duxit,ſed & ratione connexitatis illud contingit,ſi-
cut alias.ſ.de ſta.mona.recolentes.§.j.in fi.quinimmo & quia de
liquit,priuilegium,quod alias haberet,amittit , quia hoc regula-
re eſt.vt.xi.q.iii.priuilegium.& ſ. de poſtul. præla.ca.ii.§.j.& adde
quod no.de hac materia.ſ.de adulr.c.fi.reſpon.j. ¶[Statuimus] ii.
pars.[Reſtituendis]ſibi,ſcilicet vſurario impetrati. [Vſuris] quos
ab eo alii vſurarii extorſerunt.[Vel fructibus] nam & ipſos lucri-
facere vſurarium appareret,cum deductis expenſis in ſortem de-
2 beant computari,vt le.& no ſ.e.c.j.reſpon.j.ad fi. Talis †ergo Im-
perator non auditur , niſi prius ipſe &c.vt in ſeq.§.Sed nunquid
ſufficit cautio de reſtituendo?Reſpon.Dicunt quidam,ꝙ ſic.ar.ff.
de iudi.in omnibus.C.de compenſa.l.fi.Tu dicas,ꝙ non.arg.ſ.de
re iudi.cum aliquibus.ff.de pigno.actio. l. ꝙ ſi non ſoluit . & ff.de
conſti.pecu.promiſſor.§.conſtituto.niſi conſentiente illo,cui eſt
reſtitutio facienda,ſufficit enim , qualitercunque ei fuerit ſatisfa-
ctum . ff.de pig. act.ſi rem.§.omnis.& argu.Inſti.de re.di.§.vendi-
tę.ſ.de re iud.ꝙ ad conſultationem.vel niſi forte magna cauſa in
teruenerit.ar.ff.de re iud.l.iiii.§.ait pretor.puta,quia ſoluendo nõ
eſt , tunc enim ſufficit cautionem pręſtare,ꝙ reſtituat , & audiri
debet,vt ſic habeat,quod poſtea alii reddat.ar.ſ.de reſt.ſpo. olim.
ii.ſ.de ſol.Odoardus.ff.de ceſſ.bon.ſi debitoris.& ſic intellige.ſ.de
rap.c.ii.& ſimilia.vnde & ſi is,cui obligatus eſt ꝯtradiceret,nõ vi-
deretur audiendus,cum ex prædictis pateat,ꝙ per hoc ſit melior
conditio ſua.ar.ff.de neg.ge.ſoluendo.& l.ſed an vltro.in fi.& pa-
tet in eo quod no.in Summa.de pęn.§.fi.ſub.§. fin.ver.ſed quid ſi
non immineat.& ſeq. ¶[Niſi prius] iii.pars. [Reſtituerit ] Quid ſi
nullus agat contra iſtum pro vſuris?Dixit Io.& T.ꝙ ſi facta denũ
tiatione publica nullus apparet,qui petat,audiendus eſt iſte.ar.ff.
de fur.falſus.§.qui alienum.ſ.qui ma.accu.poſt. cap.fina. Alii di-
3 cunt,ꝙ hoc † non ſufficit,immo & ſi nullus appareat , nec ſe op-
ponat,iudex tamen ex officio ipſum repellet.ar.j.c.j. ff.de poſtul.
quos prætor. ſ.de excep. exceptionem. & hoc,ſicut dicunt,ſonat
hæc litera,quando dicit, niſi reſtituerit , quæ cum effectu intelli-
genda eſt.argum.ſ.de cleri.non reſi.relatum.& ſupra eo.cum tu.
in fi.non enim eſt audiendus, ex quo in crimine perſeuerat , im-
mo pōt ei dicere iudex, eiice primum trabem de oculo tuo &c.j.
q.j.multi.iii.q.vii.§.porro.& exemplo domini ipſum repellere.iii.
q.vii.qui ſine.& c.poſtulatus. Do. no. ſcripſit talem impetratorẽ
non eſſe repellendum,niſi quis ſe opponat,hoc enim nullo iure
cauetur , ꝙ iudex ex officio talem repellat. Tu dicas referre, vtrũ
notorium ſit, quod vſurarius eſt,& tunc omnino repellit ipſum
iudex, vt præmiſſum eſt.& argum.ſupra eo.quam pernitioſum.
& ſupra eo.cum tu.& hoc no.hic quando dicit, noſcitur recepiſ
ſe:aut dubium adeo , ꝙ nec infamia aliqua eſt reperlus, & tunc
non habet neceſſe iudex aliquid facere pręconizari. licet hoc di-
xerit Io.& T.vt ſ.Nec iſtud iure cauetur,nec ſeruatur de facto in
cauſis,niſi inquantum no.j.procedet ergo iudex authoritate lite-
4 rarum,quia,†quem neſcit vſurarium, debet præſumere non vſu
rarium , argumen. ſupra , de præſumpt. capitu. fina. nec eccle-
ſia iudicat de occultis . ſupra de ſimo. ſicut tuis . in fine. Aut
eſt de hoc vitio infamatus , & tunc non poteſt habere lo-
cum quod not.Ioan. & T. non quantum ad pręconizationem ,
ſed quantum ad denuntiationem in eccleſia publice faciendã.
vt ſ.de iureiur.ad noſtram.ii.& arg.ſ.qui fil.ſint legiti.perlatum .
§.j.Quod ſi nullus appareat,pōt iudex purgationem infamati re
cipere,vt j.de pur.can.per totũ.& ſ de ſimo.de hoc.j.e.inſinuatũ
vel procedat iudex,vt legitur,& no.j. c. j. Si tamen aliquis appa
reat, qui de impetrante conqueratur ſuper vſuris , & impetrans
hoc confiteatur ad rationem poſitus.vt ſ.de accuſa.ſi conſtiterit.

repellet eum iudex, alioquin ſi hoc negat, & infra octo dies po-
teſt conuinci de plano, idem erit. arg. extra do. no. de excep. pia. §.
ſi quis. & de ſenten. excom. §. ſolet. in prima. lib. vj. Quibus elapſis
iudex libere procedet per literas impetratas. & hoc intelligo, quã
do hoc apponitur ab illo, contra quem vſurarius impetrauit, nõ
ab alio extraneo, cum nec ad alium beneficium literæ extenda-
tur, vt patet in eo, quod legitur, & notat. ſ. de offic. deleg. P. & G.
Et quando hoc opponitur ante litis conteſta. Poſtmodum enim
exceptio hæc, cum dilatoria ſit, non eſſet admittenda, vt patet in
eo, quod legitur, & nota. ſ. de re iudi. inter monaſterium. reſpon-
ſo. j. Antea ergo oppoſita in modum exceptionis per. viii. dies pro
ceſſum iudicis poterit retardare, & non vltra. Si vult igitur po-
ſtea audiri excipiens, recurrat ad beneficium reconuentionis. ſ.
de mutu. pe. c. j. & ij Quid ſi iſte Imperator cum aduerſario ſuo li
tigans coram ordinario ſuper conſimili cauſa ſcilicet vſuraria
duxerit appellandum, cum vſura peteretur ab ipſo impetrante,
& fuiſſet per ordinarium condemnatus? Videtur, ꝙ interim pen
dente appellatione officium illius iudicis ſuſpendatur. arg. in eo
quod hic dicitur, niſi prius reſtituerit. Sed contra, quia, ex quo ap-
pellatum eſt, dubium eſt, & ſic non impeditur proceſſus, vt patet
ex præmiſſis. Sed nec poſſunt ab eodem ſuper pluribus actioni-
bus perſonalibus vno & eodem tempore diuerſi iudices impetra
ri, quod dic, vt legitur, & not. ſ. de reſcriptis. c. fin. & j. e. ti. extra do-
minum noſtrum diſpendia. lib. vj. Et ſecundum hanc glo. intelli
ge, & determina quicquid no. in Summa. e. ti. §. fi. ſub. §. fi. [Noſci
tur] vel pater eius. j. e. Michael.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſurarios defendens in iudicio, excommunicari poteſt.*
2 *Vſurarij licet ſint famoſi, puniri non poſſunt, niſi conuincantur.*
3 *Fama vocatur argumenta.*
3 *Vſurarius quibus argumentis conuincatur.*

## CAP. XV.

CVm in diœceſi. [Non dubitatur] ſecũ-
dum communem fa-
mam, non tamen notorii ſunt, vt patet. j. §. j. [Con-
tra quos] ver. [Qui] ſcilicet potentes [Tuentur eoſdẽ]
ideſt extra iudicium eos fouent, & eis fauent, non tamen in iu-
1 dicio violenter defendunt. † Alioquin excommunicari poſſent.
ſ. de offic. deleg cap primo. & 11. q. iii. iniuſtum. Sed quicquid di-
catur, tales quandoque per aliquos officiales etiam Romanæ cu
riæ defenduntur. [Nec iidem] ſcilicet vſurarii quamuis manife-
ſti. [Condemnati] Nec alias habent euidentiam facit, hoc eſt q̃-
2 uis ſint † famoſi, non tamen ſunt notorii iuris, vel facti. Vnde nõ
poſſunt puniri, niſi conuincantur, vt ſequitur. Alioquin contra
in eo, quod legitur, & not. ſ. eo. quam periculoſum. j. de verb. ſig.
nouimus. reſpon. primo. ¶ [Fraternitati tuæ] ii. pars. [Accuſator]
& ſic videretur, ꝙ non deberent damnari. vt ſ. vt beneſi. eccleſia-
ſti. cap. vnico. in prin. Tamen, ex quo famoſi, ſunt procedi poteſt
ad inquiſitionem. vt ſ. de accuſa. qualiter ii. & ſ. de offi. ord. c. pri-
mo. quamuis ergo non accuſentur. [Si tamen] Subaudi iudici ex
officio ſuper hoc inquirenti. [Aliis argumentis] ſic ergo non ſo-
lum teſtes, ſed argumenta probant. Et alias quandoque in aliqui
bus, quod dic, vt legitur, & nota. ſ. de cleri. peregri. cap. ii. §. vnico.
3 Vocat † autem hic certa argumenta famam cum aliis admini-
culis, vt patet in eo, quod legitur, & no. ſ. de teſti. præterea. §. j. & fi.
4 Vel quia † ſemper vendit ad terminum plusquam in præſenti. ſ.
e. conſuluit. §. & an negotiator. & c. in ciuitate. Vel ſi facit emptio
nes ſub ea conditione, ꝙ res emptas teneatur reſtituere aucto pre
tio, vel fructibus ſibi retentis. ſ. de contrahen. emp. ad noſtram. ſ.
de pigno. illo. Vel quia apparent inſtrumenta vſurarum. Vel qa
menſam tenet paratam ad pecuniam fœnerandam. ſecundum
dominum noſtrum. Vel quia conſtat, ꝙ alias publice renuntia-
uit vſuris, vnde nunc facilius conuincetur. ſ. e. quam pernitioſũ.
& iunge quod nota. in Summa. eo. ti. §. qualiter contractus. Si igi
tur tibi per ſufficientia argumenta [Illos] &c. [Manifeſtos]. i. ma-
nifeſtandos, ipſos poteris manifeſtare & publicare. & ſic. [In eos]
manifeſtatos & publicatos. [Pœnam in Lateranenſi] ſ. e. quia in
omnibus [Libere] ideſt nulla appellatione obſtante, quod dic, vt
no. ſ. e. quam pernitioſum. [Poteris]. i. debebis. ſ. de ſimo. licet He
ly. reſpon. j. & §. j. Alias non ſemper, quicquid poteſtati iudicis cõ
mittitur, hoc iuris neceſſitati ſubiicitur. vt ff. de iudi. l. quicquid. &
no. ſ. de vita & honeſta. cleri. quoniam. reſpon. primo [Exercere]
i. eis infligere, nec enim eſt ipſo iure inflicta, vt hic, & legitur, &
no. ſ. e. cum tu. reſpon. j.

*SVMMARIVM.*

1 *Gener dicitur maritus filiæ meæ, & ego ſocer ſuus.*
2 *Vſura in quibus caſibus non committitur, licet aliquod capiatur vltra ſor-
tem. & numero 4.*
3 *Vſura a nullo eſt exigenda.*
5 *Fructus dotis ſunt viri, ſic & rei obligatæ pro dote, nec computantur in ſor-
tem, & quare.*
groſſi modi circa hoc conſueti,& ſupprimuntur ſubtiles,ne praua doctrina ſimplices inſtruantur In talibus enim interrogationibus peccatorum plerunque nimis expreſſa nocent. Ideoque & nomen herbę ſupprimimus, cum qua talis abolitio , ſiue raſura aliqua fieri poteſt,ne demus materiam malignādi . Culpa enim ſimilis eſt in talibus,tam prohibita dicere,quam docere.vt,C.de malefi.& Mathe.culpa.¶[Septima.] 8.pars.& ſeptima pars falſitatis.[Abraſæ] Et ſubtilizatæ vſq;ad ſupplicaturam[Tenaciſſimo.] ſicut ſcriptores quidam emendant foramina librorum & partes filorum ſciſſas,ita ꝙ quaſi non apparet, immo idem folium , & eadem carta videtur. [Counitur. ] Et ſuper counito ſcribitur. Et hæc eſt differentia inter hanc & ſuperiorem ſextam proximam ſpeciem:quia ibi nulla pars pergameni counitur,ſed ſcribitur ſu per raſo.¶[Eos etiam] ix.pars.& octaua ſpecies falſitatis.[Immunes.]Tales igitur falſarii cenſentur , & per conſequens excōicati ſunt.j.eo.ad falſariorum.§.j.[Noſtram] ſ.e.dura. quod dic, vt ibi plene nota.[Scienter.]Hoc ideo dicit, quia ſi miſit idoneum nūtium ad literam procurandam, & idem ſine conſcientia ſua falſitatem commiſit,non eſt ei imputandum.arg. in eo quod legiť & no.ſ.de pign.ſignificante.§.igitur.ver.cum per eum. Ex quo.n. ei nihil imputari poteſt,in tuto eſt,vt patet in eo,quod not.ſ.e.c. proxi.§.fi.¶Illos quoque] x.pars.& nona ſpecies falſitatis , & dic illos quoque,repere a crimine falſitatis , non reputamus immunes,vt ſ.§.proxi.in princi.[Falſas.]Falſas vocat hic illas, quę quis pmanus notarii tranſierint,tamen ſine ſcientia principis , & vicecancellarii bullantur,vt ſequitur. Et quæ dicantur falſæ not.ſ. eo.c.§.prima ſpecies.[Literas] in groſſa litera redactas. [Caute. ] Ita ꝙ ab illis,qui habent hoc officium.perpendi nō poteſt.[Proiiciunt] inter alias literas abſolutas atque bullandas.Et not.ſimile vitium.j.de eo qui fur.ord.ſuſce.c.ij.§.j.[Cum aliis]Cum quibus proiectę ſunt.[ Sigillentur ] Melius dixiſſet bullentur, ſed idem eſt ſenſus.Sicut ergo literę dicuntur hic † cum bulla ſigillari, pari ratione conuerſa poterunt dici cum ſigillo bullari. [Sed hę duę] ver.ſ.proxime præmiſſæ.ſ.§.ſexta.& §.ſeptima. Sub qua comprehendit octauam,& forſan nonam . Vnde nec ipſas certo expreſſit nomine quotitatis, volens ipſas ſub ſpecie ſeptima includi,quamuis nos in ipſis.§. appoſuerimus ad ipſas ſpecificādas & numerandas. [Dictaminis.] Vix enim pōt dictari,vel ſcribi ſm ſtilum conſuetum curiæ,niſi ab expertis dictentur,& ſcribantur [Forma] Et ſic hic comparatio literarum & dictaminis,quod
7 in aliis inſtrumentis non attēditur quàm ad dictamen,† licet ad mittatur comparatio literarum.ſ.de fide inſtru.comparationis.
8 [Qualitate]quia alterius † qualitatis eſt raſa,& nō raſa, & alterius raſa ſimplex,& alterius raſa & coniuncta,alias counita.vt ſ.eo.§. ſexta.& §.ſeptima.Et no.ꝙ quantumcunq; ſubtiliter raſa ſit carta,ſi aliter diſcerni non poteſt,eleuari debet ad Solem. Et inter ipſum Solē & oculos interponi,vix enim erit, quin tunc appareat raſura.Quando vero cum herba abolerur,hæc inſtructio nō vēdicat ſibi locum.¶In cæteris autē] xi.pars,ſ.in v.primis, ſiue quatuor ſpeciebus.[Diligens indagator.] Inſtruimus hic,& j.e.c.j.in prin.ꝙ in talibus non ſuperficialiter tranſeamus,ſed ſubtiliter indagando,& inſpiciendo,atque palpando veritatē examinemus , vt legitur,& not.j.c.j.§.fin.ad quod facit,quod legitur,& not.ſ.de proba.cum matrimonium .[In adiunctione filiorum ] vt in tertia & quarta ſpecie.[In collatione]vt in prima ſpecie,in qua ſi pſeratur de ſuſpecta bulla ad veram & nō ſuſpectam, vix erit, qn vera bulla a falſa diſcrepet,vel in forma,vel in filiis,vel in pūctis, vel in alio aliquo.[Vel motione]quia facilius mouetur filum foraminis ſubleuati , quam non ſubleuati, vt patet in ſecunda, & quarta ſpecie.[Obtuſione.] Alias obtūſione,quia forſan apparet ictus malleunculi, quantumcunque bulla ſuauiter tunderetur. Et habet locum hoc in ſecunda & quarta ſpecie. [Equalis] propter percuſſionem mallei.[Tumida] in loco in quo non percuſſit.[Depreſſa] in loco in quo percuſſit.

*SVMMARIVM.*

1 *Stilus conſuetus, & conſuetudo Romanæ curiæ eſt ſpectanda.*
2 *Papa quandoque ſcribit uni in plurali, & ſe ponit in ſingulari.*
3 *Vitium quandoque latet profunde .*

## CAP. VI.

**Quam graui.** Alias quamuis graui.[Diligētius]ſi.ſ.e.c.proxi.§.fin. in prin. & j.eo.c.§.n.& ſ.eo.c.2.§.j.[In eis] ſ.literis.[Incontinentia] i.in forma ſtili conſueti.vt j.eo.§.j. in princ. & ver.vnico.[Dictamine] ſi.ſ.c.proxi.§.pe.[Ac in hoc]ver.[Crediderastes] quia debes eſſe peritus & expertus, ſuper quo vide quod no.ſ.de conſan.c.j.§.fi.ſ.de temp.ord.vel non eſt compos [Emanaſſe.] vel a cancellaria noſtra.ſ.de reſcrip.ad hęc ſumus. reſpō. j.¶[Cum ſcire]ii.pars.[Conſuetudinem.]ideſt conſuetum ſtilū.
1 Et ſic patet,ꝙ † conſuetus ſtilus & conſuetudo Romanæ Curiæ eſt ſpectanda,vt hic.& j.de ſenten.excommu.ad hęc.& ſ.de con ſtit.ex literis.quod dic,vt legitur & nota.ſ.de tempo.ord.c.j. & de re iud.in cauſis.[Fratres] Tu vero vocaberis filius,vt j.eo.§.j.[Cæteros [Tam clericos,quam laicos omnes quicunque ſint , vt ſequitur,

quitur,exceptis epiſcopis & ſuperioribus. [Cuiuſcunq; ordinis.]
vel dignitatis,vel conditionis,dummodo chriſtiani ſint.Nec enī
Iudæum,vel alias non baptizatum filiū appellaret.[Filios] Hæc
tamen eſt differentia,quia Reges vocat chariſſimos. Cæteros ve-
ro dilectos filios.[Appellamus] alias appellemus. [Et cum vni.]
verſi.[In plurali]In his ergo de facili poteſt falſitas deprehendi,
dummodo litera videatur,& legatur, quia facile eſt perpendere,
an appellet epiſcopum filium,vel alium inferiorem fratrem, &
2 loquatur in ſingulari,vel plurali.Sed contra,quia† quandoq; ſcri
bit vni in plurali,& ſe ponit in ſingulari.23.diſt.cōis filius.99.diſ.
ecce.s̄.de teſtamentis.filius.s̄.de præſcri.nihil. Sed illud accidit ex
nimia humilitate,& hodie eſt immutatum, vt & ibi not.ſicut &
illud.C.de ſumma Trinit.l.fi.vbi Imperator præponit ſe Papæ in
ſalutatione.Hodie vero ſiue ipſe Papa ſcribat aliis, ſiue ſcribatur
ei,omnibus eſt præponendus,& hoc ſeruatur de cōſuetudine ge
nerali.¶[In falſis]3.pars.[Videre poteris] de quibus tibi cōſtabat,
ꝙ erant veræ. Et ſtilus iſte notus & antiquus eſt,nec mutatus. Vn
ſte non debuſti eis fidem aliquam adhibere.s̄.eo.c.ii.[Propter ꝙ]
verſi.[Studeas intueri]quia ſtudioſe eſt diligenter,non ſuperficia
liter ſunt intuendæ,vt patet hic.& s̄.eo.c.in prin.& j̄.de cleri.exc.
mi.Apoſtolicæ.[Bulla filo & carta] vt patet s̄.c.proxi.§. illos quo
que.& §.fin.[Pro veris] ſi.s̄.de reſcrip.cum contingat.§.pe. [Mo-
do aliquo] inquantum perpendere poteris.nam † & quandoque
vitium latet profunde,vt no.s̄.eo.dura.§.fi.ver. ꝙ ſi quis. Et adde
quod not.de inſpectione diligenter facienda.s̄.de probat. c.pe.&
de inquiſitione.s̄.de elec.cum terra.§.finali.

*SVMMARIVM.*

1 *Literis apoſtolicis qui vult vti,prius debet examinare an ſint veræ,uel falſæ,*
*& an ſuſpectæ.*
2 *Affectatores ignorantiæ, qui dicantur.*
3 *Falſis literis qui vtitur eſt excommunicandus,qui uero falſificauit eſt excom-*
*municatus ipſo iure.& num.4.*
5 *Falſarij ſunt etiam ſi vnam literam corrigant.vel punctum apponant.*
6 *Indagatio acerrima debet fieri,vbi eſt pœna grauiſſima infligenda.*
7 *Diſpenſatur facilius cum priuato,non degradato,quam cum degradato.*
8 *Falſarius ſi liber eſt deportatur,ſi ſeruus vltimo ſupplicio afficitur.*
9 *Capitale ſupplicium eſt in falſario reſcripti principis.*
10 *Verbum ſpolientur,quandoque in bonam ſignificationem accipitur.*
11 *Exceſſus idem,magis in uno,quam in alio puniendus.*
12 *Falſarius dicitur,qui impetrat literas nomine alterius abſque mandato.*

## CAP. VII.

AD falſariorum. [Diligenter] ſic.s̄.eo.ca.
proxim.in prin. & in fi.
& c.licet.§.fi.in prin.quod dic,vt ibi no.[Examinēt]
1 vtrum† ſ.ſint veræ,& tunc utantur ipſis, ſi voluerint.
Aut falſæ,& tunc nullo modo vtantur.Aut ſuſpectæ,& tunc etiā
abſtineant.j̄.de conceſſ.præben.inter dilectos.§. verum. & argu.
s̄.de homicidio.ad audientiam.§.j.verſi.j.& s̄.de app.cum ſpecia-
li.§.exceſſu.Niſi poſtea certificentur,ꝙ vere ſint.j̄.eo.c.fi.Quod ſi
hanc diligentiam non adhibuerint,in dolo eſſe vident, ſine quo
non committitur falſum.C.eo.ti.nec exemplum.ff.eod.ti.diuus.
2 Vel ſaltem † affectatores ignorantiæ dici poſſunt, qui tanquā nō
inexpertes ſcientiæ puniuntur.s̄.de clandeſti.deſpon.cum inhibi
tio.§.j.ad fi.Craſſa enim & ſupina talis ignorantia merito reputa
tur,quæ non excuſat,vt patet in eo,quod legitur,& not.s̄.de ordi.
ab epi.c.j.§.fi.& j̄.de cler.excom.mi.apoſtolicæ.[Dixerint]poteſt
ſuppleri,& non probauerint.Nam qui ignorantiam allegant,ip-
ſam probare debent,quod dic,vt legitur,& nota.s̄. de elect.inno-
tuit.§.parcentes.maxime cum teneatur inquirere,& examinare,
ut præmiſit.Sed ſi fecit,quod potuit,examinando. & peritos con
ſulendo non eſt ei poſtea imputandum.arg.37.diſt.§.fi.ff.de iure.
& fac.ign.regula.§.j.in fi.fecit enim quod potuit.43.di. Epheſijs.
47.diſtin.c.fi.nec diuinare tenetur.s̄.vt bene.eccl. c.vnico.§.j.ver.
quoniam.& patēt in eo,quod no.s̄,eo.dura.§.fi.verſi.j.ſm B. Idē
tamen notauit quaſi in ſimili materia contra.s̄.de exce.apoſtoli-
cæ.[Sera] ideſt tarda,nam infra 20.dies ſibi prouidere poteſt is,q
non falſauit.Sed tantum vti intendit.vt s̄.eo.dura.§.fi.verſi.j.Qui
3 bus elapſis ſera eſt pœnitentia,vt hic dicit,& ſic vtens † omnino
eſt excommunicatus, credo, ꝙ debeat eſſe excommunicandus.
Ille vero,qui per ſe,vel per alium falſitatem commiſit,eſt excōi-
catus ipſo iure. Et hæc eſt vna differentia inter vtētes & falſantes,
& inter hoc reſpon.& ſeq.§.Eſt & ſecunda differentia,quia falſa
rij ipſo iure priuati ſunt oībus beneficiis eccleſiaſticis & officijs.
4 Eſt & tertia,quia† degradandi ſunt,ſi clerici ſint.vt j̄.§.j.verſi.j.&
ij.Hi vero,qui vtuntur,non ſunt priuati ipſo iure, ſed priuandi,
nec ſunt degradati,nec etiam degragandi.vt j̄.eo.§.quia vero Sed
attendendum eſt,vtrum litera,contra quam falſitas obijcitur,ſit
de gratia,vel de ſimplici iuſtitia,vt patet.j̄.eo.c.j. Eſt & conſiderā
dum,vtrum ex malitia,vel negligentia quis delinquat.vt j̄.eo.ca.
ver.pen.[Pœnas] omnes,ſi & falſarii ſint.Nam ſi vtentes tantum
non omnes,ſed aliquas de ipſis incurrunt,vt patet in eo, quod le
gitur,& no.j̄.eo.& hæ pœnæ ſtatim incipiunt.j̄.e.§.j.¶ Nos enī]
ii.pars.[Qui] ſ.aduerſarii.[Per alios.]Nam videtur feciſſe,qui per
alium facit.arg.hic.& s̄.de offi.deleg.paſtoralis.§. præterea.in fin.
vbi de hoc.& j̄.de ſenten.excommu.mulieres.in fi.[Falſitatis] ēt
5 ſi† vnam literam corrigant,vel punctum apponant,vt not.s̄.eo.
licet.§.quinta [Defenſoribus] ſi.s̄. de hęre. excommunicamus.j.
§.credentes. [Innodatos] Eſt ergo canon latæ ſententiæ quantū
ad excommunicationis ſententiam,qui extenditur ad dictantes.
vt s̄.eo.c.rñ.j.a fi.& c.dura.§.j.[Statuentes] ver.[Deprenēſi]& cri-
6 minaliter accuſati atque conuicti,ibi enim acerrima† indagatio
debet fieri,vbi eſt pœna grauiſſima infligenda.C.eo.tit.vbi. Si ve-
ro ciuiliter conuinceretur,mitius ageretur.C.eo.l.pen.ſm.B.Vel
forſan ſpeciale eſt in falſario Papæ,vt & ſi notorius ſit,per euidē-
tiam facti degradetur,quod no.mens iſtius verbi deprehenſi. vt
patet.s̄.de coha.cler.& mul.c.fi.Et idem videtur,ſi in modum in-
quiſitionis conuincatur,ſicut & no.ſimile.s̄. de accu. inquiſitio-
nis.rñ.j.Alii autem falſarii non adeo acriter puniuntur, vt patet
in eo,quod leg.& no.s̄.eo.ad audientiam.[Priuati]Sed vtētes pri-
uari iubentur.vt j̄.eo.§.i.[Ita ꝙ] verſi.[Per ſe] vel per alios vt s̄.e.
§.in prin.[Per eccleſiaſticum] quia nec per alium fieri poteſt, vt
patet in eo,quod legitur,& no.s̄.de iud.at ſi clerici.reſpon.j.& ca.
clerici. [Fuerint.] Sed nonne ſunt ſatis degradati,cum officiis &
7 beneficiis eccleſiaſticis priuati ſint ipſo iure, vt præmiſit.Nō †qa
facilius diſpenſatur cum priuato ſed non degradato, quam cum
degradato,vt patet.s̄.de cler.non reſid.ex tuæ.§.pen.& fi. [Degra-
dati.] Vtentes vero non degradātur,licet officiis & beneficiis ſpo
lientur,vt j̄.§.j.[Tradantur] Eo modo quo iubent canonicæ ſan
ctiones.vt s̄.de iud.cum non ab homine.ad fi.s̄.de hære.ad abolē
dam.§.præſenti.Vbi & no.alios caſus, in quibus quis degradatus
ſtatim traditur ſeculari poteſtati,quod qualiter fieri debeat, legi.
& no.j̄.de verb.ſigni.nouimus.Et dicas,tradantur puniēdi:quod
8 ſtatim ſequitur.[ſm conſtitutiones] &c.quæ dicunt,ꝙ ſi † falſa-
rius liber eſt,deportatur,& bona omnia publicantur. Si vero ſer-
uus,vltimo ſupplicio afficitur.ff.eo.ti.l.j.§.fi.Inſtit. de pub.iud.§.
item lex Cornelia de falſis.In falſario uero reſcripti Principis ma
9 gnitudo criminis videtur exigere ſupplicium † capitale,vt hic in-
nuitur.& C.eo.ti.maiorem.& l.iij.[Per quam] verſi.ſcilicet ſecu-
larem poteſtatem.[Conuicti] quod dic,vt nota.s̄.eo.§. verſi. ſta-
tuentes.ſuper uerbo,de pręſenti.[Legitime]quod dic,vt no.s̄.ver
ſi.proxi.ſuper verbo,ſm conſtitutiones.¶ Qui vero]iij.pars.[No
mine noſtro] i.qui falſis literis vtūtur per alios impetratis ſub no
mine noſtro.i.a nobis,quia in ipſis ponitur nomen noſtrum. Et
iſti minus delinquunt,quam illi,qui per ſe, vel per alios falſitatē
committunt.Et ideo minus puniuntur, vt patet ex hoc & ſupe-
riori.§.& ex eo quod no.s̄.eo.c. rñ.j.ad idem.C.eod.tit.maiorem
[Officiis] ideſt.dignitatibus.s̄.de conſtit.cum acceſſiſſent. Vel qđ
verius & melius eſt,dic officiis quo ad executionem ordinum,ꝗ
eſt interdicenda non tamen degradantur. Et hęc eſt vna differē
tia inter vtentes,& falſarios,vt hic patet.& s̄.§.proxi.alias no.s̄.e.
c.rñ ſo.j.[Beneficiis]quibuſcunque: exceptis epiſcopis & prælatis
exemptis,qui priuandi non ſunt ſine ſpeciali mandato Papę,vt
iij.quæſt.vj.multum,& ca.dudum.& s̄.de conſue. cum venerabi
lis [Spolientur] id eſt priuentur,& ſic aſſumitur hoc uerbum in
10 bona ſignificatione † quandoque,vt hic patet.& j̄.de collu.dete-
gen.c.penul.§.j.in fi.& s̄.de pact.cum clerici.verſi.penul.& de po-
ſtula.c.fi.in fi.& de ęta.& quali.cum bonæ.in fi.vbi de hoc. Alias
autem generaliter ſonat in vitium,& violentiam notat.Vnde &
reſtituendi ſunt ſpoliati.s̄.de reſtit.ſpolia.in literis.& c.item cum
quis.& quaſi per totum.[Si laici] ver.[Excommunicationi] ſi.s̄.
de vſuris.pręterea.Hoc ſaluo,ꝙ hic ſunt excommunicati laici ip
ſo iure,& idem eſt intelligendum etiam de clericis,licet ipſi tan-
quam plus delinquentes amplius puniantur,vt præmiſit, & etiā
no.s̄.eo.dura.§.j.& ij.[Donec] ſi.s̄.de rapto.c.j.ad fi.[Ita tamen]
ver.[In iſtis] ſ.vtentibus tantum,ſiue ſint clerici,vel laici[Et in il
lis] ſ.clericis,vel laicis,qui per ſe,vel per alios falſitatem commit
tunt.vt s̄.§.j.[Malitia] ſi.s̄.de tranſla.epi.c.ij.§.fi. [Grauius] Nam
11 & idem exceſſus † magis eſt in vno,quam in alio puniendus. vt
legitur & no.s̄.de homicidio.ſicut dignum.reſpon.j.in fi.[Negli-
gentia.]Niſi ſit craſſa & ſupina,quæ non excuſat.ff.mand.ſi fide-
iuſſor.ſicut & no.de ignorantia.s̄.eo.c.rñ.j.[Quod & de his]verſi.
12 [Impetrant]nomine alterius† ſine mandato.Nam & talis eſt tan
quam falſarius puniendus,vt s̄.de reſcriptis non nulli.§.fin.[Ob-
ſeruandum] vt ſcilicet & in iſtis malitia grauius,quam negligē-
tia puniantur.Non tamen intelligo,ꝙ omnes tales ipſo iure ſint
excommunicati,vel ſupradictas pœnas patiantur, immo in qui
buſdam ſufficit,ꝙ condemnentur in expenſis, & careant impe-
tratis,vt patet ſupra de reſcriptis.ſuper literis.& c.fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Litera gratioſa dicitur,quæ pœnas, remittit.*
2 *Literæ de ſimplici iuſtitiam non præſumuntur falſæ,quia de facili obtineri poſ*
*ſunt.*
3 *Symonia modicum non inducit.*
4 *Dolum ex perſpicuis indicijs probari conuenit.*
5 *Præſumptio vna,aliam elidit,circa idem factum.*

CAP.



## CAP. VII.

ACcedens & infra. Mandamus]Non
dicit rñdemus Nā
1 & gratioſa † eſt litera hæc,cum pœnas remittat, vt j̄.
eo.ca.ad fi.vel dic vt ibi no.[Falſitas] quam iſte nec ꝑ
ſe,nec per alium commiſerat. Sed tamen literis vtebatur: Alias
contra.s̄.eo.c.proxi.§.j. veruntamen propter hoc fuerat officio,
beneficioque priuatus ſm ꝙ legitur.s̄.c.proxi.§.fi.ad quę manda
tur reſtitui.j̄.eo c.in fi.[Cum præſumi]ver.]Non debeat]No.igi-
2 tur,ꝙ non ſtatim † præſumuntur literæ falſæ quæ de ſimplici iu-
ſtitia ſunt,cū de facili poſſunt haberi, ſicut nec pro modico præ-
ſumitur quis dolum committere,vnde nec de ipſo agitur. ff. de
3 dolo.ſi oleum.§.fina.† Nec modicum ſimoniam inducit.s̄.de ſi-
mo.& ſi quæſtiones.§.fi.vbi & de hoc multas concor.poteris in-
uenire.Requiritur ergo,vt conuincatur, ꝙ ſcienter falſum com-
miſit.ſiue ſuggeſſit.vt s̄.de reſcriptis.ſuper literis.Si vero litera gra
tioſa eſſet,attendenda eſt qualitas,& quantitas gratiæ,& perſonæ
impetrantis.Et ſm hoc contra ipſum præſumendum eſt plus,vel
4 minus,† dolum enim ex perſpicuis inſidiis,vel indiciis probari ꝯ
uenit.C.de dolo dolum.Sed quid ſi circa factum proprium aſſe-
rat ſe erraſſe? Præſumendum eſt contra ipſum,vt patet. C. de re-
ſcin.vend.quiſquis.& in eo quod legitur, & not.s̄.de reſcriptis. ab
excommunicato.Sed quando litera eſt de ſimplici iuſtitia, præ-
ſumitur,ꝙ non fecerit hoc doloſè,vt hic.Et ita hæc ſecunda præ
5 ſumptio tollit primam,nam †vna præſumptio aliam elidit,circa
idem factum.ff.de reſti.in integ.diuus.s̄.de præſum.literas.§.j. Et
circa diuerſa quandoque,vt s̄.de elect.cum inter.R.§.ſanè [Nec
literis] ver.[Vſus eſt] ſi.j̄.de exceſſ.præla.inter dilectos.§. verum.
arg.contra.s̄.ca.proxi.rñ.j.vbi ignorantia non excuſat. Solutio,il
lud intelligas de literis gratioſis,quæ non poſſunt haberi de facili
ſm Ioan. Vel quando vitium patens eſt hoc vero,quod hic dici
tur in literis,de ſimplici iuſtitia loquitur ſm Ioan. vel quando vi-
tium latens eſt,vt patet in eo,quod no.s̄.eo.dura.§.fi.vel dic,vt in
ſeq.glo.[Eas] ſcilicet literas.[Cognouit.]Si hoc fuit infra 20.dies
non continet gratiam.Si vero poſt.xx.dies gratioſa eſt, quia ipſis
elapſis excommunicatus fuit,& ſic non contradicit.s̄.c.proxi.re
ſpon.j.Immo & intelligitur hoc,ſm ꝙ ibi ſequitur & not.[Offi-
cium beneficiumque] quibus parte priuatus fuerat hac de cau-
ſa,vt no.s̄.eo.ca.in prin.ſuper verbo,falſitas.[Reſtituens] De iure
communi.ſi j̄.xx.dies ſibi prouidit,alioquin de gratia,quia excō
municatus eſt,& indiget abſolutione, vt patet ex præcedenti gl.

*SVMMARIVM.*

1 *Raſura vnius litteræ an.& quando falſitatem inducit.*
2 *Suſpitio modica non debet ſapientis animum immutare.*
3 *Obligari quis poteſt coram ſuo iudice ſub pœna ordinis.& beneficij.*
4 *Appellatione facta coram Papa,an ipſa ſpreta poteſt haberi recurſus ad infe*
*riorem iudicem.& nu.8.9.*
5 *Iura inuenta ſunt,ut homines quietè viuant.*
6 *Renunciatio per iura,vel per iudicem impediri non debet.*
7 *Iudicibus debitus honor eſt deferendus.*
10 *Pacto priuatorum iuriſditioni Epiſcopi non præiudicatur.*
11 *Cognitionum numerus quatuor modis diuiditur.*
12 *Cauſarum genera tria ſunt*
13 *Cauſæ ſpirituales,omnes mediæ ſunt,etiam eccleſiaſticæ.*
14 *Cauſæ,minores quæ dicantur.*
15 *Cauſæ maiores ſunt proprie & ſpecialiter ſedis apoſtolicæ.*
16 *Appellatio etiam friuola ualet in maioribus cauſis.*
17 *Cauſarum diſſimilitudo.*

## CAP. VIII.

EX conſcientia.& infra. Redargu
tæ] Ex ꝑ-
te.R.a quo petebatur eccleſia infra ſcripta authorita
te huiuſmodi literarum. Ipſe vero obligauit ſe ſub pę
na cauſæ,ꝙ probaret ipſas literas eſſe falſas. Vnde & ei imponi-
tur ſilentium ſuper ipſa.vt j̄.eo.c.ver.fi.Et hoc ſufficit ꝓ caſu.[Di
ligentius] ſi.s̄.eo.ad falſariorum.in prin.[In eis] ſ.literis.[Suſpicio
nis]Nam & vbi reſcriptum probabiliter ſuſpectum eſt, non eſt
vtendum ipſo,quod dic,vt no.s̄.eod.ad falſariorum.rñ.j.[Pauca-
rum] Secus ſi multarum.s̄.de relig. domi.dum venerabilis.§.j.s̄.
eo.licet.§ quinta.vbi de hoc.[Raſuras] In narratione facti,nō in
narratione iuris,nec annotatione, nec propriis nominibus per-
ſonarum,vel rerum,nec alio loco ſuſpecto. Alioquin cōtra s̄. de
fide.inſtru.inter dilectos.§.ſed priuilegium.ver.j.& §.eadem. ver.
nec plus de nomine.& ver.tum quia.s̄. de reſcrip.ſignificante.qđ
1 dic,vt ibi no.[Quæ] ſ.raſuræ.Sed contra quia etiā raſura† vnius
literæ falſitatem inducit.vt no.s̄.eo.licet.§. quinta.Sol. verum eſt
illud,quando hoc fit de aliena manu,cui hoc commiſſum non
eſt,iſtud autem,quando de eadem manu, vel illius, cui tale offi-
cium eſt commiſſum De hac materia no.plenius.s̄ de fi. inſtru.
2 ex literis [Sapientis.]† Modica enim ſuſpicio non debet ſapiētis
animum immutare.arg.hic.& j.q.j.iudices.s̄.de ſimon.& ſi quę-
ſtiones.§.fi.cum ſuis concor.ſm Io.Probabilis vero nō debet ip-
ſum aſſecurare,vt patet.s̄.eo.ca.ij.vbi de hoc. ¶ Vnde ſi vobis]ij.
3 pars.[Sub periculo cauſæ]Poteſt † aliquis ſub pœna ordinis & be
neficij ſe coram ſuo iudice obligare.j.q.vii.quoties. de conſt.diſt.
ij.ego Berengarius.Et ſub pœna cauſæ de qua agitur, vt hic.& s̄.
de elect.cum dilecti.§.fi.vbi de hoc. Coram non ſuo autem iu di
ce hoc non poſſet,niſi de licentia proprii epiſcopi,quod dic,vt le
gitur,& no.s̄.de foro compe.ſignificaſti.[Cum quilibet]uerſicu.
[Ad renunciandum iuri ſuo] ſi.s̄.de regula. ad apoſtolicam.§.j.
ver.penul.in fi.vbi de hoc.Sed contra s̄.de foro compe.ſi diligen
ti.§.penul.& in fin. Sol ibi,& dic,vt ibidem plene not. Quid ergo
4 † ſi aliquis appellauit ad ſe.app. nunquid poteſt tali appellationi
renuntiare,& ad inferiorem iudicem ipſa ſpreta recurſum habe
re? Et quidem probo,ꝙ ſic,multis rationibus. Prima, quia quili-
bet poteſt renuntiare his,quæ pro ſe &c. Sed appellatio introdu-
cta eſt in fauorem appellantis,ergo &c.vt hic.& s̄.de regu.ſtatui-
mus.cum ſuis concor.Secunda,quia expreſſum eſt, ꝙ appellans
pęnitere poteſt,& appellationi ſuæ renuntiare.ii. q.vj.ſi quis libel-
5 los.s̄.de app.directe. Tertia, quia ad hoc inuenta ſunt iura,†vt ho
mines quiete viuant.4.diſ.factæ.Vnde & iudices ad concordiam
faciendam debent interponere partes ſuas.s̄.de tranſact.ca.fi.Nō
6 ergo debet † renunciatio per iura,vel iudicem impediri. arg.ff.ſi
ſerui.vend.altius.s̄.de natis ex libe.uen.ca.vnico. Igitur de hoc ni
hil ad ſe ap.vel ad iudicem,qui nec aliud curare debet,niſi vt a li-
tigio recedatur.ff.de no.oper.nun.l.j.§.& poſt operis.& §.ſequen.
ff.de re iud ſi conuenerit.ff.communi.diui.iudicem. Quarta,qa
inuitus agere,vel litigare nemo cogitur.C.vt nemo innuit.in ru
bro & in nigro.Saltem dummodo liti in totum renuntietur. C.
de pact.poſtquam.ff.de mino.deſtitiſſe. quia nec eius factum im
probat prætor &c.ff.de alien.iudi.mutan.cauſa facta.l.4.§.poteſt
7 Quinta,quia† debitus honor eſt iudicibus deferendus, vnde nec
ab eis recedi debet,niſi ex magna cauſa & rationabili. in Auth.
de man.prin §.ſed etiam ſuſcipientes.coll 3. & de quæſtore.reſp.
j.& §.i.& ii.coll.vj.Et ſi ex hac etiam receſſum ſit eſt pœnitentia
& renuntiatio admittenda. Primo,vt iudicibus deferatur.Secun-
do ut laboribus & expenſis partium occuratur, vt in dictis con-
cor.& s̄.de app.vt debitus.Tertio, vt res ad naturam ſuam reuer-
tatur.ff.de pact.ſi vnus.§.pactus ne peteret.& ver. ꝙ ſi non ut tol-
leret.s̄.de cenſibus.cum venerabilis.§.j.ad fi.Quarto, ne ordo ec-
cleſiaſticus confundatur.xj.q.i.peruenit.Quinto, quia in hoc ca-
ſu eſt expreſſum,ꝙ ſi coram metropolitano querela exponatur,
appellationi factæ tacite renunciatur.s̄.de app. ſolicitudinem.§.
8 §.fin.vbi de hoc.In contrarium † probo multis rationibus.Prima
eſt,quia omnis oppreſſus ad ſe app.qualitercunque appellare po
teſt.ii.q.vj.ca.j.& ii.& per totum. Appellatione autem facta nihil
eſt innouandum.ii.q.vj.appellatione. Alioquin irritum eſt & in
ane,vt ibi,etiam ſi authoritate inferioris iudicis fiat.s̄.de ap.dile-
ctis.§.quia vero.in fi.Patet igitur. ꝙ appellatio eximit negotium
a iuriſdictione iudicis inferioris, & ſi ſuperiori porrecta non ſit.
Inde eſt,ꝙ ſi poſt appellationem is,a quo appellatum eſt, appel-
lantem excommunicauerit,excommunicatio nulla erit.s̄.de of
fi.deleg.cum olim.j.in fi.& c.cum contingat.§.j. Inde etiam eſt,
ꝙ & ſi inferior ſciat ad ſe.ap.appellatum non debet procedere,
& ſi procedat,nihil agit.s̄.de ap.ſi duobus. Et poteſt dici aliquid
eſſe peculiare in appellationibus factis ad ſe.ap. propter eiuſdem
ſedis reuerentiam,quæ in hoc conſiſtit.iii.q.vj.non liceat. & §.re
uerentia.& c.dudum.ad fi.& arg.in eo,quod legitur,& nota.s̄.de
9 ap.ſolicitudinem.§.j.Secunda eſt,quia † appellatio ad ſe.ap.facta
vim citatorii habet.extra.do.n.de elect.ſtatuimus. Sed contra ci-
tatum ab ea, vel etiam ad ipſam uenientem non poteſt inferior
procedere.ff.de re iud.contra pupillum.s̄.de peregri.cap.vnico.§.
nec contra appellātem.Tertia eſt,quia per appellationem defer-
tur iuriſdictio ad ſe.ap.ſicut per relationem, remiſſionē,& reuo-
cationem,quibus pendentibus non poteſt inferior ſe intromitte
re.s̄.de offi.leg.licet.s̄.de ap.vt noſtrum.& c.intimaſti.Quarta,qa
10 pacto † priuatorum iuriſdictioni epiſcopi nō præiudicatur. s̄.de
foro comp.ſignificaſti.multo minus iuriſdictioni apoſtolicæ ſe-
dis.arg.a maiori.Quinta,quia in ſimili caſu etiam arbiter contē
ni vt.ff.de ar.litigatores.multo fortius ſedes apoſtolica arg. a mi-
11 nori.Sol. Licet dicat lex,quòd† cognitionum numerus quatuor
modis diuiditur.ff.de var.& extraordina.cog.l.cognitionum nu-
merus.nos tamen ad euidentiam ſolutionis dictæ quæſtionis di-
12 cimus,ꝙ † tria ſunt genera cauſarum.ſ.maiorum,mediarum,&
inferiorum:in maioribus cauſis,quæ notæ ſunt.& no.s̄.de offi.le
ga. ꝙ tranſlationem ſpecialia notaria. Primum eſt,ꝙ nulla pa-
ctio,ordinatio vel renunciatio partium ſine authoritate ſed.apo
ſtoli.ſuper his facta valet.s̄ de renun.c.penul.& fi. alioquin in po
teſtate partium eſſet de ipſis diffinire quod etiam in poteſtate le-
gati non cadit.ut s̄.de tranſla.epi.c.j.s̄.de offic.lega. niſi ſpecialis
& c.ꝙ tranſlationem.Secundum eſt, ꝙ maiores cauſæ naturali-
ter & proprie ſunt de iuriſdictione ſe.apoſt.arg.s̄. de offi. archi.c
j.25.diſtin.c.i.vnde in ipſis appellatio quantumcunque fruſtrato
rie facta tenet.ii.q.vj.ad Romanam.j.& iij.q.vj.dudum.ad fi.Ter
tium,quia ex duobus primis ſequitur,ꝙ appellatio in eis facta ne
gotium ad ſed.apoſto.examen irreuocabiliter ſiue incommuta-
biliter

biliter transfert,vt ſi appellatum fuerit, quando agitur de electio
ne epiſcopali.extra.Alex.4.de ele.dilecti,quod intelligo quãdo ap
pellatum eſt poſt electionem.ad hoc.ſ.vt examinatio, confirma
tio,& conſecratio ad ſed.apoſt.deferatur, vt in dicto c.ad Roma-
nam.& arg.8.q.3.Artaldus,nam antea non valet appellatio,niſi
canonica.arg.ff.de noui ope.nun.de pupillo.§.ſi quis riuos, & le-
gitur & not.s̄.de elec.cum nobis olim.§.j.ſed poſtquam appella-
tum eſt poſt electionem,non licet renũtiare in præiudicium ec-
cleſiæ Romanæ,vel rei publicæ, vt argu.expreſſum.ff.de pact. iu-
riſgentium.§.ſi paciſcar.& l.ſi vnus.§.pact.& ſe.§. & in Summa.
& patet in eo,quod legitur,& no.s̄.de elec.cum nobis olim.§.his
igitur.& s̄.de for.compe.ſi diligenti,& in his caſibus intelligũtur
iura.s̄.eo.verſi.ſed contra.& ſeq.vſque.ad verſ.Solu.licet quatenus
tangit priuatam vtilitatem partium,hoc fieri poſſit, vt in proxi.
s̄.inductis.ll.& ſic intelliguntur iura pro prima parte huius quæ
ſtionis inducta.harum autem cauſarum tria genera ſunt,vt not.
13 s̄.de accu.cum dilectus.§.vnico.† Medias cauſas voco omnes ſpi
rituales & eccleſiaſticas exceptis maioribus,& in his mediis non
valet appellatio,niſi legitima.s̄.de app.cum in eccleſia.& de reſc.
edoceri.& quamuis appellatio iuſta a iuriſdictione inferioris exi
mat,vt patet in eo,quod no.s̄.verſi.ſed contra.& ſequentibus : tñ
non impeditur proceſſus ſuus;vbi non detulit, quouſq; per ſupe-
riorem recepta ſit.s̄.de offic.ord.paſtoralis.§.præterea.ver.nos au-
tem,ſed ſi inueniatur appellatio legitima,vel etiam æquitate ſub
nixa,irritum nuntiabitur,ſiue in irritum reuocabitur quicquid
ipſa pendente fuerit attentatum,vt patet in eo,quod legit.& not.
s̄.de appel.paſtoralis.ex quo autem legitime appellatum eſt, &
appellatio recepta eſt, & ſi liceat partibus renuntiare quo ad pri-
uatum intereſſe,non tamen licet componere.nec de his ordina
re ſine authoritate iudicis ſui,nec ad alium iudicem recurrere,
quod totum intelligas ſm id.quod legitur.& nota.& diſting.s̄.de
pac.cum pridem.& de tranſact.de cætero,& c.ſuper eo. & de præ
ben.niſi eſſent.s̄.de for.compet.ſignificaſti.& appello hic iudicē
ſuum ordinarium,vel illum,cui commiſſum eſt, & nõ eſt appel
latum,vel illum,ad quem eſt appellatum , ex quo appellatio eſt
recepta,vt in prædictis iuribus.& extra d n.de cenſibus.Romana.
§.ij.& 3.Ergo antea licet pœnitere, & ad alium iudicem recurre
re,dum modo ambæ partes conſentiant.s̄.de appell.ſolicitudinē.
§.fi.ſed vna contradicente non licet,vt e.ti.ſi duobus.& ſic etiam
intelligo iura.s̄.in contrarium allegata.extra.dom.n.de ele.ſtatui
14 mus.† Minores cauſas ſiue inferiores appello,quando agitur de tē
poralibus,in quibus ſaluis feudalibus poſſunt partes, antequã ap
pellatio recepta ſit,ad inferiorem iudicem,a quo appellatum eſt
recurrere,& etiam pars appellans appellata inuita,dummõ non
interſit appellatæ,vel ei de intereſſe ſatisfiat,vt not.s̄.de appell.cũ
ceſſante.poſtea vero.ſ.poſtquam appellatio per ſuperiorem rece-
pta eſt,non poſſunt ad inferiorem iudicem recurſum habere ſi-
ne licentia illius,ad quem eſt appellatum.arg.s̄.de foro compet.
ca.antepen.& vlti.ff.de iud.vbi.ſed antequam ſit recepta poſſunt
hoc facere non ſolum expreſſe,ſed & tacite,vt s̄.de app. ſolicitu-
dinem.§.fi.ſicut & dixi.s̄.in ſuperiori membro proxi. vbi tracta-
tur de mediis,quod dic quo ad hoc membrum,vt ibi no.Per cõ-
poſitionem vero poſſunt ab appellatione recedere,& ante appel-
lationem receptam,& poſt,& quandocunque volunt etiam in-
uito iudice,& ſic intelliguntur ſine calumnia prima iura.s̄.verſi.
j.& ver.3.& ver.4.& ver.v.& adde quod not.in criminalibus.ĩ.de
collu.detegen.c.j.§.j. In ſumma igitur maiores cauſæ & infimæ,
quaſi nullam habent conſonantiam,diſſonantiam vero multã.
Maiores autem & mediæ in hoc habent conſonantiam,quia in
neutris admittitur compoſitio ſine authoritate iudicis inter par
tes.Hic autem diſtinguitur,vtrum agatur de eccleſia, vel de alio
ſpirituali tanquam de proprietate,vel tanquam de beneficio, qđ
dic,vt no.s̄.de tranſac.ſtatuimus.& c.ſuper eo.In his autem diſſo
15 nant,quia † maiores cauſæ ſunt proprie & ſpecialiter iuriſdictio
nis ſedis apoſtolicæ,ideo in caſibus illis,in quibus iure permittē-
te inferior poteſt cognoſcere de maioribus,ſi qualitercunque cõ
tingat ad ſedem apoſtolicam appellari,non eſt locus pœnitentiæ
poſtea,vt recurſus ad inferiorem iudicem habeatur, nec vnquã
poteſt eſſe res integra,& ſic incommutabiliter.
*Euolat emiſſum ſemel,irreuocabile uerbum.*
Et ſic loquitur expreſſe.3.q.vj.dudum.ad fi.& ca. non liceat.& §.
reuerentia.Et bene dixi.s̄.proxime iure permittente.nam quicqd
agunt metropolitani circa maiores cauſas in confirmando ele-
ctos in epiſcopos,permiſſum poteſt dici,quia.ex quo cõfirmatus
eſt electus in ep̄m,non poteſt ſolui vinculũ,niſi authoritate Pa-
pæ,ſic enim declaratum fuit per Innocent.3.s̄.de tranſlat.epi. in-
ter corporalia.§.j.& regula eſt,ꝙ qui non poteſt ſoluere,nec liga
re,vt no.s̄.de maio.& obe.cum inferior. Igitur ſm hanc regulã
cum metropolitanus non poſſit vinculum ſoluere,ergo nec liga
re,ſed hoc modo ſ.quando in hoc permittit ſoluitur,quia nõ in-
telligitur metropolitanus hoc facere,ſed potius ſedes apoſtolica,
quæ hoc permiſit ei,vt faceret,vt probatur.s̄.de tranſla. epi.c.2.§.
ſed neq; ſic patet manifeſte, ꝙ maiores cauſæ in omnibus & per
omnia immediate ſunt iuriſdictionis ſedis apoſtolicæ, & ad ip-
ſam ſpectant,vnde incommutabiliter per ſolam vocem appella
tionis emiſſam ad ſedem apoſtolicam deferuntur,vt s̄.dixi.dum
tñ de appellatione facta aduerſarius, vel iudex certificatus fuerit.
quod dic,vt no.s̄.de appel.ſi duobus.verſi.niſi iudex.& adde quod
no.s̄.de accuſ.cum dilectus.§.vnico. Secus in mediis & infimis,
16 vt patet ex ſuperioribus.Item in maioribus† valet appellatio etiã
friuola,nec requiritur forma.Secus in mediis & infimis, in qui-
bus non valet,niſi rationabilis ſit,& forma ſeruetur.extra.do.no.
de appell.cordi.Mediæ vero & infimæ ſimiles ſunt in hoc , quia
in neutris valet appellatio,niſi ſit rationabilis,& forma ſeruetur,
vt no.s̄.proxi.Item in hoc ꝙ re integra.i.appellatione per ſuperio
rem non recepta locus eſt pœnitentiæ, & poteſt recurſus haberi
17 ad inferiorem iudicem,ſed appellatione recepta non poteſt.† In
hoc autem diſſimiles ſunt,quia in mediis non poteſt quandoq;
fieri compoſitio ſine authoritate iudicis ſui, in infimis uero hoc
poteſt ſemper fieri regulariter,etiam iudice contradicēte,vt ex ſu
pradictis hæc omnia poteſt colligere diligens ſtudioſus. [Eccle-
ſia.] ſuper qua fuerunt huiuſmodi literæ impetratæ.vt no.s̄.eo.c.
in princ.[Silentium.]Sed nunquid propterea eſt iſta eccleſia ad-
uerſario aſſignanda?Reſpon.non.niſi primo probet ſe ius habe-
re in illa.s̄.de reſcrip.olim.§.fina.B.quod non placet.T.tum,quia
cum aduerſarius ipſam poſſideat,nõ eget aſſignatione aliqua,ſed
ſufficit,ꝙ huic ſilentium imponatur.C.de rei vend.l.fi.& patet in
eo quod leg.& no.s̄.de iudiciis.examinata.tum quia,etiam ſi ip-
ſam poſſideret,eſſet ei ad iudicanda & huic aſſignanda , quia ille
obligauerat ſe ſub cauſæ periculo, vt præmiſit, & intelligo, ꝙ ita
conuenerant coram iudice.ſ. epiſcopo ordinario loci ipſo con-
ſentiente & authoritatem præbente,& ſic valuit conuentio,& ſe
quenda fuit.argumen.s̄. de tranſact. capitu.fina.& de pact. cum
pridem.& in his quæ not.ſupra in magna gl.præceden.uerſic.ter-
tio.& verſi.medias.

## ¶De Sortilegijs. Rubrica.

*S V M M A R I V M.*

1 *Sors in ſui natura mala non eſt.*
2 *Sors prohibetur propter ſequelam mali.*
3 *Peccatum minus eſt ad ſortes recurrere,quam ad Demones.*
4 *Sors aliqua,in aliquibus eſt permiſſa.*
5 *Chriſtianus ſine ſaluatore ſalutem querendo in egritudine aſſidua laborat.*
6 *Breuia quæ ad collum portantur,& characteres ſcripti , quæ ſunt prohibita, & quæ non.*
7 *Lapides præcioſos & herbas licet habere ſine incantatione.*
8 *Sortilegus clericus qualiter puniendus,& qualiter laicus.*

### C A P. P R I M V M.

IN tabulis vel codicibus.
Sicut faciunt quidã presbyteri ,qui ligant pſal
terium in baculo,& faciunt ipſum volui.[Sor
te.] quæ damnata eſt.ut s̄.de apoſtatis.c.ij.& c.
fi.Sed contra.26.q.ii.ſors.& c.hi qui.Solu.licet
1 † ſors in ſui natura mala non ſit , vel quo ad
ſcientiam.ĩ.eo.c.fin.& vt in contra,prohibetur tamen propter ſe
2 quelam † mali,ne.ſ.propter aſſiduitatem ipſius labãtur homines
in idolatriam.26.q.ii.ſors.§.his ita reſpondetur:& c.ſequentibus.
& q.v.ſortes.& per totum.ſicut etiam iuramentum prohibetur,
non ꝙ in ſe ſit malum,ſed propter ſequelam mali. 22.q.j. conſi-
deraſ.s̄.de iureiur.& ſi Chriſtus.§.quædam.Illud vero.c. hi qui.lo-
quitur de comparatiua permiſſione. quamuis enim exercitium
3 cuiuſlibet ſortis malum ſit,tamen minus † peccatum eſt ad ſor-
4 tes recurrere,quam dęmones conſulere. Aliqua etiam ſors† & in
aliquibus eſt permiſſa,vt no.ĩ.eo.c.fi.¶ Nec diuinationes] ii.pars.
5 [Quis] i.aliquis † Chriſtianus nam qui ſine ſaluatore ſalutem q̃-
rit in ægritudine aſſidua laborabit. 26.q.ii.qui ſine. unde nec dies
egyptiaci,vel alii,nec Kalendæ,nec menſes,nec anni, nec curſus
lunæ vel ſolis,vel ſiderum,nec ſortes apoſtolorum ſunt obſeruã-
6 dæ,nec carmina † herbarum,nec pictaciolæ.i.characteres ſcripti,
quos pendent ad collum,& vulgariter vocant breuia,credi debēt
immo omnia hęc & ſimilia preter ſymbolum & orationem do
minicam,ſubaudi & alias ſacras orationes, de quibus idem iuris
eſt,condemnantur.26.q.fi.ſi quis Kalendas.& ca.præcedentibus.
7 & c.ſequentib.& q.v.non licet. Veruntamen licet† demoniaco la
pides precioſos,vel herbas habere ſine incantatione.e.q.cap.fi.&
de hoc no. plenius in Summa.eo.tit.§.in quo caſu.[Qui autem]
8 ver.[Quadraginta dies] Si laicus fuerit,† & eccleſiæ communio-
ne priuetur,ſi vero clericus officio & beneficio priuari poteſt.26.
q.v.non oportet,& duobus c.ſequen.& ar.ĩ.e.c.j.Sed contra,quia
in nullo punitur.ĩ.eo.c.fi.ſed ibi loquitur de gratia,vt patet ibi.§.
fi. Laicus etiam & potiſſime mulier turpiter dehoneſtari poteſt
ab epi-



ab epiſcopo loci,puta tonſorari in capite ad modum ſtulti,decal
uari enim poteſt,& veſtes & capilli ante & retro ſcindi. argu. 32.
q.j.de benedicto,& ſic de tota parochia eijci.ut probatur.26.q.v.
epiſcopi.ſed & talis infamis eſt.ii.q.viij.quiſquis. & de hoc not.in
Summa.eo.ti.§.fin.

*S V M M A R I V M.*

1 *Sortilegus,& diuinus infamis eſt.*
2 *Intentio bona a peccato non excuſat in ſortilegijs.*
3 *Geometria,& arithmetica,licet habeant in ſua ſcientia veritatem,non habent pietatem.*
4 *Aſtronomia diuinare docet,ſed diuinatio in vitium ſonat.*
5 *Auguſtinus & alii ſancti Aſtrologiam damnant.*
6 *Sortilegi qui ſint ſecundum Iſidorum.*
7 *Superſtitioſa tantum prohibita ſunt.*
8 *Diſpenſare cum ſortilegis Epiſcopus, an poteſt.*

### C A P. I I.

1 EX tuarum. Infami] i.diuino † & ſortilego q
infamis eſt.vt no.s̄.ca.j. in fine.
Intentione.] & tamen adhuc non excuſatur,† nam
nec bona intentio a peccato excuſat, ut patet in eo,
quod legitur,& no.s̄.de vſur.ſuper eo. [Aſtrolabii] quod non li-
3 cuit,nam licet, † geometria & arithmetica in ſua ſciẽtia habeãt
veritatem,non tamen ſunt ſcientiæ pietatis.37.diſt. ſi quis gram-
4 maticam.quinimmo † & aſtronomia diuinare docet, ſed diui-
natio in vitium ſonat.vt.j.q.j.nunquam,& per ꝯñs peccatum in-
ducit non minimum,ſed graue.ĩ.eo.§.j.quamuis plerumq; tales
veritatem dicant.26.q.v.nec mirum.§.fi.Item aſtronomi,ſiue a-
ſtrologi conſiderant diem & horam & punctum natiuitatis ho
minis,& ſub quo ſigno natus eſt, & pũctum arreptionis itineris,
ſiue viæ,& introitus in aliquem locum,& pũctum in quo inter-
rogantur,& per hæc,& ſimilia conãtur dicere quicquid accidet
5 homini in poſterum,quæ omnia expreſſe reprobantur † per Au
gu.Io.& alios ſanctos.26.q.ij.illud.verſ.neque ab hoc genere.& c.
illos.& c.ſed illud.& q.3.& 4.c.j.ver.genethliaci.& q.v.nõ liceat.
& q.7.c.antepen.& pe.ideo & dicit Gratianus,ꝙ hæc apud catho
licos in deſuetudinem abierunt.ea.cau.q.ij.§.his ita reſpondetur
6 ante fi.& merito,nam ſm Iſidorum † ſortilegi ſunt,qui quarum
cumq; ſcripturarum inſpectione futura promittant eadem cã.
q.j.c.vnico.ergo tales illicite agũt,hoc enim eſt, quod proprium
a Dei eſt [a] vſurpare.ſ.notitiam futurorum, vt patet 26.q.v.§.j.ff. de
iud.ſed & ſi reſtituatur.§.fi.vnde Actu.j. B.Non eſt veſtrum noſ-
ſe tempora,vel momenta & c.& Eſa.41.f.Annuntiate quæ ventu
ra ſunt in futurum,& ſciemus,quia Dii eſtis vos.Sed nunquid in
colligendis lignis,terris colendis,ac petitionibus dandis & ſimi-
libus conſiderare licet lunam & temporis qualitatem?Reſp. nõ,
ſi fiat ſuperſtitioſe,vel ſi credatur neceſſitatem ineſſe ſuperiorib.
ſuperiora enim nõ ſunt cauſæ,quamuis ſint ſigna rerum,ſic in-
tellige.26.q.v.c.3.alias autem hoc licet,ſicut docet Aſtronomia,
& ſeruant nedum medici,ſed & coloni experti,nam hæc ex arte
procedunt,non ex ſorte,& naturaliter conſiderantur,non ſupſti
7 tioſe,nec talia medicorum diſciplina condemnat † ſed illa,q̃ ſunt
ſuperſtitioſa tantum,vt patet xxvj.q.ii.illud.& c.ſed & illud. & q.
v.§.j.& per totum.¶ Verum] ii.pars.[Zelo & ſimplicitate.] quia
zelum habuit,& pietate mouebatur ad eccleſiam,cuius res erãt,
vt præmiſit,aliquantulum excuſatur.argu.s̄.de apoſtatis.c.ij.quia
& ſimplex erat mĩa dignus fuit,vt patet in eo,quod legit.& no.s̄.
de rerum permut.cum vniuerſorum.§.i.[Peccati.]vt patet in eo
quod no.s̄.eo.c.rñ.j.¶ Mandamus] iiij.pars.[Si tibi viſum fuerit]
& ita tempus pñiæ arbitrarium eſt.xxvj.q.7.t.pa.ſicut & ipſa pñia
ut patet in eo,quod legitur & not.s̄.de homicidio.ſicut dignum.
reſpon.j.[Liberum.]hoc intellige dictum eſſe ex diſpenſatione ,
nam de iure debuit remanere priuatus,& epiſcopus iuſte proceſ-
ſerat contra ipſum.xxvj.q.v.non oportet.& ca. ſi quis epiſcopus.
& c.aliquanti.ſed diſpenſatur cum eo propter zelum,& ſimplici
8 tatem,quam habuit.vt s̄.§.j.Sed nunquid cum tali† poſſet epiſco
pus diſpenſare?Vtique,cum non ſit ei prohibitum. argu.ĩ.de ſen.
excom.nuper.§.in ſecundo. & etiam diſpenſat in maiori crimi-
ne.l.di.presbyteros.de qua materia dic, vt plene not.s̄.de iudiciis.
at ſi clerici.§.de adulteriis.

A D D I T I O.

a ¶ Quod proprium Dei eſt.Sed nunquid archimia ſit prohibita,videtur,quòd ſic,
quia per eam uſurpatur id,quod ſolus Dei eſt,cum per eam vna ſpecies mutetur
in aliam,puta plumbum in argentum,uel æs in aurum,ſed citra Deum nemo po
teſt vnam ſpeciem in aliam tranſmutare.26.quæſt.v.§.quiſquis ergo credit.in fi.
c.epiſcopi.vide d.Abb.hic in fi.& eius apoſtill.

*S V M M A R I V M.*

1 *Eligendi poteſtate tribus data de eligendo prælatum,an vnum ex ipſis eligere poſſunt.*
2 *Sors quandoque admittitur.*
3 *Electio,an ſit caſſanda,vel probanda,vel quid agendum,cum duo fuerunt electi paribus uocibus.*
4 *Excommunicatus ſi elegit an vitietur electio, & quid ſi fuit admiſſus cum proteſtatione.*
5 *Sors non eſt aliquid mali,ſed uſus,& exercitium.*

### C A P. I I I.

ECcleſia. Vnum elegiſtis]Non ad hoc vt ep̄m
eligeret,ſed electores tm̄, vt ſequitur.
[Per ſortem.] qđ oĩno illicitũ fuit.vt ĩ.e.§.j. [Qui]
ver.ſ.vnus taliter per ſortē electus.[Elegit.] quia & ad
hoc electus fuerat,vt s̄.no.[Per quos.] ſ.tres,ſubaudi,vel ipſorum
duos,& ſic licuit duobus ex forma eligere,vt ſequitur,ſed nõ vni,
quod dic,vt le.& no.s̄.de ele.quia pp.§.vel ſaltem. [Quorũ duo]
ver.quod expreſſe & c.vt ſequitur.& s̄.no.[Tertiũ] ex ſeipſis. [Qđ
expreſſe.] ſ.ꝙ duo poſſent eligere,vt nota.s̄.Alii hoc referunt ad
1 hoc,qđ dixit tertium,dicentes , ꝙ † quando talis poteſtas data eſt
aliquibus,non pñt aliquem de ſe ipſis eligere, niſi ex forma hãc
habeant ptãtem,vt hic,quod oĩno falſum putamus, de quo dic,
vt plene no.s̄.de elec.cum in iure.Nec ob.quod hic dicitur mul-
tis rationibus.Prima eſt,quia,ſicut dixi,non refertur hoc ad hoc
quod dixit tertium,ſed ad hoc,quod dixit duo,qui aliter non po-
tuiſſent eligere,cum tres eſſent,niſi hoc dictum fuiſſet, vt patet.
s̄.de offi.del.cauſam mr̄imonii.& c.pen.Secũda eſt,quia, ſi dicas,
ꝙ hoc referatur ad tertium,rñdebo,ꝙ factum narrat, nec dicit ,
ꝙ aliter non liceret.Tertia,quia per aliquod,quod in hac electio
ne factum fuerit,nullum ius conſtituitur,nec ex ipſa poteſt elici
cum fuerit vitioſa,vt patet.ĩ.e.c.§.j.& ij. Quarta eſt, q̃ elicitur ex
ſeq.interli.[Eiſdem] ſubaudi nedum ſm ius.ut arg.ff.quod cuiuſ
que vniuerſita.l nulli.& ſeq.& no.s̄.de elec.cũ in iure. Sed & ſm
traditam & .¶ Procuratoribus] ij. pars.[Examinato.] & merito,
nam ad illum ſpectat examinatio,ad quem & cõfirmatio, vt pa
tet.s̄.de elec.cum nobis olim.§.his igitur.& ca.cum dilecti.§.nos
vero.& c.venerabilem.§.j.ver.eſt em̄ rñr.& c.nihil eſt.& de trãſla.
epiſco.ca.fi.[Nota] i.reprehenſione,vt ſequitur,de cuius verbi ſi-
gnificatione dic,vt no.s̄.de of.del.cum olim magiſter.§.ſane.Vel
not.i.infamia quantum ad delinquentes, quia ſortilegi infames
ſunt,vt s̄.eo.c.j.in fi.[In talibus.] ſ.electionibus & aliis ſpũalibus ,
Hoc autem ideo dicit,quia in dubiis , quæ occurrunt in induciis
2 circa temporalia, † ſors ſine incantatione admitti poteſt,puta fa
ciendo locos iuxta vulgare Gallicorum,vel feſtucas breues & lõ
gas,vel ſcribendo partes in diuerſis cedulis interuacuas,& ſic ap-
pareat,cui fortuna arridet, & hæc ſeruant Italici pro maiori par
te,potiſſime quando ſibi volunt eligere poteſtatē , & has cedulas
vulgariter appellant breuia,vel etiam iaciendo taxillos, vt ille ob
tineat,qui faciat plura puncta,ſic intellige.ff.de iud. ſed cum am
bo.ff.fam.erciſ.ſi quæ ſunt.ff.de fideic.liber.generaliter.§.quid er-
go.C.communia de le.ſi duobus.qđ & inter clericos admitti põt
vbi de temporalib.agitur.ar.xxi.di.cleros.s̄.de pręb.cum ſm Apo
ſtolum.rñ.j.ver.j.Dicunt ēt multi,ꝙ eadem ſors non improbatˀ,
3 ſed admittitur,ex quo facta eſt electio ad dubium,quod occurrit
in iudiciis dirimendum,vt ſi duo † electi ſint in diſcordia , & in
oĩbus occurrit parilitas vtrobiq; arg. 26.q.ii. non exemplo.& q.v.
non licet.Sed his aperte contradicit.ĩ.eod.ti.in fi.Quid ergo fiet?
Dico ꝙ vterq; caſſandus eſt,ex quo non liquet,nec liquere põt,ꝙ
alter eorum electus ſit a maiori & ſaniori parte capituli, vt patet
s̄.de elec.quia pp.& ca.eccleſia.ii.§.fi.& alius eligatur,vel detur.ut
patet.79 diſt.ſi duo. Alii dicunt, ꝙ in hoc caſu locus eſt gratifi-
cationi,vt leg.& no.s̄.de elec.venerabilem.§. obiectioni verſi.ꝙ
autem.& in Summa iſtius tit.§. qualiter facienda ſit electio.rñ.j.
ver.fi.Sed verius eſt,ꝙ caſſetur,niſi a Papa fieret gratia,vt patet in
eo,quod ibi no.& s̄.de ele.eccleſia.ij.§.fi.Quid eſt autem hoc, qđ
hic dicitur?Iſte enim nõ fuit electus per ſortem,ſed electores ſui
tm̄,vt patet ex ſuperioribus Rñ.per hoc apparet, ꝙ electio electo
rum vitioſa fuit,& per ꝯñs electio ep̄i,quæ ab illa proceſſit.arg.s̄.
de elect.qualiter.ad fi.cum ſuis concord.& hoc eſt,quod no.lite-
ra iſta,quando dixit in talibus.q.d.ſiue principaliter,ſiue acceſſo-
rie hoc contingat,nam & idem iuris eſt in connexis , vt patet in
eo,ꝙ leg.& no.s̄.de ap.c.antep.& s̄. de conſtitutionib. tranſlato,
4 Quid ergo † ſi vnius ſcrutatorum,vel ille,qui eos elegit, vel vnus
de canonicis,qui in tractatu electionis, ex quo ſecuta eſt electio,
admiſſus fuit,erat publice excõicatus? Totum vitiatur , argu.s̄.de
elect.illa.s̄.de procur.c.fi.Quid ſi admiſſus fuit cum proteſtatio-
ne.ſm decret.s̄.de ele. Cumana? Dicunt quidam, ꝙ tunc non vi
tiatur,& admittatur talis proteſtatio, vt rixæ, & violentiæ vitent
cum non ſit in capitulo,qui hoc diiudicet. Et quamuis hæc opi-
nio ſit æqua,vellem tamen habere ſuper hoc ius expreſſum , qa
ſolus Papa hanc authoritatem præbere põt.ĩ.de ſen.excõ. ſi vero
11.q.3.qm̄ multos.Quod ergo remedium ſm iura currẽtia ſi ta-
liter excõicatus non vult exire capitulum? Rñ.captent alii horã ,
ſi poſſunt,qua ſine ipſo intrent capſm.& eligant clauſis etiã fori-
bus ſi oportet,quia , ex quo publicus eſt, non oportet,ꝙ timeant
de contemptu alias proceſſu.s̄.de accu.euidentia.alioquin appel
let qui putauerit appellandum.extra.do.n.de elec. ſtatuimus.vel
dic,vt no.s̄.de elec.illa quotidiana.¶ Electionē] iij.pars.[Ad gra-
tiam] vere gratia fuit,& non ius,nam totum fuerat irritum nũ-
tiandum,& ſic nec ex proceſſu , nec ex confirmatione iſtius ele-
ctionis

ctionis aliquod ius pōt elici,vt not.ſ.e.c.rū.j.ver.fi.[Sortis vſum.]
5 q.d.ſcientiam non damnamus. & ſic intellige.26.q.ij. † ſors non
eſt aliquid mali,ſed vſus & exercitium,& eſt ratio,vt no. ſ.eo.ca.
j.[In electionibus.] & aliis ſpiritualibus,quod dic,vt no.ſ.§.prox.
in fi.Sed ꝯ,quia Matthias ſorte electus fuit.21.diſt.cleros.in prin.
nec ſors eſt aliquid mali.26.q.ii.ſors.Reſpō. Licet Matthias & Io
nas per ſortem electi fuerint,non eſt tamen trahēdum in exem-
plum.vt e.q.non ſtatim. & ca. non exemplo.nam iſtud proceſſit
ex inſpiratione diuina.ſicut 14.q.v.dixit.& quando mos erat, fas
erat,ſicut & alias dicitur.ſ.de diuort. gaudemus §.quia vero.nec
nullus.Sed hodie,quicquid dicant quidam,ſortis vſus in electio-
nibus omnino illicitus eſt,& perpetua prohibitione damnatur,
vt hic expreſſe dicit,nec obſtat dictum ca.ſors. quia & ſi non ſit
mala ſors,vt ibi dicit, hoc eſt intelligendum quantum ad ſcien-
tiam,eſt tamen mala & prohibita quo ad vſum, vt not.in præce-
denti gloſſ.

¶De Colluſione detegenda. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Accuſatores plures an admitti poſſunt contra unum ſuper eodem crimine.*
2 *Inquiſitio fit quando is qui denuntiauit deſiſtat.*
3 *A lite diſcedere duplici modo quis poteſt.*
4 *A lite deſiſtens incidit in turpillianum,ſi crimen eſt publicum.*
5 *Iudex ex iuſta cauſa abolitionem debet indulgere.*

CAP. PRIMVM.

1 SCripta. Quia hi qui] Ar.eſt hic † ꝙ plu
res accuſatores admitti pnt ꝯ
vnum ſuper eodem crimine.ad idem.ſ.de ac-
a cu.licet ij.q.j.in primis [a] ſicut & plures procu-
res admittuntur.ſ.de teſtibus.inſuper. qđ non
eſt verū,immo vbi plures accuſatores occur-
runt iudex magis Idoneum eligere debet.vt ff.
de popul.act.l.ij.& ff.de accu.ſi plures. [Dixerant] i. detulerant ſ.
denunciando nō accuſando.vt & no.ĵ.eo.c.§.j.ad fi.& ſic ceſſat.
arg.quod no.in præceden.gl.¶[Quia vero] ij.pars.[Impellit.] Sic
2 ergo † fit inquiſitio,ſi is qui denuntiauit, deſiſtat.vt hic.& ſ.de ſi-
mo.licet.§.cum igitur verſi.nos vt prędiximus.& ĵ.c.j.& c.fi.[Diſ
ſimulare.]In talibus enim prælatus,qui tacet,vel negligēs eſt cir-
ca correctionem,conſentire videtur,& ſibi mortale eſt, ſi ſubdi-
tus ſit notorius,vel famoſus,vt patet.ſ.de offi.ordi.irrefragabili.ſ.
de hæreti.c.ij.43.diſt.ſi rector.& c.Epheſiis.83.diſt.error. [Accu-
ſatores & accuſatum] i.denuntiatores & denunciatum.ĵ. eo.c.fi.
[Gratiam] Ar.ꝙ non licet recedere a lite. Vnde not.ꝙ tria ſunt
genera cauſarum.ſ.ciuilis,criminalis,& ſpiritualis. Item duobus
3 modis pōt † quis a lite diſcedere.ſ.per gratiam, vel per tranſactio-
nem.In cauſa ciuili,quandoque receditur a lite per gratiam, vel
per tranſactionem ſine aliqua pœna,vel nota, niſi in actione fa-
moſa,in qua tranſigens per ſe fit infamis,ſecus ſi iuſſu iudicis fiat
tranſactio,quia tunc ab infamia releuatur,vt ff.de his,qui no.in-
fa.athletas.§.fi.& l.qm̄.& l.furti.rū.j.& §.pactus.& §.qui iuſſu. In
criminali vero cauſa ante inchoatam litem licitum eſt deſiſtere
per gratiam.ff.ad Turpi.mulier.& l.quæſitum.ſed & poſt inchoa
tam litem non licet ſine iudicis authoritate, nec ſine conſenſu
rei.ſi tamen fuit ſuppoſitus tormentis.C.de abol.l.3.vel ſi ex hoc
4 remaneat infamatus.arg.v.q.j.quidam.& ſi aliter deſtiterit † inci-
dit in Turpillianum,ſi publicum crimen erat, quod intendebat.
C.ad Turpillianum.l.j.alias.3. & fideiuſſor punitur in quantitate
promiſſa,ac notatus infamia accuſator extraordinem pro motu
iudicis punietur.C.ad Turpil.l.ij.ff.de cuſt.reorum.l.4.ff.de pręua
ricatoribus.l.3.in fi.& l.ſi is. Sin autem crimen priuatum erat,ex
traordinarie punitur pro motu iudicis.ff.ad Turpi.ſi quis repetere
in fi.adde tamen hic quod no.ſ.de tranſa.§.j.ſed ſm canones oē
crimen quaſi publicum cenſetur,vnde per tranſactionē,ſeu gra-
tiam a lite recedere non licet.arg.hic,& ĵ.c.j.& c.fi. Iudex tn̄,ſi ta
le ſit crimen,in quo poſſit diſpenſare,poteſt, ſi vult, authoritatē
præſtare,ꝙ inter ſe gratiam faciant, & componant amicabiliter.
arg.v.q.ij.ſi primates.90.diſt.c.j.& c.ſtudendum.ſ. de tranſac.c.fi.
Verum in cauſa ſpirituali bene licet a lite recedere per gratiam,
ſed non per tranſactionem,vt patet.ſ.de rerum permu.c. fin.ſ. de
tranſac.c.ſuper eo.ſalua cauſa matrimoniali. & quibuſdam aliis,
q̄ nullam compoſitionem, nullam compenſationem admittūt,
vt patet in eo,quod leg.& no.ſ.de tranſact.c.fi.ſ.de vſur.ſuper eo.
& adde circa hanc materiam quod no.ſ.de crimine falſi.c. fi.ad
finem.ergo ſi aliqui gratiam faciant inter ſe modo indebito, iu-
dex nihilominus inquirere poteſt,& debet,vt hic patet & ĵ.eo. p
totum.& arg.C.de generali aboli.l.ii. & l.indulgentia.ubi autem
5 † ex iuſta cauſa vult diſcedere,iudex abolitionem debet indulge
re.ii.q.3. ſi quem pœnituerit. & §. pręuaricator.C.de aboli.l.j.&
ij.Quandoq; vero eſt cauſa mixta talis, ꝙ ab ea, quandocunque
vult,poteſt diſcedere vnuſquiſq;,puta, quando quis agit ad ꝑpetuā
thori ſeparationem,in quo quidem caſu poteſt gratiā facere ma
ritus,ſicut vult,& quandocunq; vult,quod dic,vt leg.& no.ſ.de a-
dulteriis.c.iij.ſm Ala.¶[Hoc neceſſe eſt] iij.pars. Et dicas hoc.ſ.fa
cimus nuntiatum.ĵ.eo.c.j.& c.fi.vel cauſam,quare ſunt reconci-
liati,vt innuit ſequens litera.[Subtilius.] ſit ſubtilitas approbatur,
quod dic,vt leg.& no.ſ.de feriis.capellanus.§.fin.ver.quia tamen,
in fi.c.& diligens examinatio.vt & no.ſ.ti.j.licet.§.fi. [Ex charita
te.] puta,quia eps ſe correxit,& tunc non eſt reprehēſibile.de pę-
ni.diſt.ij.§.charitas.[Ex præmio.] corruptionis. & hoc eſt repre-
henſibile.ĵ.eo.c.j.& c.fi.

ADDITIO.

a De hoc videas,ibi per glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Crimina probata non debēt remanere impunita.*
2 *Pœna non eſt differenda quando conſtat de crimine.*
3 *Crimina ſunt punienda undecunque claruerint.*

CAP. II.

CRimina. Hæc litera duobus modis legi poteſt
Primæ lectionis hic eſt ſenſus, ꝙ ex
1 quo crimina ſemel probata ſunt † non debent rema-
nere impunita.ſm hoc ſic expone.[Audita.] ſubau
2 di & probata.[Indiſcuſſa.] i.impunita,nec † eſt pœna differenda,
ex quo conſtat de crimine.ĵ.eo.c.j.§.j.in fi. hoc enim reipublicæ
intereſt.ĵ.de ſent.excom.vt famæ.§.j.verſi.j. Secundæ vero lectio-
nis ſenſus eſt,ꝙ ex quo iudex audit alicuius crimina per accuſa-
tionem, vel delationem alicuius,& ſi accuſator, ſiue delator illi
quem deferebat,reconciliatus fuerit:non ideo minus debet inq
rere veritatem,& iſte intellectus magis congruit literæ. ſm hoc
expone.[Audita.] ſubaudi in modum accuſationis, ſiue delatio
nis.i.denuntiationis. [Gregorius] ſ.primus, de quo & Gregorius
iſte,qui hanc decretalem fecit,mētionem fecit. Gregorius ergo
author huius decret.fuit ſecundus,vel tertius,vel forſan octauus,
qui & fecit illam decre.ſ.de vita & hone.cle.quoniam nam vſq;
ad hæc tpa nouē Gregorij præceſſerunt. [Indiſcuſſa. ] ſubaudi,
quin veritatem inquireret,quod intelligendum eſt de infamato
vt patet in eo,quod leg.& no.ſ.de accuſa.cum.P. Manconella.in
fi.& c.licet.ver.fi.& c.veniens.§.fi.& c.cum oporteat.§.fi.& c.qua
liter & quando.[Præteribat] q.d.ergo,nec nos præterire debemus
vt patet in eo,quod leg.& no.ſ.de re iud.in cauſis.[Etiam ſi accu
ſatus.] vel denuntiatus.[Cum accuſatore.] vel denūtiatore.quod
dic,vt leg.& no.ſ.eo.ca.j.rū.j.& §.j.ĵ.eo.c.fi.[Rediſſet.] & ſi de ve-
3 ritate liquere poterat,puniebat † ſunt enim crimina, vndecunq;
claruerint,punienda.24.q.3.ecce.86.diſtin.ſi quid vero.ad aures.
tuas.de quocunque.ij.q.iij.§. notandum. dummodo ad ipſa pu-
nienda actum ſit.alioquin contra in eo quod leg.& no.ſ.de ord.
cog.cum dilectus.§.fi.Sed & quandoque condemnatur quis,& ſi
ad hoc actum non fuerit,vt patet in eo quod ibi no.& ſ.de con-
feſſ.cum ſuper.& ĵ.c.j.§.j.in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Colluſio quid ſit.*
2 *Tranſactio in ſpiritualibus interuenire non poteſt.*
3 *Abſens & non contumax conuinci non poteſt.*
4 *Fraus & dolus nemini debent patronari.*
5 *Malitia ſua non debet alicui prodeſſe.*

CAP. III.

1 AVdiuimus. Colluſione.] Colluſio † eſt in-
ter actorem & reum latens &
fraudulenta conuentio,quæ nō debet remanere im-
punita,vt ĵ.ſequitur.ad idem.ij.q.3. ſi quem pęnitue
rit.[Facta] cum illis,a quibus permittūt ſe moleſtari,vt ſequitur.
[Et poſt ea] ver.[Cedant.] ſ.poſſidentes.q.d.recognoſcunt, ꝙ pe-
tentes habent ius in ipſis beneficiis,tamen pro bono pacis conue
niunt,ꝙ ipſi poſſidentes teneant ipſa in vita ſua,& in ſignum iu-
ris petentium ſoluant eis annuam penſionē,vt ſic poſt mortē eo
rum &c.vt ĵ.eo.uer.j.[Et iidem] ſ.poſſidentes.[Tranſactionis.] q
2 in ſpiritualibus † interuenire non poteſt,vt patet in eo,quod leg.
& no.ſ.de tranſact.ſuper eo.[Aliis.] ſ.petentibus, ſiue moleſtan-
tibus.[Penſionem.] quæ ſine authoritate epi conſtitui non pōt,
& ſi conſtituta ſit etiam licite,vitam eius,qui ſoluit, non excedit,
quod dic,vt leg.& no.ſ.de tranſac.de cætero.& eſt ſi.ſ. de cenſib.
cum clerici.[Vt poſt mortem] verſic.[Eorum.] ſ.poſſidentium.
[Valeant.] ſ.moleſtantes.[Vendicare.] & poſſeſſionem ipſorum
beneficiorum intrare.arg.ſ.de reſt.ſpol.cum veniſſet.¶[Vnde tibi
mandamus] ij.pars.[Tuæ iuriſdictionis.] ſic ſ.de pact.cum cleri-
ci.in prin.[Legitime.] ipſis uocatis & ad rationem poſitis, atque
confeſſis,ſiue conuictis.ſ.de accuſa.ſi conſtiterit. aliter enim ab-
3 ſens,† & non contumax conuinci non poteſt.ſ.de accuſa. quaſi.
2.§.debet igitur.& ii.q.j.nos in quemquam.ſ.de conſtit. eccleſia.
in fi.[Eos.] verſi.ſ.poſſidentes.[Colluſum.] per talem colluſionē
epo diœceſano fit præiudicium,vt dicitur.ĵ.eo.§.j.quia ſic præclu
ditur ei via ſuper ordinatione eccleſiæ,quæ ad ipſum ſpectat,vt ſ.
de relig.do.de xenodochiis.cum ſuis concordan.vnde non tenet
co



eo abſente facta.& ſi ſentētia lata fuiſſet.ff.de re iu.de vno quoq;
ff.eo.titu.cum non iuſto.& l.fi.ideo tales colluſores ſunt eccleſiis
merito ſpoliandi,vt ſequitur.[Non differas.] ex officio tuo, & ſi
nullus agat contra ipſos, vt hic,& ſ.de pac.accepimus. & c.ſequ.
& ſ.de offi.ord.c.j.& patet in eo quod legitur,& not.ſ.de ſimo.li-
cet Hely.§.j.ver.non tanquam. quia, ex quo de crimine conſtat,
puniri debet,vt probatur ſm primam lecturam.ſ.e.c.prox.[Spo-
liare] i.priuare.in bona enim ſignificatione accipitur.ſic.ſ.de cri
mine falſi.ad falſariorum.§.fin.rū.j.ſubaudi nec mireris,ſi ita ip-
ſos puniri mandamus ex officio,q̄uis ad hoc actum nō ſit ſicut,
& in aliis quibuſdam ſpecialibus caſibus,vt patet in eo,quod no.
ſ.c.prox.in fi.& ſ.vt benefi.eccl.c.vnico.in princ.& ſic continuat
ſequens.§.qa ſatis &c. ¶ Quia ſatis [ iij.pars. [Fraus & dolus.] † q̄
4 nemini debent patrocinari.vt ſ.de reſcr.ſedes in fi.ſed potius ob-
eſſe.vt ſequitur.[Tui iuris, ] quia ſic præcluditur ei via ordinandi
eccleſiam,cum alii ſuccedere debeant.vt no.ſ.§.proxi.ver. eos.ſu
per verbo,colluſum,& per conſequens aliis, vt ſequitur.ſ.patro-
nis,ſi qui ſint,ad quos pertinet præſentatio,ſed inſtitutio ad diœ-
ceſanum.ſ.de præb.in Lateranen.§.j.& de iure patro.per totum
vel aliis qui.ſ.repreſentarentur, vel quibus beneficia conferentur
quod liberaliter fieri debet.ſ.de pręb.relatum.§.j.in fin.[Non re-
5 dundarent.] nec enim malitia † ſua debet eis prodeſſe,vel aliis eſ-
ſe lucroſa.ff.de dolo.l.j.in princ.& l.ne ex dolo,nec eſt æquum,ꝙ
per dolum ſuum aliquis commodum ſentiat.ſ.de vſu.tuas.in fi.
vel alias in aliquo releuetur.ff.pro ſocio.verū.§.tps.ff.de regu.iur.
non fraudantur.in fi.nec debet eſſe melior conditio delinquētis
q̄ non delinquentis.ff.de don.inter vir.& vxo.l.3.§.fi.ff.de fur.ita
que fullo.§.ſed nemo.ff.quod vi aut clā Seruius.16.q.j.legi. & pa-
tet in eo,quod le.& no.ſ.de don.inter vir.& vxor.& ſi neceſſe.§.j.
in fi.Priuantur ergo talibus beneficiis,ne huiuſmodi fraus rema
neat impunita,& vt puniantur,in quo deliquerunt.ſ. de tranſla.
epi.quanto.§.cæterum cum ſuis concord.

*SVMMARIVM.*

1 *Inquiſitio non debet fieri,vel committi ad primum ſonitum.*
2 *Tergiuerſator,Calumniator, & præuaricator qui dicantur.*
3 *Colluſor qualiter puniendus.*
4 *Calumnioſi pro qualitate admiſſi criminis extra ordinem puniuntur.*

CAP. IIII.

INtantum. De eodem.ſ.de teſtibus cum cla
mor.[Diſſimulare] ſic.ſ.eo.c.j.§.
j.[Scandalo] ideo oīno deſcendendum eſt ad inquiſi
tionem,quod dic,vt plene leg.& not.ſ.de accu.quali-
ter.ii.rū.j.ver.ex quibus.& §.j.ver.ſed cum ſuper exceſſibus. [Sine
periculo.] dilapidationis,ſi forſan hoc crimine laborabat.ſ.de ex
ceſſ.præl.uel exempli,quia quod agitur a prælatis,de facili trahiē
a ſubditis in exemplum.ſ.de voto.magnæ.§.j.xj.q.3.præcipue. vł
peccatorum accumulationis.vt ĵ.eo.§.j.verſi.fi. ¶ Licet autem]
1 ij.pars.[Excitata.] † non enim ad primum ſonitum debet fieri in
quiſitio,vel committi.86.di.ſi quid de quoque.ſ.de ſimonia.licet
Hely.§.fi.quinimmo & quamuis æmuli frequenter pulſent,non
debet ex hoc ſuperior cōmoueri.ĵ.de purg.can. cum in iuuentu-
te.§.j.in princ.ſed tunc demum fit inquiſitio cum ſine ſcandalo
&c.vt legi.& not.ſ.eo.c.rū.j.[Propter tergiuerſationes.] ver.j. ver-
ſutas calliditates,quibus induxit inquiſitores, ne in inquiſitione
2 procederent Tergiuerſari † enim proprie eſt in vniuerſum ab ac-
cuſatione deſiſtere terga vertendo. Calumniari vero falſa crimi-
na ſcienter intendere.Præuaricari autem vera crimina abſconde
re iam prodita,& dicitur præuaricator quaſi varicator, nam qui
præuaricatur,ex vtraque parte conſiſtit,quinimmo ex aduerſa.2.
q.3.§.notandum.ff.de calumniatoribus.l.j.§.tergiuerſari.& §.ca-
lumniari.ff.de præuaric.l.j.ff.de his qui no.infa.athletas.§.penul.
3 [Colludente] † de colludio puniri debet pœna legibus conſtitu-
ta.ij.q.3.ſi quē pœnituerit.& nihilominus de criminibus illis ite-
4 rum inquiretur.vt ĵ.eo.§.j.& ſ.eod.c.j.omnes enim calūnioſi † ꝓ
qualitate admiſſi criminis extra ordinem puniuntur. ff.ad Turp.
& imputatis,vt ſi priuatum ſit crimen coherceatur officio iudi-
cis culpa eius.ff.ad Turpi.ſi quis repetere.§.fi.ff.de præuarica.l.2.ſi
vero publicum ſit crimen,tunc infamis efficitur. ff. de præuaric.
ſi is.C.ad Turp.l.ii.vnde ad ſimilitudinem iſtorum videretur, ꝙ
iſte archieps eſſet puniendus,licet expreſſe iſtud hic non dicatur
nec præuaricator,ſeu calumniator loquendo proprie dici poſſit,
veruntamen non licuit ei taliter teſtes corrumpere, vel iudices.
ſ.eo.c.j.ideo ſi de hoc conſtare poſſet tam archiepiſcopus iſte, q̄
inquiſitores,ſiue examinatores,& teſtes puniri poſſent extraordi
naria pœna officio iudicis,vt eſt dictum.arg.ſ.c.prox.§. fi.hoc ta
men non exprimitur,hic ſed dicitur tantum,ꝙ de his & aliis ite
rum inquiratur.vt ĵ.§.j.& ſic ſi veritas criminum reperta fuerit,
puniatur.vt ſ.c.prox.§.j.[Necnon corruptis] ver.[Teſtibus] quod
non licet,ut patet in eo,quod legi.& no.ſ.de proba.licet.§ iidem
quoque.ſ.de teſtib.conſtitutis.j.reſpon.j.& §.j.& eſt ſi ĵ. de exceſſ.
pręla.c.fi.rū.j.[Inquiſitoribus] quod eis hodie valde periculoſum
eſt,vt patet in eo,quod leg.& no.extra.d.n.de re iud.cum eterni.
[Non ſolum] ver.[Incorrecti.] quod malum eſt.[Committere]
quod peius eſt.[Non expauit.] Immo facilitas veniæ incentiuū
tribuit delinquendi.ſ.de vita & hon.cleri.vt clericorum.ſ.de ele.
cum in cunctis.§.j.cū ſuis concord. ¶ Diſcretioni veſtræ.] iij.ps.
[Super præmiſſis] ſ.antiquis,nec poterit obiicere, ꝙ teſtes fuerint
publicati,ſicut legitur,& not.ſ.de teſti.fraternitatis, tum quia iu
dex hic ex officio ſuo procedit.arg.in eo quod legitur,& not.ſ.de
teſti.per tuas,& c.cum clamor.§.j. tum quia propter colluſionē
ſuam adeo ſe indignum reddidit,ꝙ non mereretur audiri,argu.
ſ.c.proxi.§.fi.ſ.de elect.bonæ.j.§.fi.ver.quinetiam.[Et aliis] ſ.no-
uis.[Alioquin] ver.ſ.ſi colluſio,aut corruptio non probetur. [Su
per nouis.] & non ſuper antiquis, ſuper quibus inquiſitio iam ꝓ
ceſſit,quia de delicto vnius hominis ſepius q̄ri non debet.ff. nau.
cau.ſta.licet.in fi.ſ.de accuſation.de his,vbi de hoc.ij.q.j.prohibē
tur.§.ab alio delatum.

¶De delictis puerorum. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Pueri vii.annorum peccare poſſunt.*
2 *Puer v.annorum iurans,& deteſtans a diabolo rapitur.*
3 *Delictum omne cadit in impuberem,præter delictum carnis.*
4 *Pupilli iuramentum non ualet.*
5 *Impuberes irregularitatem poſſunt incurrere.*
6 *Pœna mitigatur propter ætatem teneram.*

CAP. PRIMVM.

PVeris grandiuſculis. Ideſt
doli
1 capacibus. videlicet.7. annorum † tales enim
peccare poſſūnt,vt ſequitur,vnde ſicut no. in
gl.de conſecra.diſt.4.paruuli.Dicit Aug.ad re
natum epm ſeptennis ætatis pueri,& mentiri
& verum loqui,& confiteri,& negare iā poſ-
ſunt,& ideo cum baptizantur,iam ſymbolum reddunt & ipſi ꝓ
ſe ad interrogationem rn̄dent.Et in dialogo legitur, ꝙ quidam
2 † puer.v.annorum iurans,& deteſtans,ſeu blaſphemans a diabo
lo raptus fuit,de iure tamen ſcripto tales ad iurandum admitti
non debent,quod dic,vt no.ĵ.§.fin.[Pubeſcere.] antea enim non
præſumitur de quoquam, ꝙ malitia ſuppleat ætatem. ſm. B. Qđ
verum eſt quantum ad potentiam coeundi,de quo dic,vt legi.&
no.ſ.de deſpon.impub.c.puberes.& c.de illis.& ca.fi.ſ.qui matri.
accuſ.poſ.inſuper.ſeus quo ad alia peccata, vt ſequitur,& ſ.notat.
¶[Quod merito] ij.pars.[Crederemus.] ſ. ꝙ talibus nullum pec-
catum attribuendum eſt.[Si nulla] &c. ſed multa alia ſunt quib.
pleni ſunt.vt ĵ.§.j.[Membris genitalibus.] Hoc enim peccatū,qđ
ex membris iſtis prouenit,talem committere poſſe non pręſumi-
tur prima facie,vnde nec minor, 14.annis accuſari poteſt lege Iu
3 lia de adulteriis.vt ff.de adult.ſi minor. ideo & dicitur,ꝙ † omne
delictum cadit in impuberem præter delictum carnis.ff.ad ſe.Sil
leianum.l.ii.§.impubes.Sed & hæc præſumptio quandoque ipſo
facto tollitur,vt legitur,& not.ſ.de deſpon.impub.puberes.§.fin.
& legitur in dialogo,ꝙ quidam puer ix.ann.nutricem ſuam im
pręgnauit,vt & no.ſ.de deſpon.impub.puberes.ad fi.ſed hoc raro
contingit,vnde non eſt multum curandum.argu.ff.de leg.nā ād
4 ea.¶[Quis vero] 3.pars.[Peccata] q. d. † nullius valet iuramentū
pupilli.ff.de libe.cauſa.l.fi.§.in eum poteſt ergo deierare, & furta
committere ff.de furtis.impuberem.& alias delinquere. C. ſi ad-
uerſus delic.l.j.C.de pœnis.impunitas.Sed contra. ff. de iureiur.q
iuraſſe.de conſecra.diſt.4.eos.C.de falſa moneta.l.j.in fi.ff. de arb.
diem proferre.§.ſi quis litigatorum.verſic.coram ff.de iniuriis.il-
lud.ff.de ædil.edic.cum autem.§.excipitur Sol.Impuberes nō de
bent admitti ad iurandum.22.q.v.pueri.& c.paruuli.Si vero iura
uerint,& poſtea contraueniunt,& erant doli capaces,deierant,ta
les enim & deierare, & furtum committere, & alias delinquere
poſſunt,vt hic.ſ.eo.c.in primis concordan. Minus tamen puniū
tur quam alii maiores,vt ſtatim ſequitur.ĵ.eo.c.ver.j. ſi vero non
erāt doli capaces,nec deierare,nec alias delinquere poſſunt, vt in
5 contra. Poſſunt tamen irregularitatem † contrahere [a]. puta lu-
a dunt,lapidem vel cultellum proiiciunt,& ſic aliquem occidunt
ex hoc enim fiunt irregulares,& ſi non habuerint animum oc-
cidendi in lege nempe promotionis factum attenditur non vo-
luntas.xv.q.j.c.fi.tale tamen homicidium diſpenſatione eſt indi
gnum,cum cēſeri debeat quaſi caſuale,nec poteſt diſtingui,vtrū
daret operam rei licitæ,& vtrum diligentiam adhibuerit, qa de-
buit,quia non diſcernit.ad hoc.ſ.de homicidio.§.Ioan.& ca.fin.
& ĵ.e.c.j.& in concordan.ſigna.ſ.ca.gl.ver.ſed contra.[at his].ver
ſi.ſ.peccatis.[Plena eſt] dummodo ſit doli capax,alioquin cōtra.
vt no.in præceden.glo.[Non ita] ideſt non intantum,vel ita acri
ter.

ADDITIO.

a ¶Contrahere.Vide contrarium in cle.ſi furioſus.de homici.

6 ter † immo pp ætatem teneram mitigatur pœna. ff. de minori.
auxilium.§.in delictis.& l.ſi ex cauſa iudicati.§.nunc videndum.
Sed contra.j̃.eo.§.fi.in princ.Sol.ibi Hoſtienſis.

*SVMMARIVM.*

1 *Sagittatio quamuis ſit odibilis eſt periculoſa permittitur.*
2 *Puero licet,cum coętaneis ludere.*
3 *A puero qui nihil habet nihil exigi poteſt.*
4 *Pater pro filio non eſt puniendus.*
5 *Puer pœna ſpirituali puniri debet.*

## CAP. II.

1 REferente. Sagittaret.] quæ ſagittatio † q̃uis
ſit odibilis & periculoſa.vt s̃.de ſa
2 gitta.c.vnico.licebat tamen alias puero†cum coęta-
neis ludere.s̃.de homicidio.lator.& c.exhibita.[Caſu
fortuito] q.d.non ex animo.ſi.s̃.de homicidio. lator. ſed & caſus
eſſet oĩno fortuitus,ſi non fuiſſet doli capax,vt patet in eo, quod
legitur,& not.s̃.eo.c.j.§.fi.ſuper verbo,pœna.in fin.¶[Propter ꝙ]
ij.pars.[Conſuetudinem,]vel ſtatutum,quod eſt in aliquibus re
gionibus,vt ſi quis furtum,vel homicidium,vel aliud crimen cõ
miſerit,certam pecuniam ſoluat, quæ conſuetudines,ſiue ſtatu-
a ta omnino irrationabilia ſunt [a], hoc enim nihil aliud eſt,quam
homines venales exponere certo pretio, & ad peccata commit-
tenda homines inuitare,talis enim non timet pęnam pecuniæ,
ne dicam centum ſolidorum,vt hic ſequitur, ſed quantamcũq;,
qui ſuſpendio terreretur:non ſunt igitur hęc ſeruãda, vt patet. ff.
de pactis.ſi vnus.§.pacta.in Auth.de manda.prin.§.oportet. coll.
iij.Inſtitu.vi bon.rap.§.ſed nedum talia.ff.de pœnis.in ſeruorum.
in fi.& l.aut facta.§.fi.s̃.de conſuetu.ex parte.s̃. de diuor.quanto.
§.pen.& no.de hoc.s̃.de offi.ord.irrefragabili.§.fi.& c. dilectus.§.
fi.Sed contra.j̃.eo.c.ad fi.vbi innuit a contrario ſenſu, ꝙ talis con
ſuetudo ſeruanda eſt.Solu.ibi.[Requirebat & j̃.] hoc eſt ideo di-
ctus H.ad ſedem apoſtolicam appellauit.¶[Vnde quoniã]3.pars.
[Inultum] omnino quando pueri non ſunt doli capaces. xv.q.j.
illud.Vel inultum. ideſt nõ perfectè vltum,quando doli capaces
ſunt,& ſic intelligitur hoc verbum.ſm quod no.& diſting.s̃.c.p-
xi.§.fi quod dic,vt ibi plene no.[Leges] ff.de minoribus. auxiliũ.
§.j.& l.ſi ex cauſa.§.ii.C.de pœnis.impunitas.ff.de damno infect.
damni.§.ſi pupillus.21.q.v.ſi quis cuiuſliber.[Mandamus] verſic.
[Intra quartũdecimũ annũ]ſubaudi maxime,nam talis punien-
dus eſt,licet non ita ſicut maior.vt s̃.c.j.verſi.fi.ſed hic voluit Pa-
pa ex toto gratiam facere,maxime quia non decet abbatem ta-
lia tunc exigere.argu.j̃. de pœnis.conſtitutus.Vel verius puer iſte
quamuis doli capax eſſet,quia decennis erat,vt s̃.eo.c.in princip.
quantum ad pecuniam,quæ exigebatur,neceſſe eſt,ꝙ peccatum
3 ſuum omnino inultum tranſeat,†a puero enim,qui nihil habet
nihil exigi poteſt.ff.de furtis.itaque fullo.s̃.de ſolu.Odoardus.cũ
4 ſuis concordan.†Sed nec pro filio pater eſt puniẽdus.C.ne filius
pro patre.l.j.ſicut nec dominus pro ſeruo.ff.de peculio.licet.§.ex
furti.nec aliquis alius pro aliquo alio generaliter,vt legitur,& no
tat.s̃.de his,quæ fiunt a maio.par.ca.quæſiuit,& maxime parcẽ-
dum eſt ratione ætatis, & quia licet in culpa fuerit, delictum ta-
men extra venit non ex animo,& ideo noxam non commiſit,
& ſi etiam in aliquo obligatus eſſet, poſſet petere reſtitutionem
in integrum.C.ſi aduer.delic.l.j.& pater eius nomine.ff. de min.
b pater pro filio.rñ.j.irregularis tamen effectus eſt [b], vt patet in eo,
4 quod no.s̃.eo.c.j.§.j.& † ſpirituali pœna puniri debet.arg.s̃.eo.ca.
in fi.vt ibi not.[Annum] ergo,ſi maior erat.14.annis,innuit hic
a contrario ſenſu,ꝙ abbas hanc pœnam leuare poſſet,ſed ſubau
diendum eſt maxime,vt in præceden.gl.[Memoratum abbatẽ]
verſi.[Abbatem.] qui hanc pœnam petebat ratione forſan rega
lium,quæ tenebat a Rege,vel ab alio Principe.arg.s̃.de iureiurã.
petitio. vel quia hanc iuriſdictionem habebat de conſuetudine
pręſcripta.vt j̃.innuit.ſm Ala.quinimmo etiam ratione ſpiritua
lis iuriſdictionis tales emendæ leuari poſſunt.vt s̃.de offi.ord.dile
ctus.vbi de hoc.& no.s̃.de ſimonia.ad aures. [Conſuetudinem.]
ab aliis ergo maioribus & patribus familias hæc pęna leuari poſ
ſet,quod puto uerum ex poſtfacto non ratione conſuetudinis,q̃
iniqua eſt.vt no.s̃.§.j.ſuper verbo,conſuetudinem.& argu.j̃.de pę
nis.licet.ſed ex officio ſm id quod no.s̃.de offic.ord.irrefragabili.
§.fi.Nec obſtat,quod hic innuitur a contrario ſenſu, quia quan-
tum ad hoc ſubaudiendum eſt hic maxime,quid autem quantũ
ad alia tenendum ſit,no.in præcedẽtibus,ſed nec dicit hic exp̃ſſe
Papa,ꝙ conſuetudo valeat,& quod hic a contrario ſenſu innuit
ideo facit,vt etiam ex poſtfacto innuat,ꝙ eccleſia non debet pœ
nam grauem infligere corporalem,ſed potius pecuniariam. arg.
23.q.v.reos,& patet in eo,quod legitur,& no.s̃.de rapto.in archie
piſcopatu.[Pro temporali] q.d. ſed non negamus, quin ſit ſpiri-
tualis pœnitentia imponenda, quamuis propter ætatem tenerã
temperanda.ut s̃.eodem c.j.§.fi.

ADDITIONES.

a ¶Adde Fely.in rubrica de conſti.s̃.
b ¶Intellige,ſi erat doli capax,alias contra per cle.ſi furioſus. de homicidio.

De clerico venatore. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Venatio multiplex eſt.*
2 *Venatio quæ clericis ſit interdicta.*
3 *Piſcatio monacho eſt conceſſa.*

## CAP. PRIMVM.

EPiſcopum. Sed nec aliquem ſeruũ
Dei.j̃.ti.j.[Non licet]ſi.
s̃.ne cle.vel mo.c.j.§.fi.reſpon.j.34.di. quorũ-
dam.86.di.quæ venatoribus. ver. amputatis.
s̃.de cenſi.cum Apoſtolus.§.j.ver.penul.j̃.c.j.
1 ¶[Quod ſi quis] ii.pars.[Voluptate]† Hic no-
tandum,ꝙ multiplex eſt venatio. Prima dici
tur oppreſſiua,ſiue violenta.vnde Gen.x.B.Cœpit Nembroth ro
buſtus eſſe venator coram domino . ideſt hominum oppreſſor
dño permittente.vj.di.§.his itaque.hęc licita eſt in bello iuſto.vt
ibi.& s̃.de hæreti.excommunicamus.j. §. ſi vero dñs temporalis,
interdicta tamen & illicita in iniuſto,quod dic,vt leg.& not.s̃.de
iureiuran.ſicut & j̃.Secunda dicitur adulatoria,quæ fit ab hiſtrio
nibus & ſimilibus,& hæc ſemper & omnibus illicita eſt, & infa-
mat.86.diſt.qui venatoribus.46.diſt.ſunt nonnulli.vj.q.j.ſunt plu
rimi.Tertia dicitur arenatoria.3.q.7.§.tria.& ca.ſeq.verſic.vel qui
operas.ff.de poſtulando.l.j.§.item ſenatus.& §.beſtias. Hæc laicis
permittitur,ſed ſi perinde pecuniam recipiant,infames ſunt,ſi cã
virtutis probandę,non ſunt infames,vt ibidem,ſaluis torneamẽ-
2 tis quæ prohibentur.s̃.de tornea.c.j.†Clericis autem omnino in-
terdicta eſt,vt patet in eo,quod legitur,& notat.s̃.de cleri. pug.in
duel.c.j.& ii.Quarta dicitur occupatiua ſaltuoſa ſeu clamoſa,&
hæc tempore quadrageſimæ,& ieiuniorum,nec nõ & præcipua
rum feſtiuitatum.s̃.de feriis.c.j.& cap.fi. quibus homines debent
conuenire in eccleſia,& orare, omnibus eſt interdicta 86.diſtin.
qui venatoribus.verſi.item amputatis.de conſecra.diſt.3. religio-
ſum.& diſt.v.ieiunia.In aliis autem ferialibus diebus laicis eſt cõ
ceſſa.argu.ff.de vi publ.l.j.Inſti.de rerum di.§.feræ igitur beſtiæ.ff.
de aquiren.rerum dom.naturalem.& l.Pomponius. Clericis ve-
ro eſt omnino interdicta,vt in concordan.ſigna.in præceden.gl.
Quinta dicitur quieta,ſiue recreatiua, & ſi cauſa voluptatis fiat,
vel nimis frequenter,clericis eſt interdicta,vt hic,ſi vero quando-
que neceſſitatis cauſa,vel vtilitatis,licita eſt,vt hic innuitur a con
trario ſenſu,vt ſi fiat forſan ad excitandum calorem naturalem,
vel etiam appetitum.arg.s̃.de homicidio.dilectus.s̃.de iureiur.&
ſi Chriſtus.§.pen.& de conſecra.di.v. ſint tibi ieiunia.j. & ij. ſaluo
eo ꝙ ſm D.& T.& quaſi omnes, epõ eſt interdicta omnino.34.
diſt.c.j.hic tamen innuitur contrarium,quod dic,vt no.in Sum-
ma eod.ti.§.quæ & quibus.ver.item cauſa vtilitatis.& præceden-
3 tibus.vbi & no.†ꝙ piſcatio etiam monacho eſt conceſſa.de con-
ſecra.diſt.v.minor.ſed venatio eſt interdicta,& ibi redditur ratio
diuerſitatis.[Sæpius] ſi.s̃.de vi.& honeſta.clerico.monaſteria.rñ.
j.[Si epiſcopus] verſi.[Tribus menſibus.] & ſic plus punitur quã
presbyter,ſed minus,quàm diaconus,vt ſequitur. [Si presbyter.]
ver.[Duobus.] & ſic minus punitur, quam epiſcopus, vt præce-
dit,& minus quam diaconus,vt ſequitur.[Si diaconus.]verſicu.
[Ab omni officio.] ſic videtur, quòd magis punitur quã maior,
contra illud.s̃.de iureiuran.cum quidam.40.diſtin.homo Chri-
ſtianus.19.diſtin.nulli.Solu. Dicunt magiſtri communiter non
eſt verũ,immo maior intelligitur pœna,quæ hic imponitur epi-
ſcopo,vel presbytero,vt pręcedit propter maius ſcandalum:nam
ſicut ex perſona iniuria conſideratur,& iudicatur magna,vel par
ua,ſic & pœna.argu.Inſtitu.de iniuriis.§.atrox.ſed hæc ſolutio fit
ad hominem.nam ſecundum ipſam deberet epiſcopus ſuſpendi
duobus menſibus,& presbyter tribus,ſed tamen econuerſo eſt,vt
præcedit. Dicas igitur,ꝙ minus punitur diaconus, quam prædi-
cti veritate conſiderata, nam in epiſcopo & presbytero certum
tempus trium & duorum menſium apponitur,vnde & cum ip-
ſis citra tempus non diſpenſabitur,cum diacono autem,cũ nul-
lum tempus præfigatur infra duos menſes, vel tres, vel quando
placuerit, poterit epiſcopus cum ipſo communioni reſtituto, ſi-
cut ei videbitur,miſericorditer diſpenſare. argu.ff. de iur.deliber.
l.j.§.ait prætor,& in eo,quod legitur,& notatur.s̃.de offic.delega.
de cauſis.reſpon.j.Quid de ſubdiacono? idem quod de diacono.
arg.in eo quod legitur,& notatur.s̃.de ſeruis non ordi. miramur.
Quid de alijs clericis inferioribus? Reſpon. cum nulla certa pęna
apponatur,arbitrarie punientur.s̃.de offic.deleg.de cauſis.reſpõ.
j. vt tamen in omnibus trina monitio præcedat vindictam . xii.
quæſtio.ij.indigne.

SVM·



*SVMMARIVM.*

1 *Clerici & laici ſunt omnes ſerui Dei.*
2 *Clerici peculiariter appellantur ſerui Dei.*
3 *Clerici milites Dei appellantur.*
4 *Venatio clericis generaliter prohibetur.*

## CAP. II.

OMnibus. [Seruis Dei.]Omnes† ſunt ſerui Dei
1 tam clerici, q̃ laici chriſtiani, qui-
nimo & omnis homo.vnde Eccl.vlti.Deum time,&
mandata eius obſerua,hoc eſt omnis homo.ideſt. ad
2 hoc factus eſt omnis homo,clerici† tamẽ appellantur hic pecu-
liariter ſerui Dei, quia in ſortem domini & eius obſequium ſpe-
cialiter ſunt aſſumpti.xxi.diſt.clericos.& legitur, no.ſupra,de prę-
3 ben.cũ ſecũdum Apl'm . qui & alias Dei milites appellantur, †vt
patet in eo, quod legitur ,& notatur . ſupra de ſeruis non ordi. eo
4 libentius.poſt prin.omnibus ergo ſeruis Dei.ideſt.clericis.† vena-
tio generaliter prohibetur.quod dic,vt no.ſupra capitulo primo.
[Siluaticas vagationes]non caret hoc,ꝙ dicit,hic vagationes,mi
ſterio.Quid enim ſi redditus nedum laicorum, ſed clericorum
etiam religioſorum in venatione cyrogrillorum , ſiue cuniculo-
rum,ſicut eſt in partibus Prouincię, vel aliarum ferarum inclu-
ſarum in parcis, ſicut in partibus Franciæ & Angliæ pro magna
parte conſiſtunt,nunquid liceret eis etiam in propriis perſonis,ſi
familia ſaltem deficiat, venationem ſuam recolligere, & vende-
re,dumtamen hoc faciant tempore competenti ? Vtique.ar. hic
a contrario ſenſu.hoc enim non eſt vagari,ſed neceſſitati,vel ſal-
tem vtilitatem eccleſiæ prouidere,ad quod vnuſquisque clericus
eſt aſtrictus,vt patet vii.q.i.præſentium.& c.placuit vt nemini.xvi.
q.qui vere . ibi & neque communicare eccleſiaſtcas &c. &.ca.
nos autem.ibi ac ſi qua opera. & ibi nec ueſtrum ocium & c.&
poteſt colligi in eo quod not.ſupra.c.j.& j.t.i.c.i

¶De clerico percuſſore. Rubrica.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericus nullus debet eſſe percuſſor.*
2 *Sacerdoti extraneum eſt percutere.*
3 *Peccatum quodlibet mortale ſemel commiſſum,ſufficit ad damnationem.*

## CAP. PRIMVM.

1 SIquis. [Gradu ſacro ] maxime † qa nec
aliquem clericum decet eſſe per-
cuſſorem,vt patet.j̃.eo.ca.fi.ſed potiſſime hoc
cauere debet conſtitutus in ſacris,alioquin or
dinari prohibetur.vt.xlv. diſtin. ca.j.& ca.epi-
ſcopum. ſed ſuper omnes epiſcopus abſtinere
debet , & cauere , ne quem percutiat propriis
2 manibus,hoc † enim eſt extraneum ſacerdoti, vt in Auth.de ſan
ctiſ.epiſ.§.ſed neque.lxxxj.diſt.non liceat.quod dic , vt plene no.
in Summa de tempo.ordi.§.& cui.ſub.§.decima regula. [Et ſi nõ
emendauerit.]ergo ſi emendauerit.non deponitur.ſi.35.diſ.c.j.&
3 fi.& eſt ar.ꝙ non quodlibet peccatum † mortale ſemel commiſ
ſum ſufficit ad dãnationem,hoc autem,qđ hic dicitur,intelligen
dum eſt de eo,qui vſum habet percutere in ludo noxio,quod nõ
caret culpa.ff.ad.l. Aquil.nam ludus.s̃.t.j.c.j.§.vnico.in prin.ſed &
talis monendus eſt,antequam puniatur , vt hic dicit , niſi forſan
hominem ad mortem percuſſiſſet, quia tunc ſine monitione ali
qua deponeretur.lv.di.ſi euãgelica.&.j̃.c.j. dũmodo de hoc cõſta
ret.ſupra de collu.detegen.c.penul.§.fi.&.cap.fi.§.fi. idem eſſet in
duello percuſſiſſet.quod dic,vt legitur.& notatur . ſupra. de cleri.
pug.in duello.c.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Præſumptio quandoque ſumitur ex tempore.*
1 *Occaſionem proximam mortis quicunque dat, debet in perpetuum abſtinere*
3 *Ordo nullam crudelitatem admittit.*

## CAP. II.

PRæterea. [Crudeliter.]hoc eſt, quod imputa
tur , nam moderate hoc potuiſſet.
ar.xlv.diſt.cum beatus.xxiii.q.v.c.j.ver.fi.j̃.de ſenten.
excom.cum voluntate.ff.ad.l. Aquil.pręceptoris . s̃.
de crimine fal.ad audientiam.quod dic,vt ibi no.&.s̃. de rapto.in
archiepiſcopatu.& de homicidio.ad audientiam. [Quam].ver.ſ.
mulierem.[Exinde minime arbitramur.]&c.vt ſequitur . [Cum
1 poſt octo]&c.ex temporis † igitur prolixitate præſumitur, ꝙ non
ex illa percuſſione mortua ſit,ſicut & contrarium pręſumitur ex
2 temporis breuitate.l.diſt.ſi qua fœmina. quicunque † autem oc-
caſionem mortis proximam dat,debet in perpetuum abſtinere.l.
diſtin.ſtudeat. Et eſt hic ar.pro Ba.qui dixit in dicto ca. ſtudeat.il-
lum presbiterum non teneri de occiſo, ſed de vulnerato , ſi caſu
interiit,& ſi caſus ex percuſſione proceſſerit. ff.ad.l.Aqui.qui occi
dit.§.fi.Tu dic,vt no.s̃.de homicidio.de cætero. & ca.tua nos.rñ.j.
&.§.j.[Defunctam.]ſubaudi tamen,& ſic continuatur ſequens.§.

3 ¶[Quia].ii.pars.[Ad ordinem.]qui † nullam crudelitatem admit
tit,vt patet in eo,quod legitur,& no.s̃.de poſtulãdo.ca. fi.in prin.
s̃.ne cleri.vel monã.ſententiam.s̃.de ſimonia.ne Dei eccleſiam.
ad fi.j̃.de exceſ.prælа.ex literis . §.fi.[Reſpectum].i. conſideratio-
nem reuerendam.[Duobus menſibus.]ſi.s̃.ti.j.ca.i.verſi.ſi presbi
ter.Si vero percuſſiſſet,vt per hoc timeri vellet, deberet ab officio
ſuo pelli.45.diſt.epiſcopum.

*SVMMARIVM.*

1 *Defenſio propria cuilibet licita eſt.*
2 *Clerico alium defendere non licet.*
3 *Clerico licet pugnare pro republica.*

## CAP. III.

PRæſentium. [Repellebant.]& ideo rei lici-
tę operam dediſſe videntur,
1 quia † licitum eſt ſe defendere infra.de ſenten.excom
mu.ſi vero. j.§. ſi vero.& ca.ex tenore . §.fi. 24. quæſt.
iii.fortitudo.ca.ſi quis . & cap.non in inferenda. ſed vlciſci non li-
cet.xlvj. diſt.ſedicionarios. Quare ergo punitur iſte,qui ſe defen-
2 dentes iuuabat? Reſpon.quia alienum officium vſurpabat, † nec
enim licet clerico arma ſumere,vel etiam in propria perſona pu
gnare ad alterius defenſionem, quia nec ad ſuimet, ſi fugere,vel
aliud facere poſſit,quod dic, vt no. s̃. de homicidio. ſuſcepimus.
& ca.ſignificaſti.ij.§.j.ſecus vbi aliud facere non poteſt , tunc . n.
poteſt,nõ dico alium, ſed tantum ſeipſum defendere,etiam aliũ
aggredientem ſe occidẽdo ſine metu irregularitatis. quod dic,vt
no.s̃.de homicidio.c.ij.§.fi.Vel dic, ꝙ hic non deliquit,quia nec
aliquem percuſſit, ſed ad terrorem aliorum ſiue cautelam tantũ
punitur,vt no.j̃. e.§.j. in fi. [In quo]ver. [Proiecit.]vnde dubium
videri poterat, an fuiſſet in culpa,& ideo contra.ar.xxiij.q.fi.ca.fi.
l.di.ſi quis viduam.& s̃.de cleri.pug. in duello.c.fi.ſed iſte aliquem
non percuſſit, vt ſequitur, & de hoc alias conſtabat,alias,ſi dubi-
um eſſet,repelletur,vt in contrarijs. & ar.ff. de teſta.tute.duo ſunt
Titij.ff.de manu.teſt. cum ex pluribus, 24.diſt. quando.& ca.nul-
lus.2.q.iiij. omnibus. ſecundum B. quod dic , vt plene not. ſupra,
de tempo.ordi.extra.Grego. nullum. Sed ſigno aliud contra.s̃.de
3 homicidio.petitio.Sol. † Ibi pugnauit defendendo rem publicã ,
quod licuit.ar.ff.de iuſtitia & iure,vt vim.hic vero rem priuatam,
quod non licuit,& ſic eſt hic ar.ꝙ non licet clerico ſociorum in-
iuriam in perſona propria propulſare,vt in eo,quod nota.in præ-
ceden.gl.& de hoc no.xxii.q.iij.in ſumma.& extra.d.n.de ſenten.
excom.dilecto.§.& quidam.li.vj. vnde quod ibi no.ꝙ cuilibet li-
cet ſociorum iniuriam propulſare,per hoc ꝙ hic dicitur,videtur
eſſe ad laicum reſtringendum , quod tamen falſum eſt.j̃. eo.c.j.
Item licet presbiter hic certus ſit, neminem percuſſerit , tamen
per bienium ſuſpenditur ab officio , quia in culpa fuit , in dicto
vero ca.petitio.relinquitur in dubio cõſcientię ſuę, & ſic patet,ꝙ
aliud iuris eſt,quando clericus pugnat perſonaliter in iuſto bello,
vt ibi.Aliud quando in conflictum,vt hic, cui non debet clericus
ſe vllatenus immiſcere.ſecundum Iac.Tu dicas,ꝙ iſte clericus in
nullo fuit culpabilis, nec punitur,niſi ad cautelam , & terrorem,
vt no.j̃.eo.§.j.in fi.¶[Quem]2. pars.ſcilicet,presbyterũ.[Per alios]
ſubaudi,quorum fautor & adiutor fuit,alioquin enim eſſet ma-
la ratio,quia culpa ſuos debet tenere authores , vt s̃. de his quę fi-
unt a maio.par.ca.quęſiuit. vel dic, vt in ſequen.glo.[Abſtinere.]
ſubaudi ad cautelam & terrorem aliorum propter exempli per-
niciem.ſi.s̃.de homicidio. ſignificaſti.§.fi.j̃.ti.j.c.j.in fi.Vel forſan
4 hic erat grauiter infamatus, vel ſcandalum imminebat.s̃.de ho-
micidio.ex literis.¶[Mandamus] iij.pars. [Spacio] infra quod ſu-
ſpenditur ad cautelam &c.vt in præceden.gl. [Amittas]quod de
iure communi eſt, cum in nullo culpabilis reperiatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Irregularis an efficiatur quis ſi cum armis contra prædones iuerit, vbi aliqui mortui fuerunt,& ad quos ordines promoueri poteſt,& nu.2.*

## CAP. IIII.

COtinentia. [Ad reſtiuendum]quod licet. vt
s̃. c.proxi . cum ſuis concordan.
[Tres. ] ſcilicet de prædonibus , [Ab aliis] ſocijs aco-
litis reſiſtentibus [Ad mortem. ] cum effectum,quia
mortui fuerunt,vt ſequitur, ipſo tamen acolito nec percutiente,
nec conſentiente tacite vel expreſſe, & hoc eſt, quod ſequitur. ita
tamen &c.[Ita tamen] ver.[Neque facto]&c.l.diſt.ſi quis viduã.
quod dic,vt legitur, & notatur ſupra,de cleri.pug.in duel.c.2. §.fi.
& ſic nullã irregularitatẽ incurrit, quia nec homicidij reus fuit .
1 ¶[Conſultationi.] ſecunda pars . Et intelligitur † hæc litera duo-
bus modis.Aliqui enim dicunt, ꝙ diſpenſationem gratioſam cõ
tinet. Alii intelligunt, ꝙ loquitur de iure communi,vt no.j̃.[Præ-
dictum acolitum]alias prædictus acolitus [Ad frugẽ.] maxime,
2 dũmodo† conſcientia eum non remordeat. ſupra c. proxi. & de
homicidio.petitio.& ſic loquitur de iure communi. Alii contra,
vt in ſequen.glo. [Subdiaconatus]& non vltra,quia in culpa fuit
aſſumẽdo arma.xvj.q.iij.porro.& patet ĩ eo,qđ le.& no.s̃.de hom.
ſuſcepimus.ideo irregularis cenſetur.lj.diſt qui in.aliquo. ſed diſpẽ
ſatur cum eo in ſubdiaconatu,& non vltra,vt hic dicit, & hoc fa-

uore religionis,vt præcedit.& ar.ſupra.de apoſtatis.c.ij.§.fi.ſecun-
dum.B.Alij.contra,vt in præceden. glo. & ſequen. [Promoreri.]
2 ſubaudi & etiam vltra, puta diaconatum. & præsbiteratum†vt
ſic valeat etiam tanquam ſacerdos altaris miniſterium &c. vt
ſequitur.& ſic nulla indiget diſpensatione ſecundum quoſdam,
pro quibus facit, quia conſultationi reſpondet. vt ſupra.e.§. in
princi.& quia dicit poteris,quod intelligitur non ſolum de facto
ſed de iure ſupra de reſcriptis. ſciſcitatus.& ſic reſpondet ad con-
ſultationē, quid iuris ſit.item quia in nulla culpa reperitur.ſupra.
ver.proxi.nam & ſufficit, ꝙ conſcientia ſua ipſum non remor-
deat, vnde etiam in dubio eſt ſuæ conſcientiæ relinquendus,licet,
ſi dubitet,tutius ſit abſtinere, vt legitur,& no.ſ̄.de homicidio. ſi-
gnificaſti.ij.§.ꝙ ſi diſcerni.&.ca.exhibita.&.c.petitio. Et hanc am
plector.alias hoc quod dicit. [Et altaris]&c. nil adderet. Niſi in-
telligas, ꝙ hoc poſſit exercere etiam in presbiterum promotus,
ſufficiebat enim, quod dixerat, ꝙ poterat in ſubdiaconum pro-
moueri,nam & ſubdiaconus miniſter eſt altaris. de conſecra. di-
ſtin.ij.tribus.hæc ergo verba addita debent aliquid operari. arg.ȷ̄.
de eo quod legitur,& notatur.ȷ̄.de priuilegiis.ex ore.

¶De Maledictis. Rubrica.

*S V M M A R I V M.*

1 *Principi nemo maledicere debet.*
2 *veniam meretur, quod fit calore iracundiæ.*

CAP. PRIMVM.

INnouit nobis & inf. Quia nobis
alias ꝙ vobis.[Multis coram.]ideo eſt in ma-
iori culpa, quàm ſi in priuato loco hoc feciſ-
ſet ſi.ȷ̄.eo.c.j.circa prin.ȷ̄.de exceſ.præla.quàm
ſit graue. C.de ſumma trini.l.fi [In depreſſio-
1 nem.]& male, quia † principi nemo maledi-
cere debet.xxiij.q.j.paratus.immo nec fratrib.vj.q.j. Summa.Pſal.
Detrahentem proximo ſuo hunc proſequebar. xxiij. q.iiij.nimi-
rum.& ca.qui peccat.de pœni.diſt.j.homicidarum. [Officii & be
neficii].i.poteſtatis. cuius officium ad beneficia conferenda indi-
ſtincte,& diſpenſationes & gratias faciendas, & indulgentiasq; ac
priuilegia concedenda generaliter extenditur,& vbique,puta,dice
bat,ꝙ Papa multa faciebat, de quibus nullam poteſtatem habe-
bat,vel quia priuilegia & beneficia Romanę eccleſię minuerat,&
dedecorauerat eccleſiam Romanam, nō erat dignus papatu,non
bene diſpenſabat.ſecundū.d.n.gratias vendebat,ſimoniacus erat,
& multa alia exempla poni poſſunt. [Ipſum]. ver.ſ.maledicum.
[A temeritate].i.pertinentia.xj.q.iij.ſi quis ſacerdotum. Sed con-
2 tra,quia,quod ex temeritate,ſiue † iracundiæ calore fit,veniā me
retur.ij.q.iij.§.notandum.& ca.ſi quis iratus. C.de rebus cre.l.ij.&
dicit Imperator, ſi quis putauerit noſtra nomina lateſcenda, &
hoc ex leuitate acciderit, contemnendus eſt.Si ob inſaniam,miſe
ratione dignum. Si ob iniuriam remittendum.C.ſi quis impera.
maledi.l.vnica.xxiij.q.iiij.inter querelas.Quare ergo mandat Papa
talem propter iniuriam propriam puniri,vt ſequitur, cum omni
bus epiſcopis, & ſibi præ cæteris vitæ ſanctitas reliquerit gloriam
ignoſcendi.C.de epiſco.& cleri. ſi quis in hoc genus.Reſpon.Hæc
iniuria non ſolum Papæ perſonam tangit, ſed Romanam eccle-
ſiam, vt patet.ȷ̄.de ſenten.excom. cum deſideres. §. fi.ver.penul.ſ̄.
de foro compe.ca.ij.§. vnico. Intelligas ergo, ꝙ non mandat hic
Papa puniri iniuriam,quatenus tangit perſonā ſuam,ſed in quan
tum eccleſiam Romanam, quam non debet remittere.lxiij. diſt.
Salonitanæ.xxiii.q.iiij.Guiliſarius, & ca.ſi is qui.ſecundum quoſ-
dam. Alii dicunt, ꝙ bene pōt quis punire iniuriam propriam a
ſubdito ſibi illatam maxime quando nullum habet ſuperiorem,
vel nimis remotus eſt, vt hic.& xlv.diſt.eſt qui emendat, & hoc
hodie videtur expreſſum extra.d.n.de pœnis. Romana.quod dic,
vt ibi no.Nec obſtant iura præmiſſa,quæ videntur contraria,quia
habent intellectum ſuum,nam quod dicit lex, ſi quis in hoc ge-
nus,intelligi debet quo ad pęnam capitalem, quam nullus cleri-
cus debet petere, nec etiam vbi exercetur intereſſe ſupra ne cleri.
vel mona.ſententiam.quod autem dicit lex,ſi quis Impera.male-
di.ſic exponitur. Si ex leuitate proceſſerit, contemnendum eſt.i.
pro contemptu puniendum. Si ob iniuriam remittendum. i.re-
mittendus eſt is,qui dicitur deliquiſſe ad Imperatorem,qui ex per
ſona dicta penſet,vt ibi ſequitur. Vel ſi vis dicta iura intelligere ad
literam,ſicut videntur ſonare,dic, ꝙ loquuntur de benignitate,ſi-
ue manſuetudine, alias enim nullus tenetur remittere iniuriam
ſibi factam ſine ſatisfactione, niſi velit,ſed rancorem tantum.de
pœni.diſt.v.ca.fi.xxiij.q.iiij.ſi illic.xc.diſt.ſi quis contriſtatus. C.de
iniuriis.atrocen.& de hoc not.plenius infra de iniuriis.olim.& in
Summa.e.ti.§.j.ſub.§.alii maledicunt principem,& de ſen.& re iu
di.ſub rubrica de ſententia.§.quis debet.ſub.§.propriis.ver.item ra
tione rei.& ſequentibus.[Vt pœna] verſi.[Terrorem.]ſic.ij.q.vij.
qua propter.ſ̄.de calumniatoribus.c.ij.ſ̄.de iudeis.ad liberandam.
ſub.§.fi.vbi de hoc.[Incutiat.]ſubaudi tātum. [Ne de cętero]&c.
Timentes eandem pœnam ſibi inferri,ſi conſimilia attentarent.

*S V M M A R I V M.*

1 *Clericus non debet publice pęnitere.*
2 *Peccata occulta uindictam non habent.*
3 *Publice,quod dicatur fieri, & palam.*
4 *Blaſphemans Deum,eſt pro pœnitentia ad epiſcopum remittendus.*
5 *Delinquens contra temporalem poteſtatem puniendus eſt.*
6 *Blaſphemo qualis ſit pęnitentia iniungenda.*
7 *Peccans in Deum,peccat in eius eccleſiam.*
8 *Qui nō habet in ęre,liceat in corpore.*
9 *Iuriſdictio vna per alia iuuatur.*
10 *Blaſphemās pœna temporali punitur.*
11 *Moneta magis uſitata,intelligitur,ſi plures monetæ currant.*
12 *Pœna duplex debetur pro quolibet peccato.*

CAP. II.

1 STatuimus. [Vt ſi quis laicus]Clericus †.n.
non debet publice pœnitere.vt,
ſupra de bigamis.c.j.& ar.ȷ̄.e.§.per temporalem.alias
igitur ad arbitrium epiſcopi pœnitentiam agat. [Et
maxime.]mentem huius verbi ſatis late videtur conſideraſſe qui
dam,qui dum confiteretur peccata ſua,ſic dixit inter cætera con-
feſſori.Domine confiteor,Deo & vobis quoddam peccatum im
maniſſimū,quia cum blaſphemando crediſiſſem iurare de Deo,
accidit mihi miſero, ꝙ iuraui de beata virgine,habebat enim iſte
tantam deuotionem ad noſtram dominam,ꝙ plus credebat pec
care in offenſione eius.q̄ in offenſione Dei. [In blaſphemiam]di
cendo,ꝙ Deus non eſt potens,maledicendo ei,vel vituperando ſi
cut ribaldum,vel iurando in ipſius vituperium per caput vel ven
trem.xxij.q.j.ſi quis per capillum. in Auth.vt nō luxurientur con
tra naturā.coll.6.vbi & punitur talis vltimo ſupplicio. [Publice.]
2 Secus ergo ſi occulte,illa enim peccata, quæ † occulta ſunt,vindi
ctam non habent.32.q.5.chriſtiana,& patet in eo, quod legitur,
3 & no.ſ̄.de ſimo.ſicut nobis † in fi.Sed qualiter intelligis hoc publi
4 ce fieri?Reſpon.Non ſolum. † in platea hoc fiat, ſed etiā ſi in ca-
mera multis aſtantibus & audientibus,& ad epiſcopum hoc defe
rentibus.ar.ſ̄.ti.j.& .C.de fide catho.l.iii.in prin.&.ȷ̄.de exceſ.præla.
q̄ graue.&.ca.inter dilectos.§.j.ver.j.dummodo ex hoc,ſi negaue-
rit,cōuincatur,vt ibi.vel ad rationem poſitus hoc confiteatur.ſ̄.de
accuſa.ſi conſtiterit.Secus ſi hoc neget,quamuis dicatur iſtud co
ram multis dixiſſe, ſed non probatur.ſ̄.de teſtibus. co.peruenit.ii.
Vel tales ſunt aſtantes.ꝙ nec per ipſos conuinci poteſt,puta, quia
furioſi ſunt,vel pupilli.ff.de arbi.diem proferre.§. ſi qui litigatorū.
ver.coram.ſ̄.qui matri.accu.poſſunt.ca.fi.Vel publicus poteſt dici
talis,quando & vulgatiſſimus eſt, & ex hoc peccato multos ſcan-
dalizat.xxvj.q.vj.ca.fi.puta,quia frequenter hoc committit,& eſt
notorius iuris,vel facti,ſuper quo vide,quod legitur, & no.ſ̄. de co
habi.cleri.& muli.veſtra. Conſulo igitur epiſcopo, ꝙ negantem
non cogat inuitum hanc pœnitentiam agere, niſi conuincatur
licet ipſum inducere poſſit ad ipſam faciendam,& etiam ei inno
teſcere debeat,ꝙ ſi coram multis hoc dixit,non eſt vere pœnitēs,
niſi hanc pœnitentiam agat.ergo ſi non accuſatur.nec denuncia
tur,credendum eſt ei.& ſecundum confeſſionem ſuam pęnitētia
occulta,vel publica imponenda. arg.ſ̄.de homicidio.ſignificaſti.
ij.§.j.ver.cum de cęteris.Sit etiam inſtructus presbiter.vt ſi dicat ſe
5 occulte blaſphemaſſe,pęnitentiam ei arbitrariam iniungat† ſiue
ro dicat,ꝙ publice, non intromittat ſe, ſed ad ipſum epiſcopum
mittat,ſine cuius licentia non eſt per inferiorem reconciliandus,
vt patet in eo,quod legitur,& no.ȷ̄.e.verſi.j.[Relaxare. ]q blaſphe-
miā dicit in Deum ſiue in Spiritum ſanctū,neque in hoc ſeculo.
neque in futuro remittetur ei.xxv.di.qualis.intelligas tu,niſi peni-
teat,& magna debet eſſe pęna blaſphemi, quia longe grauius eſt
æternam,q̄ temporalem lędere maieſtatem.ſ̄.de hæreti. vergētis.
6 §.j.in fi.ſ̄.de iudęis. in nonnullis. §.fi.† Sed qui contra temporalē
poteſtatem delinquit,punitur.vt.ſ̄.ca.proxi.vj.q.j.§.verum. & l.ſi
quis cum militibus. ergo multofortius & grauius iſti puniendi
ſunt,quia maiora delicta pęnis maioribus ſunt fluēda, & in ęqua
li dicendum eſt proximas eſſe pęnas.in Auth.vt frater.in fi.ver.fi.
coll.ix.ex quo igitur grauius hic punitur q̄.ſ̄.c. ꝑxi.grauius cōmiſ
ſum intelligitur.24.q.j.non afferamus.in fi.[Per epiſcopum].ver.
ſi.l.diſt.in capite.intelligas tu,vel per alium de mādato ſuo,& nō
aliter in hoc caſu.arg.expreſſum.26.q.vj.ca.fi. & no. de hac mate-
ria.ſ̄.de offi.archiprei.ca.ij.§.penulti.[Pęnę].i. pęnitētię ſpirituali,
ꝑter temporalē,quā adhuc pati debet.ȷ̄.eo.§.per temporalē. iuſtū
eſt.n.vt qui in pluribus deliquit in pluribus puniatur.extra.d.n.de
re iudi.cum æterni. §.fi.li.vj. Olim autem laicus excommunica-
batur,clericus deponebatur.22.q.i.ſi quis per capillum. & ſecūdū.
Lau.vltimo ſupplicio afficitur. in Auth. vt nō luxu.cōtra natu-
ram. coll.vj. ¶[Vt. vij. diebus]. ij. pars. in qua continetur, quæ
6 & qualis ſit blaſphemo pęnitentia iniungenda[In manifeſto]cū
enim loquatur hic de illo,qui publice peccauit,vt ſ̄.j.reſpon.me-
rito



rito ſtatuitur hic, ꝙ publice debeat pœnitere.ȷ̄. de pœnitentijs.
quęſitum. [Vltimo]ver.non ergo alijs diebus præcedentibus te-
netur ad hanc ſolemnitatē. [Non habeat] in ſignum maioris
humilitatis atque contritionis. l. diſtin. pęnitentes.[Ligatus.]ad
modum latronis.[Septemque]verſi.[Præcedentibus] dictos dies
7.dominicos.[Nullatenus]donec pœnitentia ſit completa.[In-
7 greſſurus.]quia†qui peccat in Deum, peccat in eius eccleſiam &
econuerſo. & ideo debet tali ingreſſus eccleſię interdici. ſic.12.q.
2.de viro.17.q. 4. frater.nec debet ei pęna remittit, qui in Deum
peccat.63. diſtin. Salonitanę. 24. q. iiij. ſi is qui.[Quolibet quo
que]ver.[Dierum]ſcilicet dominicorum.non ſextarum feriarū,
quia & in dominicis melius refici poſſunt,& aptiores ſunt dies
ad reficiendum cum nec tunc ieiunandum ſit, de conſecra.diſt.
iij.ne quis. & ca. ieiunia.in fi.& vt cibaria pauperū & pęnitentiū
conformentur.xlj. diſ.quiſquis[Si poterit]Impoſſibilium enim
nulla eſt obligatio. 22. q.ij.faciat. & legitur & no. ſ̄. de pact. c.fi.
[Et ſi nec ad hoc]ver.ſcilicet ſaltem a d vnum pauperem reficiē-
8 dum. [Commutetur]Hoc enim regulare eſt, ꝙ quando† delin-
quens non poteſt ſoluere pecuniariam pęnam, eſt in corpora-
lem,vel aliam commutanda,vt hic.& 14.q.vj.ſi res.ff.de iuriſdi.
om. iudi.ſi quis id quod. §. in ſeruos.ff. de pęnis.l.j.ff.de minori.
ſi minor.§.ſed & ſi ſeruus.ff.de his qui deie. vel eff.l.j.§.cū ſeruus.
82.diſtinc.presbiter. 22. q.4.innocens.ſ̄. de dolo & contu.finem.
ſ̄.de voto.c.j.vbi de hoc[Cum etiam]ver.[Ingreſſus]non ſolum
per vij.ebdomadas. vt ſ̄.ſed quouſque pęniteat. Et no.hic ꝙ non
eſt canon latę ſententię, ſed ferendæ. ſi. ſ̄. de vſur.cū tu. [Sepul-
tura] habes hic caſum,in quo denegatur eccleſiaſtica ſepultura,
ſunt & multi alij,vt no.ſ̄.de ſepulturis.ex parte. in fi. ¶ Per tem-
9 poralem]3.pars ar ꝙ†vna iuriſdictio per aliam iuuatur,vt hic.&
x.diſtin.quoniā idem. xcvj.diſt.cum ad verum.17.diſt.nec licuit.
ſ̄.de.offi.ordi.ca.j.& c.quoniam. in fi.ȷ̄.ti.j.c.ij.in fi.cum ſuis con-
cordan.[Præterea]q. d.præter pęnam ſuperiorem,quę ſpiritualis
eſt, patietur adhuc aliam temporalem, vt ſequitur, nec vna ex-
cuſat aliam, hoc aūt ideo fit,vt ſcias,ꝙ quicumque Deum blaſ-
phemat,vtrunque genus hominum offendit, genus, ſcilicet cle-
ricorum, & ideo imponitur ei pęnitentia ſpiritualis, necnon &
genus laicorum, & ideo imponitur ei pęna temporalis. Hæc
enim ſunt duo genera hominum. ſ̄m Hieron.xij. q.j. duo ſunt.
quāuis & genus clericorum ſubdiuidatur, quia alia eſt vita reli-
gioſorum,alia ſecularīū clericorum no. de hoc. ſ̄. de renun. niſi
cū pridem.§.nec putes.Et eſt ſecunda ratio,vt not. ȷ̄.ver.nullam.
Eſt & tertia, quia qui in pluribus delinquerit &c. vt no. ſ̄.e. c. re-
ſpon.j.ver.per epiſcopum.Et quarta .vt no.ȷ̄. e.verſi.j. & conſtrue
10 ſic hanc literam[Per temporalem†præterea poteſtatem mulcte-
tur blaſphem⁹ pęna.xl.ſolidorū, ſi diues fuerit]alioquin triginta
&c. [Coactione diæceſani adhibita, ſi neceſſe fuerit contra eam
nullam] &c. & dic coactione, ſcilicet excommunicationis. [Si
neceſſe fuerit.] puta,quia nec blaſphemus vult ſoluere,nec pote-
ſtas pęnam leuiare. [Contra eam]ſcilicet poteſtatem negligētē,
& ſic habes hic, ꝙ iudex ſecularis negligens cogitur per eccleſiā
iuſtitiam facere,non ſolum ſecundum canones,vt hic.& 23.q.v.
adminiſtratores.ſed etiā ſecundum.ll.vt in Aut. vt differen. iudi.
§.j.& ij.coll.9.& de hoc no.ſ̄. de iudæis. iudæi ſiue ſaraceni.§. fi.&
ca.poſtulaſti[Blaſphemus]ver. [Alioquin] ſcilicet non eſt tantū
diues[Et ſi ad id] ſcilicet ad 20.ſoluenda[Quinque ſolidorum]&
nō minus.vt.ȷ̄.e.ver.j.ergo inter. xl. & v.conſideratis facultatibus
hæc pœna arbitraria erit.ſi.ſ̄.de dec.c.j.§.vnico.ver.j.Quid ergo ſi
nec.v.ſolidos poteſt ſoluere?Reſpon.In pęnam aliam commute-
tur.vt ſupra.§.proxi.ver. pen.[Vſualis]idem eſſet intelligendum,
& ſi hoc non fuiſſet adiectū, nam ſi vendo tibi rem meam Pari-
ſiis, & non definio qualitatem monetæ pretij de Pariſinis intel
ligendum erit, ſi in Anglia de ſterlingis, & ſic de ſingulis regio-
nibus.ff. de contrahen.em. Imperatores.ff.de le.iij.nummis.ar.ff.
de le.j.ſi ſeruus.§.ſi numerus.ff.de fundo inſtru.leg.cum de lanio-
nis.§.aſinam.ff.de fluminibus. lege.j.in princi. & ſ̄. de ſpōſa.ex li-
12 teris.prima.§.fina.cum ſuis concordan. †Quid ſi diuerſa mone-
ta in terra currit? Reſpon. de vſitatiori eſt hoc intelligendum, ſi
ergo in vrbe initur cōtractus, non eſt hoc intelligendū de bran-
calonibus, ſed de ꝓmiſſiuis.ſenatus arg. hic & in iuribus ſupradi
ctis[.Nullā]ver.[In hoc]. ſ. quin temporali pęna puniatur ad mi
nus quinque ſolidorum. & quin dictam pœnitentiam ſpirituale
13 agere compellatur. Et eſt ratio, † quia pro quolibet peccato du-
plex pœna deberetur ſpiritualis. ſ. & temporalis.de pœnit.diſt.j.§.
j.xxvj.q.vj.cognouimus.eſt & alia,vt no.ſ̄.e.§.in prin.ſuper verbo
præterea.[Miſericordiam[niſi forſan ex magna causa, puta per-
ſona nobis eſt, & in magna dignitate conſtituta, quam non de-
cet publice pœnitentiam agere, & quæ parata eſt ipsam magno
pretio redimere. arg.ȷ̄ de ſenten.excom.mulieres.§.de his vero.
& de pœni. Dani. iiij. quam ob rem Rex conſilium meum pla-
ceat tibi,& peccata tua eleemoſinis redime.Et quia ex cauſa om
nes pœnitentiæ arbitariæ ſūt,vt patet in eo, qđ legitur & notatur
ſupra de homicidio. ſicut dignum.reſpon. j. alias autem ſi iuſta
cauſa non ſubeſt, hanc pœnitentiam omnino agere compelle-
tur,vt hic dicit.&.xxvij.q.vij.ſacerdor.[Statuta]ne quis poſſit igno
rantiam allegare.ſi.ſ̄.de iudæis.ita quorundam.in fine. & vt cum
poteſtates iurare conſueuerint ſtatuta ciuitatum ſeruare, firmius
obſeruentur.ſupra de iureiuran.veniētes.reſpon.i. §.j.[Ponatur.]
Quid ſi communitas non vult ponere?Per epiſcopum compella
tur.vt ſupra.eo.in principio.Hæc tamen litera tota ſpacioſius cō-
mentatur in Summa.e.ti.§.fi.ſub.§.j.& in aliquibus vna gloſa per
aliam eſt ſupplenda.

¶De clerico excommunicato,depoſito,vel interdicto
miniſtrante. Rubrica.

*S V M M A R I V M.*

1 *Clericus depoſitus,ſiue iuſte, ſiue iniuſte ſi miniſtrat excommunicatus eſt.*

CAP. PRIMVM.

SI quis. [Diaconus]idem eſt de aliis om
nibus.xj.q.iij.epiſcopus.&.§.ſeq.ſi
ergo iniuſte.& infra.c.j.ſecundum. B.Tu dic,
1 vt no.infra.e.ca.j.[Iuſte.]idem eſt † ſi iniuſte,
niſi prius fuerit reſtitutus.xj.q.iij.epiſcopus dū
modo ſententia non ſit lata contra ordinem
iuris,tunc enim nulla eſſet, vt legitur,& no.ſu
pra de re iudi.c.j.[Attentare]alias attrectare.[Commiſſum.]an-
tequam deponeretur. [Abſcindatur]ideſt excommunicetur in-
fra.c.j.Sed contra.ij.q.v.que de cauſa.Sol.Ibi diſpenſatum fuit.&.
lxiij.diſt.Salonitanæ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Clericorum appe.inferiores continentur.*
2 *Pœnam inuenire,noſtrum non eſt.*
3 *Accoliti & inferiores,quaſi laici cenſentur.*
4 *Monialis irregularitatem non incurrit.*
5 *Irregularitas,quid ſit.*
6 *Irregularitatē incurrit clericus cuiuſcūque gradus, cēſurā eccleſiaſticā violās.*
2 dēt iudex,& maxime † epiſcopus manus ſeruare innoxias Deo,
legi,& Principi,nullumq; pertingere lucrum.in Auth. de man.
Prin.§.j.& ii.colla.iii.C.de ſuperindicto.l.vnica.lib.x.& argu.ff.de
dam.infec.ex damni.reſpon.j.& expreſſius.in Auth. de collatori
bus.§.hoc quoque.col.ix.[Nec de cætero. ]ver.ꝙ nec olim facere
3 debuiſtis.[Grauetis] ab omni † enim grauamine debet ſuperior
abſtinere.s̄.de ap.vt debitus.& patet in eo,quod no.s̄.de ſimo.& ſi
quæſtiones.§.fi.ver.pen.[Eoſdem] quos tenemini.potius deſcen-
dere.s̄.de reſt.ſpoli.conquerente.& no.s̄.de natis.ex libero ventre.
c.vnico.cum ſuis concor.[Aut ſine iudicio.]ver.de hoc no. s̄. de
hæreticis.ab abolendam.[Capituli] hoc intelligitur. ſecundum.
d.n.de ſuſpenſione perpetua,prout leg.& no.s̄.de accuſa.qualiter.
ii.reſpon.j.& §.j.in fi.xxxiiii.diſt.quorundam.5 0.diſt. ſtudeat. & c.
nullus.& maxime debet hoc intelligi,quando procedit cōtra ab-
4 ſentem.s̄.de accuſa.qualiter.ii.§.debet igitur.ſecundum.d.n. † Nā
& in grauibus eſt conſilium capituli requirendum. s̄. de his quæ
fi.a præla.nouit.& c.quanto.excommunicatio autem eſt maior
pœna in eccleſia Dei.xxiiii.q.iii.corripiantur.ideo non eſt mirū,
ſi iudicium capituli requiratur. Vel poteſt intelligi, quādo agitur
de correctione canonicorum.vnde & s̄.vocantur fratres, vel pre
sbiterorum,vel aliorum clericorum iuriſdictioni capituli ſubia-
centium de conſuetudine vel priuilegio ſpeciali.ſecundum id q̄d
le.& no.s̄.de fo.compe.cum contingat.& s̄.de offi. ord. irrefraga-
bili.§.exceſſus.vel quando prælatus & capitulum habent omnia
communia,& communiter inſtituunt,& deſtituunt.s̄.de his quę
fi.a præla.ſine conſenſu.c.ea noſcitur.ſupra de offi.archid. ad hęc
§.fi.ſupra de reſcrip.edoceri. Vel cum clericus criminaliter accu-
ſatur.xv.q.vii.epiſcopus nullius.In hoc autem caſu & præced. &
5 conſimilibus patet,quid ſit dictu, ꝙ † epiſcopus habeat vocem tā
quam prælatus,vel tanquam canonicus. ad quod notandum, ꝙ
epiſcopus & canonici vnum corpus faciunt,cuius ipſe epiſcopus
caput eſt,canonici vero membra,vnde in his,in quibus epiſcopus
habet vocem tanquam prælatus,requiritur tam cōſenſus epiſco-
pi,quam capituli,ita ꝙ vnus ſine reliquo nihil poteſt, verum ſi ſi-
mul congregati diſcordent,epiſcopi eſt diffinitio,cui ſtabitur,ni-
ſi rationabile quid obſiſtat.Comprobantur.hæc. xii.diſt. non de-
cet.& c.de his.ſupra de præſcrip.cum non liceat.ſupra de his quæ
fi.a præla.nouit.& c.quanto & præcedētibus.& c.fi. & de his quæ
fi.a ma.par.ca.c.ii.& c.fi.& de magiſtris: quia non multis.§.j.Vbi
vero habet vocem tanquam canonicus,non epiſcopi, ſed capitu
li eſt diffinitio,& ſtabitur maiori & ſaniori parti capituli, niſi ali-
quid rationabile obijciatur,& probetur.ſupra de his quæ fi.a ma.
par.ca.c.j.& de elect.coram.cum ſuis concor.Secunda differentia
eſt: quia in ipſo caſu non deuoluitur poteſtas de vno ad reliquū
in ſecundo ſic.ſupra de conceſ.præben.poſtulaſtis.Tertia differen
tia eſt: quia ſi a diffinitiua ſententia appelletur, in ſecundo caſu
appellabitur ad epiſcopum, tanquam ad ſuperiorem, cum ipſe
non diffiniat,ſed capitulum, quamuis ipſe interſit tanquam ca-
nonicus.ff.quando app.ſit.l.j.§.ſolent.& quia gradatim eſt appel-
latio facienda.ſupra de app.dilecti.ii.in primo vero caſu non, ne
appellaretur ab epiſcopo ad ſe ipſum.extra.d.n.de app. Romana.
lib.vj.Quarta eſt differentia: quia quando habet vocem tanquā
canonicus,conſideratur vox ſua ſingularis, tanquam canonici,
quando vero vt prælatus,conſideratur vt ꝑgnans & authorizabi-
lis,vt prælati, vnde & tunc nihil poteſt expedire capitulum ſine
conſenſu ſuo,vel econuerſo,& prælati eſt diffinitio.ſupra de tem.
ord.ſi archiepiſcopus.& c.ſeq.& vt no.ſupra e.gl.ver.verum in hi.
Sicut enim corpus non habet vitam ſine capite, ſic in hoc caſu
nihil poteſt capitulum ſine prælato ſede inſtituta, nam ipſa va-
cante ſuccedit inſolidum capitulum,quo ad quædam.quod dic,
vt le.& no.ſupra de ma.& ob.his quæ.& c.cum olim.& ne ſe. va.
illa & de hæreticis. ad abolendam. & ſicut caput non habet vitā
ſine corpore,ſic in hoc caſu prælatus nihil poteſt ſine capitulo.Ca-
pitulum

pitulum autem intelligitur,ex quo omnes conſentiunt, ſiue maior pars capituli , quamuis & aliqui canonici contradicant. vt s̃. de his quæ fi.a ma.par.ca.c.j.& ii. & fi.& de magiſtris: quia nonnullis.§.j.Sicut ergo caput vitam habet cum corpore,etſi aliqua membra abſciſſa fuerint,puta aures,naſus,manus,& pedes,ſic & in hoc caſu valet quod a prælato & a maiori parte capituli fit alijs cõtradicentibus,etiam inuitis,vnde cum author appoſuiſſet. s̃.de his quæ fiunt a prælato ſine conſenſu.ca.ſtatim exponendo, quod intelligitur capitulum,ſubiecit rubricã de his,quæ fi. a ma. par.ca.Prima ſpectat ad vocem prælati,ſecunda ad vocem cano-
6 ci.Hoc etiam ſcias ꝙ ſanior pars.i. † ſana pars maior dicitur,nec vnquam maior cenſebitur minus ſana,vt patet in eo quod le. & no.s̃.de his q̃ fi.a ma.par.ca.c.j.In ſupradictis ergo caſibus nõ debet ep̃s ſine cõſenſu capituli ſententiam ferre,al's autẽ regulariter de generali conſuetudine & de iure ſententia proprij paſtoris & ſolius timẽda eſt,& tremenda.xj.q.iii.c.j.xvi.q.ii.viſis.extra. d.n.de ſen.excom.cum medicinalis.lib.vi.s̃.de maio. & obe.cum in eccleſiis s̃.de offi.ord.cum ab eccleſiarum . & c.ad reprimendam . Mirum enim eſſet, ꝙ hoc.ſ.ꝙ epiſcopus, non poſſet ſine iudicio capituli ſuſpendere,vel eccleſias interdicere , generaliter deberet
7 intelligi,ſicut ſonat, † cum non ſolum delegatus,ſed etiam ſubdelegatus ſolus per ſe valeat excommunicare.vt s̃.de offi. delega..ex literis.& ſatis innuitur contrarium.j̃.e.ver.nec aliquem.vt ibi no. Et ſecundum hoc poteſt intelligi,quod leg.& no. s̃.de his quæ fi. a ma.par.c,quæſiuit.& de app.reprehenſibilis.§.ſi. [Neque duas] ver.[Eccleſias]quarum vna non dependeat ex altera, vel niſi ſint ita tenues,ꝙ proprium nequeant ſuſtentare rectorem. s̃. de æta. & qua.eam te.& x.q.iii.vnio.[Videbitis.] vos & capitula.q.d. nec etiam ex cauſa vnionem ſine iudicio(repete capituli)faciatis.j̃.e. ſicut vnire. s̃. de his quæ fi.a præla.paſtoralis.& de donatio.paſtoralis.[Tenere]nec in alio manifeſto peccato dormire. s̃. de offic. ord.irrefragabili[Nec aliquem] ver.ſcilicet presbiterorũ. [Excõmunicare.]nec dicit,ꝙ hoc debeat fieri iudicio capituli,per quod innuit , ꝙ per ſe ſolum excommunicare poteſt, quod verum eſt regulariter,licet tamen caſualiter ſecus contingat , & ſecundum hoc intellige.s̃.e.ver.aut ſine.quod dic, vt ibi no. [Sine ordine iu-
8 ditiario]ita habes hic, † ꝙ etiam in excommunicationis ſententia ordo iudiciarius eſt ſeruandus.ad idem.ii.q.j.nemo. & c.Deus omnipotens.& s̃.de ap.reprehenſibilis ..Iſte autẽ ordo iuditiarius non requirit libellum , nec litis conteſtationem , ſed in quatuor tantum conſiſtit.Primum eſt,ꝙ cauſa vera & rationabilis ſubſit. Secundum,ꝙ monitio competens procedat. Tertium, ꝙ proferens non ex odii fomite , ſed ex charitate correctionis procedat , vt patet in eo quod le.& no.j̃.de ſent.ex.ſacro.& plenius. extra d. n.in e ti.cum medicinalis.li.vj. ſed etſi ordo iſte non ſeruetur,tenet ſententia,ſed pœnam habet,vt ibi no.& probatur.xi. q.iii.c.j. & c.iiii.¶[Scituri] ii.pars.[Peruenerint.]&: nobis exĩde fides facta fuerit alioquin contra.86.diſt.ſi quid de quocunque. s̃.de ſimo.licet Hely.§.j.ver.nam iuxta. [Puniemus]extraordinarie.in Auth. de ſanct.epi.§.omnib.autem.coll.9.[Timore pœnæ.]

*Oderunt peccare mali formidine pœnæ .*
*Oderunt peccare boni virtutis amore .*

9 ff.de iuſt.& iure.l.j.ideo & pœna † vni infligitur, vt cæteri terreantur,vt hic.& s̃.de maledicis c.j.s̃.de iudæis.ad liberandam. in fi. s̃ de offi.or.irrefragabili.§.cæterum.in fi.ij.q.ii.qua propter. C.ad l' Iulia.repe.l.j.& s̃.de tranſl.epi.c.j.§.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Epiſcopi non debent alicui ius ſuum diminuere.*
2 *Epiſcopus non poteſt concedere priuilegium in alterius præiudicium.*
3 *Seruitium ex conſuetudine debitum peti poteſt.*

CAP. II.

AD hæc quoniam epiſcopus. Pars.s̃.de app.ad hæc. & j̃. de priuile. ad hęc.[Dimi-
1 nuit] & male † quia non debent epiſcopi alicui ius ſuum diminuere ſine conſenſu ſuo,maxime quia nec Princeps, qui ſuper omnes eſt,hoc de facili facere conſueuit.C.de emanci. nec auus.C.de iure reipu.l.j.lib.xi.C.de communi agro deſer.quicunque.in fi.lib.xj.s̃.de ex.ædifi.ad audientiam.j s̃.de offi.deleg.ſu
2 per eo.s̃.de reſcrip.ad aures.Et eſt,arg.ꝙ † epiſcopus non poteſt ↄcedere priuilegium in alterius præiudicium , hoc enim ſpeciale priuilegium Principis eſt.ix.q.iii.conqueſtus.& c.per principalẽ. & capi.cuncta & c.nunc vero.ſecundum Lauren. Sed quid ſi archidiaconus mortuus eſt , nunquid epiſcopus cum capitulo poteſt præiudicare futuro archidiacono in aliquibus obſequijs liberando clericos,vel archidiaconatus ſubtrahendo iuri? Dixit Vincen.ꝙ ſic,arg.xii.q.iii.c.fi.quod parum facit.xvi.q.i.§.ſicut duo. & c.ſtatuimus.de con.diſt.j.omnis.j̃.e.ſicut vnire.quinimo & ex toto poſſunt dignitatem deſtruere.s̃.de conſti.cum acceſſiſſent.Qđ vltimum verum eſt.ſecundum ꝙ ibi no. Sed ipſa dignitate remanente nunquam quamdiu vacat,poſſunt ei præiudicium generare,arg.s̃.ne ſede vacante.per totum.s̃.de conſt. c. pe.& hoc hodie expreſſum eſt etiam in parochiali eccleſia.extra.d. n. de rebus ec. non ali.dudum.§.quia vero. quod dic, vt ibi plene nõ. Quamuis redditus ipſius ex cauſa poſſent ſibi ad tempus retinere,quod dic vt leg.& no.s̃.vt benefi.ec.c.vnico.§. ſi. & de hereticis.ad abolendam.reſpon.j.ver.vel clerici.& de conſt.cum acceſſiſſent.§.fi.[Eorundem.] ſ.archidiaconorum.¶[Mandamus.] ii.pars.[Corrigas] loquitur Cantuarieñ.archiepiſcopo Metropolitano epiſcopi, ad quem ſpectat hæc correctio.s̃.de inſti.c.iii.extra.d.n.de cenſi.Romana.[Et ita prouideas]ver.ſic conſtrue.[Quòd conſuetudines] &c.vſque.[Debent præfatis archidiaconis plenarie conſeruẽtur] & eſt ar.ꝙ iuriſdictio ſpectat ad archiaconum potius de conſuetudine,quam de iure.quod dic,vt plene no.s̃. de offi. archidi. c.ii.
3 & c.cum ſatis.& c.fi.Item eſt arg.ꝙ † ſeruitium ex conſuetudine debitum peti poteſt.ad idem.xi diſt.catholica.xviii.q.ii.ſeruitium quod dic,vt plene no.s̃.de cenſibus.peruenit.& de iudæis. multorũ.§.j.[Et illis.]ver.ſ.archidiaconis.Vel illis.ſ. epiſcopis quod melius eſt.q.d.ita prouideas,ꝙ vtriſque.ſ.tam epiſcopo, ꝙ archidiaconis iura conſueta,& debita reſeruẽtur.[Archidiaconis.]ſ.conſueta.vt s̃. Epiſcopo vero debita,vt hic,& hoc eſt,quod ſequitur.[Debitam.] hæc enim epiſcopo de iure communi debebantur. s̃. de maio.& obe. quod ſuper his in fi. niſi ſe reddat indignum gratia ſedis apoſtolicæ.s̃.de inſti.ad decorem.§.j.in fi.s̃.de offi.ord. quod ſedem.ad fi.s̃. de elect.quia diligentia.

*SVMMARIVM.*

1 *Vnus, omnibus ſufficere non poteſt.*
2 *Epiſcopus ex officio vbi procedit,non eſt neceſſe libellum offerre.*

CAP. III.

AD aures.[Intrudere]vt ad opus ſuum illa retineant,quod facere non debent: quia
1 † nec poſſet vnus omnibus ſufficere.s̃.de of.archipre. c.fi.& inter dantem & accipientem debet eſſe differẽtia.s̃.de inſti.c.fi.Sed ſi cauſa cuſtodiæ iſtud facerent, hoc liceret. lxiii.diſt.ſi in plebibus.ſupra de ap.bonæ.ſupra de inſti.cum veniſſent.ſed & tũc requiritur licentia ſuperioris.quod dic,vt no.ſupra de ſimo.ſiut tuis.¶[Mandamus.]ii.pars.[Ad cas.] ſ.eccleſias.[Dimittendas] niſi forſan ſufficientem diſpenſationem oſtendant.
2 s̃.de fil.preſ.ex tua.Et eſt , arg. ꝙ in talibus,in quibus † epiſcopus ex officio procedit,non eſt neceſſe libellum offerre. quod dic, vt plene no.s̃.de ſimo.licet Hely.§.j.ver.pen. in fi. ¶[Et eaſdem.] iii. pars.[Ordinare.] eſt enim congruum,vt caſſata mala ordinatione ſuperior ordinet eccleſiam,& non ille,cuius ordinatio eſt caſſata,vt hic & j̃.e.inter dilectos.in fi.& le.& no.s̃.de ſupplen. negli. præl.c.ii.§.fi.& probatur.in Auth.de ſanctiſ.epi.§.ſi quis autẽ oratorij domum.colla.ix.ſaluo tamen iure aliorum quorum intereſt,& qui non deliquerunt,vt patet.ſupra de offi.archid.ad hęc.§. fi.D.n.tamen non putat, ꝙ hoc liceat, niſi in caſibus a iure conceſſis.quod dic,vt le.& no.extra.d.n.de ſupplen.negl.præla.Romana.§.j.ſupra de elec.cum in cunctis.in fi. [Punire] hoc enim publice intereſt.s̃.de ſen.exc.vt famæ.§.j.in prin.

*SVMMARIVM.*

1 *Sex ciuitates propter peccatum contra naturam ſubmerſæ, & combuſtę fuerunt.*
2 *Sodomita qua pœna plectendus.*

CAP. IIII.

CLerici.& infra.[Ira Dei. ] ſupra de vita & ho.cle. vt clericorum mores.xxxii.q.vii.flagitia. C.de adul.cum vir.[Diffidentiæ.] i.de quorum ſalute de facili diffidẽdum eſt pro eo:quia nec de facili conuertuntur.[Quinque ciuitates] mo
1 † ſex.ſ.Sodoma,Gomorra,Adama, Seboym, Segor, & Eſcale.vt no.ſupra de pœ.diſt.j. §. ſed & continuo quarum duæ. ſ. Adama & Seboym. propter vicinitatem , aliæ propter delictum propriũ perierunt:veruntamen Eſcale non inuenitur in hiſtoria , ſed Segor plura nomina eſt ſortita,quorum forte vnum eſt Eſcale, vnde dic Segor,& Eſcale.& pro vel.vel i.& ſic quinque tantum ſunt ciuitates,vt hic dicit. ¶[Si clerici.] ii. pars. [Fuerint.] ſ. ſeculares. [Deijciantur.] i.degradentur,ſeu beneficijs ſuis priuentur, vel ſubaudi,ſi fuerint religioſi. [Ad agendam pœnitentiam]&c. ſupra de ſimo.de regularibus.Similis diſtinctio traditur inter ſeculares & regulares.ſupra de cleri.excom.mi.poſtulaſtis.& §.quæſiuiſtis. ver.ad hæc.ſecundum leges vero capitalis eſt pœna.C.de adulterijs.cum vir.in Auth.vt non luxu.contra naturam.§.j.col.vj. vbi etiam facit de illis ciuitatibus mentionẽ.¶[Si laici.] iii.pars.[Subdantur] vt pœnitentiam agere compellantur. alias autem reſeruatur vindicta regiæ poteſtati.ſupra de rapto.in archiepiſcopatu.
2 in fi. qui ſecundum legem ſuam iudicabit eos. & ſic † ſubibunt ſententiam capitalem,vt no.ſupra c.j.[Penitus] quouſque reſipiſcant,vel penitus per ſententiam capitalem, ſi ad manus Regias perueniat,vt præmiſi: quia mors omnia ſoluit.in Auth.de nup. §.deinceps.coll.iiij.

*SVMMARIVM.*

1 *Abbates etiam in epiſcoporum poteſtate conſiſtunt.*

CAP.

CAP. V.

SAne ſi epiſcopi.[Obedientiam] & ſic non loquitur hic de exemptis.omnis enim cura totius diœ.tam in monaſterijs,quam in alijs eccleſijs omnibus,pertinet ad epiſcopum,niſi exempti ſint.x.q.j.per totum.ix.q.iii.c.ij.xciij.di. nul
1 la.nam & † in epiſcoporum poteſtate etiam Abbates conſiſtunt xviij.q.ij.abbates.& ad ſynodos ſuas venire coguntur.quod dic, vt legit.& notatur.s̃.de maio.& obedien.ꝙ ſuper his.Loquitur ergo hic non de libertate exemptionis plenę,ſed de alia conceſſa huic ordini , ꝙ epiſcopi nihil ab eis exigant. præter debitam obedientiam,in qua tamen intelligendum eſt , ꝙ epiſcopus poteſt ipſos viſitare,& corrigere,& abbatem confirmare,ſed nullum aliud tẽporale debet percipere ab eiſdem.ſecũdũ.T.Puto,ꝙ hic loquatur de Ciſtercienſibus,vt & no.j̃.eo.c.in fi.ſicut & illa.s̃.de ſimon. ne Dei eccleſiam.vbi ponitur forma obedientiæ,quam præſtare tenentur,de quorum libertate iudicare non poſſumus,niſi viſis priuilegijs eorundem,vt patet in eo,quod legitur,& no.s̃. de vſu pal. c.fi.j̃.de priuile.porro.ſed & canones aliquas libertates concedũt, vt patet.x.q.iij.quia cognouimus. necnõ & legitima præſcriptio. quod dic,vt legitur,& no.s̃.de excep.cum venerabilis.§.pen. s̃.de præſcrip.cum olim.§.quia prædictus.[Quod petitur.] ſic.j̃.eo.cũ ad quorundam.reſpon.j.in fi.[Authoritate.] ex hac litera ſibi cõceſſa.ſic.j̃.c.j.reſpon.j.[Denegare.] ſtatuimus præterea &c.vt s̃.de ſup.negligen.præla.c. j. quam puto eſſe partem iſtius , & huic ſic continuari debere.

*SVMMARIVM.*

1 *Dictio &,pro ideſt,vel pro vel,exponi poteſt.*
2 *Beneficia vilibus, & indignis deneganda ſunt.*
3 *Periuri, eccleſias regere non merentur.*

CAP. VI.

1 ILlud etiam.[Qui.] ſ.vicarij.[Fide & ſacramento] † poteſt exponi.& ,p.i. vel pro vel.nam hæc duo æquiparantur.s̃. quod metus cã.ad aures.§.vnico.s̃.de arbitris.peruenit.[Quòd ſi.]ver.[Falſo] talis enim falſitatem committit, vt patet in eo,qđ no.s̃.de clerico non ordi.mi.c.j.[Contra perſonas] ſi,j̃.e.grauem. s̃.de offi.vica.c.ij. [Super hoc iure] ordinario , vel extraordinario ad rationem poſiti.s̃.de accu.ſi conſtiterit.[Confeſſi.]& c.alias puniri non debent.ij.q.j.nos in quenquam.& c.iudex.s̃. de maio. & obe.inter quatuor.s̃.de conſti.eccleſia.in fi.[De cætero.] ver.[In eodem epiſcopatu] quinimo videtur, ꝙ nec in tota eadem prouincia,ar.s̃.de crimine fal.c.iij.& j̃.de priuilegijs.tuarum.§.j.[Executionem] ecce pœna illorum,qui cauſam poſſeſſionis in beneficijs ſibi mutant.ſecundum.d.n.tales tamen vicarij,cum periuri & ſuperbi ſint,vt ex prædictis patet,non ſolum poſſunt repelli a beneficijs adipiſcendis , quinimo & eis iam adeptis ſunt priuan-
2 di: † quia deneganda ſunt vilibus & indignis.j̃.e. inter dilectos. §.
3 j.nec † merentur eccleſias regere crimine periurij irretiti.s̃.de iureiuran.querelam.& qui erigit ſe contra epiſcopum , eſt tanquã membrum putridum ab eccleſia abſcindendus.j̃.eo.grauem.§.j. vel contra prælatum ſuum,vt hic.& s̃.de maio. & obed. cum in eccleſijs.

*SVMMARIVM.*

1 *Euhectio quæ dicatur.*
2 *Conſuetudo patris familias eſt attendenda*
3 *Epiſcopus prouidere debet,quòd vltra vires eccleſia non grauetur.*
4 *Via media commendatur.*
5 *Vis magna non eſt fienda in exceſſum vnius,vel duarum perſonarum.*

CAP. VII.

CVm ad quorundam. & inf. [Concedimus] i. conceſſum eſſe oſtendimus ſi. j̃.de ſen.excom.a nobis.ij.§.vt autem.prope.fi. & c. nuper. §.fi.s̃. de iureiu.& ſi Chriſtus.§.fi. Alij contra,& dicunt,ꝙ ſententia teneret,niſi indulgentia ſpecialis obſtaret.[In Lateraneñ concilio]s̃.de cenſibus. cum Apoſtolus.§.j.ſed certe & ſi ibi euhectionum numerus exprimatur,non tamen perſonarum,& ſic litera hæc videtur falſa , & concilio imponere quod non dicit. ſi.s̃.de tranſl.epi.c.ij.§.ſed neque.ideo dicunt aliqui, ꝙ quamuis ibidem exprimatur euhectionum numerus tantus , intelligendus eſt & numerus perſonarum ipſarum euhectionum ſeſſoribus mini-
1 me computatis,† vt ſic vnaqueque euhectio habeat vnum peditem cuſtodem ſuum:abſurdum enim eſſet,ꝙ ſeſſores, ſiue ęquites & maxime prælatorum ſocij ſternerent equos ſuos: & hunc intellectum videtur ſtilus curiæ comprobare : quia quandoque mittuntur nuntij ſedis Apoſtolicæ , de quibus mandatur, vt eis prouideatur cum quatuor euhectionibus iungitur,& octo perſonis. Alij dicunt,ꝙ numero euhectionum iungẽda eſt quarta pars perſonarum,vt ſi quis mittitur cum ſex euhectionibus habeat octo perſonas.& ſi cum.xij.habeat.xvj. & ſi cum. xxiiii. habeat.xxxii.& hæc opinio expreſſe comprobari videtur in concilio generali.s̃.de ſtatu mo.in ſingulis.reſpon.j.ver.ad quod vniuerſi. Veruntamen prima opinio videtur nimis laxa. Secunda vero nimis arcta,ideo videtur potius hoc boni viri arbitrio relinquendum,diuerſas conſuetudines religionum , & qualitates perſonarum conſideraret,& ſecundum hoc plures conceduntur , vel ẽt pauciores:in aliquibus enim regionibus quælibet euhectio ad minus habet vnum cuſtodem , ꝙ quando eques ſolus eſt, omnino neceſſarium videtur.ve enim ſoli.s̃.de ſtatu mo.monachi.reſpõ. j.ver.nec ſoli.In alijs vero duæ euhectiones habent vnum cuſtodem,& hoc ſatis æquum videtur eſſe & ſufficiens in illis, qui plures euhectiones ducunt,& ideo hæc conſuetudo potius videtur conſideranda: quia quaſi vbicunque ita communiter obſeruatẽ, arg.iiij.diſt.erit autem lex.ad idem præſtat,arg.x.q.iij. nec numerus in e.c.s̃.de cenſi.cum Apoſtolus.§.fi.& ff.de fluminibus. l.j.& ff.de fundo.inſtruc. lege. cum delanionibus.§.aſinam. Sed & eſt
2 † conſuetudo patris familias attendenda.ff.de pigno.acti.l.vniuerſorum.ff.de vſu.qui ſemiſſes.His ergo penſatis arbitrabitur bonus iudex, argu.in eo quod leg.& no.s̃.de tranſac.c.fi.Sed & quia nec omnia ad vnguem ſeruari poſſunt,ſi plures,aut pautiores forte vnus,aut duo ducantur,quam determinatum ſit,vel etiam arbitratum,non eſt magna vis facienda , arg.in eo quod no. s̃.in procemio.ad fi.Quid ſi hoſpites ſuperueniant? Reſpon. ſi eccleſia ſufficit,tenetur ad hoſpitalitatem,vt patet in eo,quod l.e& no.s̃.de cõtrahen.emp.c.j.& s̃.de ſupplen.neg.præl.c.ij.rñ.j.ad fi.alioquin ſic
3 debet † epiſcopus prouidere , ꝙ vltra vires eccleſia non grauetur, vt patet.x.q.iij.cauendum.& c.ſequen.& in eo quod le.& no.s̃.de cenſi.cum Apoſtolus.rñ.j.ad fi.& §.fi.ver.in pauperibus.& in Sũma.de offi.archidi.§.quod ſit eius officium. ver. quæritur autem. & de cenſibus.§.& qualiter.per totum. Secundum hoc igitur expone,quod hic ſequitur.[Conſtitutum]ſubaudi quo ad euhectiones expreſſim,ſed quantum ad perſonas tacite, at earum numerus,eſt ibi boni viri arbitrio derelictus. Et ſecundum hãc expoſitionem non poteſt dici , ꝙ hæc litera falſum dicat, vel imponat concilio memorato. Nec videatur tibi extranea hæc expoſitio: quia quaſi omnino conſimilis fit in textu.s̃.de decimis.c.j.§ at vero primitiæ. per hoc etiam patet, ꝙ ad numerum tantum euhectionum eſt reſtringendum quod j̃.de obſeruatione. vel nullitate ſententiæ ſequitur,& no & non ad numerum perſonarum, q, cum arbitrarius ſit,ſi occaſione illa,ꝙ omnes perſonæ,quas ſecũ ducit epiſcopus,non procurantur,feratur ab epiſcopo excommunicationis ſententia,tutius eſt ipſam ſeruare , quam contẽnere, & ſi iniuſtam.vt no.ſm.B.j̃.e.c.§.j.niſi earundem perſonarum numerus intantum excederet , ꝙ euidenter de grauamine notorio appareret,arg.ff.qui ſatiſda.cog.ſi vero. §. qui pro rei qualitate. & in eo quod le.& no.s̃.de fi.presbi.quoniam. Vel vt ſuper hoc doctrina magiſtralis aliqua certa detur,ſalua interpretatione apoſtolicæ ſedis? Ad pręſens poſſumus dicere,ꝙ computato ſimul euhectionum & perſonarum numero poteſt in quartam partem numerum euectionum excedere numerus perſonarum, & tot perſonas poteſt deducere ille,qui minus,alias nimis ducet,ſicut concedit ſecunda opinio vt no.s̃.e.glo. ver.alij dicunt.& ſeq.Si autẽ computato ſimul euhectionum & pſonarum numero excedat numerus perſonarum , in partem tantum tertiam & non vltra, & hoc tollerabile videtur,& ille,qui plus ducet , tot, & non vltra poteſt ſine iuſta querela ducere,vt patet in eo quod no.s̃.e.gl.ver. in aliquibus & ſequentibus.inter iſtos autem duos limites.ſ.inter quartam & tertiam partem prędictas poteſt epiſcopus ducere, quot perſonas voluerit,& in his tribus caſibus.ſ.quando iuxta pręmiſſam computationem numerus perſonarum in quartam partem excedit numerum euhectionum , vel quando excedit & in tertiam partem tantum,vel quando.j̃.iſtos limites ducit.quodcũque vult,omnino tenet ſententia contra non procurantem lata, arg.in dicto.c.de decimis.c.j.§.at vero primitię. Etenim non hẽt vnde iſte quæratur: quia primum concedit ius ſcriptum,s̃.de ſta. mo.in ſingulis.rñ.j.ver.ad quod vniuerſi.Secundum vero concedit quaſi generalis conſuetudo,vt patet in eo quod no.s̃.e.glo.ver. in alijs & ſequentibus.quę conſuetudo pro iure ſeruanda eſt. Inſti.de iure na.§.ex non ſcripto. & diſt. j.conſuetudo, & le.& no.s̃. de cele.miſ.pernicioſus.& de ſepulturis.certificari.& de conſue.c. fi.§.vnico.Tertium vero firmatur duplici ęquitate. Prima eſt: qa
4 via † media commendatur.s̃.de offi.cuſto.c.ii. §. lampades & de offi.deleg.quęrenti.§. nos tamen. Secunda: quia ex quo licet, qđ maius eſt,debet eſſe licitum id,quod minus.s̃.de decimis,ex parte.iij.qui vero plures perſonas ducet, caueat, vt ſaltem euhectionum taxatum numerum non excedat,alioquin, cum nulla opinio concedat,vltra hunc numerum poſſe perſonas ducere,poteſt exceſſus nimis grauis & notorius reputari , & huic poteſt prima opinio adaptari.notat.s̃.ea.gl.in prin.vſque ad verſi.alij dicunt.&
5 ſequentibus.In tanto ergo exceſſu lata ſententia nõ tenebit.† Sed ſi numerus perſonarum tertiam partem euhectionum excedit ſimul vtroque numero computato , ſed vſque ad ęqualem tantũ numerum euhectionum, vel citra ducitur, & exinde coram ſuperiore querela proponatur,tunc locus erit arbitrio,& in hoc caſu ſententia lata tenenda eſt & tremenda, quouſque per ſuperio-

rem

rem fuerit ſuper hoc arbitrium,qui tamen ſuperior audita quere
la ſuper hoc,& ſufficienti cautione recepta ab excommunicato,
vt arbitrio ſuo pareat , ſententiam latam in conquerentem ſine
difficultate faciat relaxari,& poſtea procedet in arbitrio.prout le.
& no.j̃.de ſen.excom.ſacro §.j.& pen.& fi.& extra.d.n. in c.ti.ſo-
let.§.in prima.ſed in exceſſu vnius,vel duarum perſonarum non
eſt magna vis facienda,vt patet in eo,quod no.s̃.e.gl.ver.ſed quia
nec omnia.[Liberum.] ver.ſi.s̃.c.proxi.in fi.[ Authoritate apoſto
lica.] iſta.ſ.ſpeciali.idem tamen poſſent , vt videtur de iure com-
muni,ar.optimum.ff.de aqua quo.& æſti.l.j.§. Trebatius.& §. itē
quæritur.xj.q.iij.quia cognouimus.s̃.c.proxi. ſicut & ſigna rebus
meis impreſſa authoritate propria poſſum deponere.C.vt nemo
priuatus ti.rebus ſu.impo.l.j. & ij. imo & ſi epiſcopus pp hoc ali-
quid iniuſte extorſit,illud in quadruplum reſtituere cogetur, arg.
xviij.diſt.quoniam.C.ad legem Iulia.repe.l.j. in Auth. vt litig. iu-
rent.§.& hoc quoque.colla.ix.¶[Et ſi propter hoc.] ij.pars. [Non
tenere]priuilegio obſtante.quandoque enim prælatus excommu
nicat ſubditum,contra tenorem priuilegij ſibi conceſſi nulla eſt
ſententia.j̃.de priuile.ſententia. j̃.de priuile.cum appella.& c.quā
to.extra.d.n.de ver.ſig.veniens.rn̄.j. & de priui. volentes. §. in eos
autem.& de conceſſi.præbē.quia in cunctis. §.ex parte.quod dic,
vt ibi no.Si autem ſic priuilegiati non eſſent,& epiſcopus peteret
vltra prædictum numerum licite poſſet hoc ſubditus denegare,
vt in concor.ſigna.in præced.gl. Si tamen epiſcopus talem ſubdi
tum,qui hoc denegat,excommunicaret,ſententia ipſum ligaret
& ſi iniuſta eſſet.xj.q.iij.c.j. & c. iiij. Hoc tamen intelligas ſm de-
terminationem gl.poſitæ.s̃.eo.c.rn̄.j.ſuper verbo, in Lateranenſi
cōcilio.ſed epiſcopus propter hoc deberet condemnari ad inter-
eſſe ſubditi,& alias puniri,vt le.& no.j̃.de ſen.excom.ſacro.ſm.B.
Et poteſt hoc intelligi,ſi epiſcopus hoc modo ferret ſententiam,
excommunico te: quia procurationem mihi debitam denegas.
s̃.de præſcri.cum ex officij.Sinautem diceret, excommunico te:
quia non vis procurare me cum centum equitaturis,puto,ꝙ ta-
lis ſententia non ligaret:tum quia non eſt rite lata , vnde non eſt
ſeruanda.& in hoc caſu poteſt intelligi , quod innuitur a contra-
rio ſenſu.s̃.de cenſibus.cum nuper.ad fi.tum quia continet ſe in
tollerabilem errorem in ipſa ſententia patenter expreſſum. s̃. de
offi.deleg.cum contingat.§.in eo vero caſu.ver.j.s̃.de re iudi. c.j.
tum quia ex ſecundo ſequitur,ꝙ notorium eſt talem ſententiam
eſſe iniuſtam,vt s̃.de appel.ſolicitudinem.§.ſi vero notorium.ſed
nec in hac decre.exprimitur, ꝙ aliquod priuilegium ſpecialiter
ſit cōceſſum.excepto eo quod.s̃.dicit in prin.concedimus. quod
expone,vt ibi no.

*SVMMARIVM.*

1 *Vnio & ſubiectio epiſcopatuum ad ſolum Papam ſpectat.& nu.2.*

CAP. VIII.

SIcut vnire. [Subijcere.]xvj.q.j.c.præcipimus
§.ſicut.ſi.in Authen. vt iudi.ſine
quoquo ſuffra.§.illud tamen decernimus.& ſeq.col-
1 la.ij.† Vnio ergo & ſubiectio epiſcopatuum ad ſolū
Papam ſpectat,& multa alia,de quibus conſueuit hic no.Tu dic,
vt de hoc no.s̃.de offi.lega.quod tranſlationem. & plenius extra.
d.n.eo.tit.officij.& pleniſſime in Sum.de offi.leg.§.quid pertinet.
ver.illud quidem.& ſeq.& continentur caſus his verſibus.

*Si ſit catholicus Papam non iudicat vllus.*
*Erigit & ſubijcit cathedras,& diuidit,vnit.*
*Mutat vota crucis,reſtaurat,& eximit ad ſe.*
*Maiores cauſæ referuntur legitimatque.*
*Promouet,appellare vetat,prohibet profiteri.*
*Deponit,transfert,ſuppletque,renuntiat illi.*
*Præſul.& exemptus,Simon,iurans,anathema.*
*Vel proprium,vel legati,vel lex vtriuſque.*
*Nequam participans,vel ſi quem ſponte ſalutat.*
*Quem canon damnat ſibi ſoli,quando reſeruat.*
*Soluitur a Papa necnon quem regula damnat.*
*Addas ſuſpenſum cauſam,cum fertur ad ipſum.*
*Reſcriptum fidei dubium confert bona plura.*
*Irritat infectum,legem condit generalem.*
*Approbat imperium,confert,deponit,& vngit.*
*Concilium generale facit,ſanctit quoque ſanctos,*
*Ens non eſſe facit,non ens fore pallea ſemper.*
*Portat,concedit legi,nec ſubditur vlli.*
*Appellatur ad hunc medio ſine,iudiciumque.*
*Eſt pro lege ſuum monachum reuocat renuentem.*
*Maius adulterio ſoluit generaliter arctat.*
*Et laxat quicquid ſponſis nocet,ordinat extra.*
*Tempora.dando ſacrum promotum,promouet idem.*
*Ordinat atque die qua conſecratur & ipſe.*
*Viuentiſque locum concedit iureque priuat.*
*Inſignit laico ſacra donat chriſma miniſtro.*
*Summa ſede ſedet,plenuſque vicarius extat.*

[Ita.]ſed non eodē modo: quia Papa hoc poteſt facere ſine ꝯcilio
eccleſiarū.ix.q.iij.cuncta per mundū.& c.per principalē.& ar.j̃.e.
c.fi.ſed epiſcopus hoc non poteſt abſque laudatione clericorum
ſuorum,& conſenſu ambarum eccleſiarum.s̃.de his quæ fi.a præ
la.c.j.s̃.de reb.ec.non ali.c.j.& no.s̃.e.c.reſpon. j.ver. neque duas.
Sed nec Papa hæc , vel alios caſus ſibi ſpecialiter reſeruatos , vt
in præmiſſis verſibus , conſueuit expedire ſine conſilio fra-
trum ſuorum.i.Cardinalium.nec iſtud poteſt facere de poteſtate
ordinaria.ar.s̃.de his quæ fi.a præla.nouit.licet ſecus ſit de abſolu
ta. ſupra de conceſſio. præben. propoſuit.[Epiſcoporum]vel epi-
ſcopi.[Suæ diœceſis]vnde ipſo iure ad curam & poteſtatem ipſius
pertinet,vt j̃.§.i.& s̃.de relig.domi.de xenodochiis.cum ſuis con
cordan.niſi exemptio,vel aliud priuilegium obſtet.xvi. q.ii.c.ii.c.
di.contra morem.s̃.e.ſane.[Earundem]ſcilicet eccleſiarū . ¶[Cū
itaque]ii.pars. [ In tua diœceſi ] & ideo ſine te de ipſa nihil potuit
2 †ordinari,vt le.& no.s̃.reſpon.j.ad fi.[Irrequiſito] quod fieri non
debuit, nam & alienationibus poſſeſſionum monaſteriorum re
quiritur conſenſus diœceſani.xvii.q.iiii.in venditionibus.xii.q.ij.
abbatibus.quæ nedum ad inferioribus, quinimmo & a Papa fie-
ri prohibentur,quantacunque neceſſitas immineat,niſi ſecundū
quod leg.& no.xii.q.ii.non liceat Papæ.& c.ſine exceptione.& ſe-
quētib.[Authoritate noſtra] nam authoritate ſua hoc facere nō
poſſet,vt hic innuitur,quod verum eſt.ſi illud monaſterium,cui
ſubmiſſum fuit,exemptum ſit.xvi.q.ii.viſis.vel ſi ſit alterius diœ-
ceſis.ar.s̃.de foro compe.ſane.& C.ne quis in cauſa ſua iud.in ru
bro & in nigro.Si autem vtrunque monaſterium eſſet ſibi ſubie
ctum,ſatis poſſet hoc authoritate propria.arg. s̃.de reb.eccle.non
alie.epiſcopi.s̃.de preca.c.ii.in fi. s̃.de dona. c.ii.in fi.quinimmo
nec videtur, ꝙ per hæc verba aliquid ſpeciale concedatur , quod
dic vt in ſeq.gl.Sed & de hac materia no.plenius. s̃.de reſtitu.ſpo
olim.j.& de ſucceſ.ab inteſta.ca.fi.§.fi.[Sicut iuſtum] Quid ergo
conceditur,nam & hoc.quod iuſtum eſt,ſemper licet ? Poteſt di-
ci,ꝙ nihil conceditur ſpeciale,& eſt ſi.quod leg. & not. s̃.de offi.
ord.licet.& c.graue. Vel dic , ꝙ vbi ſunt monaſteria diuerſarum
diœceſum,aliquid ſpeciale conceditur,vt no.in præced.glo. Nec
obſtat,quod hic dicit: quia hæc verba non ſūt intelligenda con-
ditionaliter.ſ.ſi iuſtum fuerit , ſed cauſatiue & affirmatiue, hoc
eſt,quia iuſtum eſt.ſic.j̃.e.c.j.ad fi. nam & hæc verba hunc habēt
duplicem intellectum,vt no.s̃.de confir.vtili.examinata.& c.ve-
nientes. Vel dic,ſicut iuſtum fuerit , vt.ſ.quod ſuum erat mona-
ſterium recipiat vnumquodque. C. de repu. l. vnica.ff.de mino.
ꝙ ſi minor.§.reſtitutio.¶[Nō obſtante]iii.pars[Metropolitanus]
tanquam ſuperior., ſed non eſt hoc de iuriſdictione ſua imme-
diate,vt ſequitur [Cum in diœceſi]ver. [Ipſius].ſ.ſuffragii [Non
debeat]ſcilicet Metropolitanus[ Aliquid]ſcilicet regulariter.ſiue
exceptis caſibus.de quibus dic,vt plene no.s̃.de offi.or.paſtoralis.
rn̄.j.ver.fi.[Canonicas.] ix.q.iij.c.j.& ij.& c.archiepiſcopus.& ſeq.
s̃.de offi.ord.duo ſimul.[Nos quoque.]ver.[Id.] ſ. dictam confir-
mationem: vel id.i.non tantum confirmationem , ſed & ſubie-
ctionem,ſed prima expoſitio magis placet: quia minus eſt iniu-
rioſa,ar.s̃.quod me.cauſa.c.pen.s̃.de dona.inter dilectos. & tamē
niſi intelligas,ꝙ Metropolitanus citatus fuerit,etiam prima iniu
rioſa eſt iure poſitiuo conſiderato,vt patet.s̃.de ma. & obed.inter
quatuor.nam & factum ſuum poſſet defendere conſuetudo , vel
priuilegium ſpeciale.s̃.de off.or.duo ſimul.ſed ad hoc non aſtrin
gitur is,qui de iure poteſt,quicquid vult ſupra ius, vt patet hic , &
in eo quod leg.& no.s̃.de conceſſi.præb.propoſuit.s̃.de accuſa. ad
petitionem.§.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Vim facere,& vi rapere differunt.*
2 *Confeſſio,extra ius facta an præiudicat.*
3 *Accuſatore abſque nemo damnatur.*
4 *Gloriatio ſola criminis,graue crimen eſt.*
5 *Notorium crimen tranſire non debet impunitum.*
6 *Clericus debet potius coniungere,quam diſiungere matrimonium.*

CAP. IX.

QVam ſit graue. Ergo de hoc inquiri pōt,
argu.s̃.de off.ord.c.j. s̃.de
accu.qualiter.ij.[In clericis] maxime,nam & in om-
nibus graue ē.pſal.Quid gloriaris in malitia &c. Hie.
1 ix.non glorietur. &c. [Gloriari] ideo dicit lex, ꝙ † differentia eſt
inter eum,qui vim facit,& eum,qui rapit vi , cum ille delictum
ſuum cęlet,hic publicet,vt ff.vi bo.ra.l.ij.iij.colum.§.in hac actio
ne non vtique.& ſeq.in fi.prope.§.ante pen.ad idem.de pœ.diſt.j.
non tibi dico.& s̃.de diuor.ex literis.¶[Accepimus.] ij. pars. [Pu-
2 blice confiteri] arg.ꝙ † confeſſio extra ius facta præiudicat: quia
& vndecunque crimina claruerint,punienda ſunt.xxiiij.q. iij.ec-
ce.s̃.de collu.detegen.c.ij.ſic & qualitercunque innotuerit tutori
ꝙ tutor ſit,periculum ad ipſum pertinet.ff. de admi. tut.quidam
decedens.§.fi.alias eſt lex.& incipit Papinianus.ad idem.xxij. q.v.
3 hoc videtur.Sed contra.s̃. de iudi.at ſi clerici. † nemo etiam ſine
accuſatore damnatur.xxiij.q.iiij.ſi quis poteſtatem. ff. de mu.&
ho.reſcripto.§.ſi quis.s̃.vt benefi.ecc.c.vnico.in prin.quod verum
eſt regulariter,vt ibi notatur.Sol.Iſte non deponitur , ſed ſuſpen
ditur,



non ex illa confeſſione,ſed occaſionaliter propter ſcanda-
lum & infamiam atq; diſcordiam ortā inter mulierē & virum
qui propter hoc eam expulit.alias non fuiſſet ſuſpēſus pp talem
confeſſionem.ſm Io.Vel dic,ꝙ hoc ſpeciale eſt in clerico de deli
cto ſuo publice gloriante:nam & ipſa ſola gloriatio graue crimē
eſt.vt dixit.s̃.eo.c.rn̄.j. cum ergo hoc crimen notorium ſit. non
debet tranſire impunitum.j̃.de ſent.excom.vt famæ.§.j.in prin.
nec eget accuſatore.s̃.de accuſa.euidentia. Et maxime puniēdus
eſt quando alius occaſione iſta damnum incurrit.arg.s̃. de poſt.
c.fi.in prin.& præcipue qn̄ agitur de ſcandalo matrimonii,ꝙ cle
ricus potius debet coniungere,quam diſiungere.s̃. de teſtibus.li-
cet ex quadam.in fi. Vnde dixit hic d.n.ꝙ ideo punitur ex tali cō-
feſſione,quia apparet eum eſſe maledicum detractorem & leuē:
quorum quodlibet ſufficit ad pœnam infligendam , qn̄ autem
aliquis ſine accuſatore damnari poſſit.dic vt no.s̃. vt benefi.eccl.
c.vnico.in prin.quando vero confeſſio præiudicet, vel non,dic ,
vt no.s̃.de confeſſis.c.fi.[Vn̄] ver.[Quod vir,cui fuerat.]&c.vt ſe-
quitur.[Ad propria ] forſan ad domum patris. [Remitteret.]de
facto,quia de iure non debuit.vt patet.j̃.§.j.¶[Ideoq;] 3.pars.[Cō
ſtiterit. ]& per inquiſitionem in odium clerici de peccato publi-
ce gloriantis.vt s̃.rn̄.j.§.j.Vnde de hac confeſſione de facili cōſta
re poterit,ex quo publice ſe iactabat.cito etiam conſtare potitur
per eoſdem teſtes,ꝙ maritus qui præſens erat exinde motus fuit,
& dixit,ꝙ dicta mulier nunquam magis ad latus ſuum iaceret ,
& ſtatim iuit ad domum,& ipſam expulit. [Suſpendere.] etiam
ſi falſum dicebat,eo ipſo ꝙ de hoc publice ſe iactauit quaſi in vin
dictam mariti.q.d.eccleſia marito.non credas verbis ſtulti,quia
ſi de veritate mihi conſtaret,ipſum deponerem. nunc autem qa
de hoc non conſtat,nec de eo quod non eſt conſtare poteſt,ipm
propter ſolam iactantiam in vindictam tui & vxoris ſuſpendo ,
& moneo te,ꝙ vxorem tuam recuperes , quam ꝓpter hoc eieci
ſti.Qui ſi monitis acquieſcere nolit, eſt ſicut ſequitur compellē
dus.[Recipiat] hoc enim fieri debet.vt s̃.de reſti. ſpol.ex transmiſ
ſa.& c.ex conqueſtione.& s̃.de diuortiis.porro.§.j.& ca.ex literis.
in fi.[Sicut iuſtum eſt] ideſt,quia iuſtum eſt.ſi.s̃.c. proxi.§.j.in fi.
& no.s̃.de confirm.vtil.examinata.§.fi. niſi aliud obſiſtat.s̃.de di
uortiis.ſignifi.Et no.de exce.quæ competunt.s̃.de reſtitu.ſpol.ex
tranſmiſſa.[Maritale.]& alia neceſſaria ſubminiſtret.hoceſt ipm
maritali affectione pertractet.s̃.de ſpon. ex par.& c. venien.§.fin.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtimonio,& literis delegatorum ſtandum eſt .*
2 *Epiſcopi poſſunt dare Principibus conſilium in criminib.puniendis.*
3 *Clerici an poſſint conqueri de furibus,vel ſibi iniuriantibus.*
4 *Contumax ſtatim non videtur,qui vocem præconis non exaudit .*
5 *Epiſcopus eſſe non poteſt,niſi ſit ſacerdos.*

CAP. X.

1 EX literis. Accepimus.Ar.ꝙ† teſtimonio & li
teris delegatorum ſtandū eſt.vt hic
& j̃.eo.§.j.verſi.ſed idem.&,§.ii.reſpon.j.& c.j.§ præte
rea.¶[Albeganenſis epiſcopus.] 2. pars. [In villa qua-
dam.]Albeganen.[Iuriſdictionem.] ſ.temporalem.alioquin ſu-
per hoc non ad curiam ſuam,ſed domini tēporalis recurſus ha-
beretur.s̃.de maledicis.ſtatuimus.§.per temporalem.s̃.de raptori
bus.in archiepiſcopatu.s̃.de Iudæis.poſtulaſti.s̃.de homici.poſtu-
laſti.[Candentis ferri.] hæc purgatio prohibita eſt.j̃.de purg.can.
ex tuarum.j̃.de purga.vulga.per totum. vnde hoc ſolo ꝙ in hoc
conſenſit,puniendus fuit.s̃.ne cleri.vel mona. ſententiam. [Pu-
niretur] & ſic iudicabat ſeipſum. [Dictus epiſcopus.] ver.coram
quo iſta proponebantur ſed non debuit hoc audire,immo ad iu
dicem ſuum temporalem remittere, quia periculoſum eſt ſacer
doti ſe talibus immiſcere.vt patet ex ſeq. [Eidem.] ſ.iudici. [Præ-
ſentia epiſcopi.]& in hoc ſimiliter deliquit epiſcopus.vt j̃.eod.§.
j.reſpon.i.ver.j.[Combuſtus eſt.] nec mirum ſi feruens erat.[Vn
de iudex] ver.[Paucfactus] forſan plus propter epiſcopum ne ir
regularitatem incurreret,quam propter ſeipſum . [Quid ſibi.] ſ.
epiſcopo.forte ſperabat,ꝙ ei iniungeret vt ipſum liberaret.[Con
ſuluit.] non prohibetur hic quin epiſcopi † poſſint dare conſiliū
principibus in criminibus puniendis.23.quæſt.fi.peſſimam.in fi.
poteſt enim clericus in genere dicere , in lege ſcriptum eſt,ꝙ fu-
res taliter puniantur.arg.v.q.v.delatoris. dum tn̄ opera conſulen
tis non ſuggerentis fungatur arg.ff.de quæſt.l.j.§.qui quæſtionē .
ſm Io.Hoc poteſt intelligi quando crimen non imminet puniē
dum,alioquin ſi ex conſilio ſuo, ſiue generali,ſiue ſpeciali ſequa
tur propinquum homicidium,irregularis eſſet , vt apparet ex ſe.
& in eo,quod leg.& no.s̃.de homicid.ſicut dignum.§.fi.& c.ſigni
ficaſti.ij.§.j ver.j.& de cleri.pug.in duel.c.2.§.fi. quod dic,vt no.s̃.
3 ne cleri.vel mona.clericis.† Poſſunt etiam clerici de iniuriantib.
ſibi,ſiue furibus,ſiue prędonibus,ſiue aliis, conqueri iudici tēpo-
rali.vt patet.s̃.de foro comp.cum ſit generale.in fi. 23.q.v.nō vos
& ſi etiam ex hoc ſequatur ſanguinis effuſio, dum tn̄ clerici ip-
ſam non petant ſpecialiter fieri,non erit hoc ipſis clericis impu-
tandum.quod dic,vt leg.& not.s̃.de homici.poſtulaſti. Quid eſt
ergo,quod huic epo imputatur? Vtique reſponſum quod fecit,vt
ſequitur,& quia conſenſit in iudicio ferri cādentis,& quia in eius
præſentia idem fur ſe purgauit,& etiam ſuſpenſus fuit.vt j̃.eo.§.j.
[Qui] ver.ſ.eps.[Rn̄dit.] ſm quod per teſtes probatum fuit, q̄q̄.
&c.vt ſequitur.[Euaderet.] q.d.tacite puniatur & ſuſpendatur, ſi-
cut ſeipſum idem fur iudicauit.vt s̃.eo.§.j. in fin. Et ſic ſaltem ex
quadam voluntate turbata,huic videtur homicidio conſenſiſſe.
arg.in eo,quod leg.& no.s̃.de ſimo.Matthęus.rn̄.j.verſic.j.Caueat
ergo eps ne dicat iudici,vel officialibus,qn̄ agit de ſuſpendio hoīs
ad mortem iam adiudicati,eatis & iuſtitiā faciatis.Sicut de quo-
dam epo accidit,qui cum intraſſet palatium nicie vna cum aliis
duobus epiſcopis,& alii duo inſtanter intercederēt erga Romeū
de villa noua pro quodam homine qui ducebatur ad ſuſpendiū
liberando,& idem Romeus ſe ſuper hoc difficilem redderet.ter-
tius eps dixit,eatis in nomine domini, & veſtram iuſtitiam facia
tis,& ſtatim idem Romeus fecit hos duos verſus.Pręſulis hic mo

*Præſulis hic motus,non eſt ſine crimine totus.*
*Aut eſt ignotus,aut eſt pietaae remotus.*

Cum tamen debeat pro tali eccleſia efficaciter intercedere, vt ci
tra mortis periculum circa eum ſententia temperetur . infra de
verb.ſign.nouimus.§.j.in fi.[Quamquam.] verſi.[ Affirmet.] idē
epiſcopus.[Se.]non ſic rn̄diſſe.[Sed verbis talibus]&c.Quicquid
tn̄ velare conetur ſatis equipollent,nec ex quo de mente conſtat
facienda eſt vis in verbis.j̃.de verbo.ſign.intelligentia.& c.ſeq. &
c.in his.[Clamor populi.] qui tamen non eſſet exaudiendus . vt
leg.& no.s̃.de elect.Oſius.[Euaſerit.] ſ.fur.[Et ſic.]ver.q.d.ſiue pri
mo,ſiue ſecundo modo rn̄derit,quia non eſt vis in verbis. tn̄ tali
vel conſimili rn̄ſo dato.[Epiſcopus & iudex.] &c.Et ſic etiam ip
ſo facto videbatur eps ſententiam approbare.l.di.ſi quis viduam.
quod plus fuit quam verbis.ff.de legibus.de quibus s̃. de appel.di-
lecti.j.§.vnico.in prin.[In quorum.] ſ.epiſcopi & iudicis.[Præſen
tia.] & hoc eſt quod epo imputatur.vt not.s̃. ſuper verbo,conſu-
luit.[Ipſum ] ſ.epiſcopum. [Literis.] quæ hæc oīa continebant.
vt s̃.eo.c.in prin.[Sed idem.]ver.ſ.eps.[Vidimus ] quia forſan ip-
ſas ſibi retinuit tanquam ſuſpectas , alius autē ex hac cauſa ipſas
aperuit.s̃.de offi.deleg.cum olim magiſter.[Aſſerat.] ſ.obliuioni
tradideramus præ nimia occupatione,arg.23.diſt.præterea.Quā-
do enim homo eſt circa multa alia occupatus, non pōt conſide
rare ſingula.vnde qn̄ aliquis venit ad curiā, cui multi occurrunt
quaſi amittitur ſalutatio generalis,niſi perſona ſit valde nota. &
ideo nunquā talem ſalutauerat Dardanellus. Si tn̄ ſuper hoc re-
dargueretur a veniente,rn̄debat.dn̄e ego occurri vobis & ſaluta-
ui,ſ.vos mihi nullum dediſtis rn̄ſum.& tunc veniens dicebat.par
catis mihi,quia multitudo occurrentiū tanta fuit, ꝙ ego nō ad-
uerti.ad hæc.16.q.j.presbyteros.C.de offic.aſſeſſ. nemo.s̃.de cleri.
coniu.diuerſis.[Archiepiſcopus]nunc Piſanus,ſed tpe inquiſitio
nis epiſcopus Vercellen.vt s̃.eo.c.rn̄.j.[Qui] ſ.archiepiſcopus.[In
dicauit.] cui magis credendum fuit.vt & no.s̃.eo.c.in princ.[Idē
epiſcopus.] ſ. Albegan.ꝯ quem inquiſitio facta erat. [ Diſceſſit.]
vnde perinde eſt,ac ſi non veniſſet.s̃.de iud.c.i.& xj.quæſtio.3.cer
tum eſt.idem eſt & ſi latitet poſt calumnas.ff. ex quibus cauſ.in
poſſ.ea.Fulcinius.§.illud ſciendum.s̃.vt lite non conteſt. quoniā
§.j.[Perquiſitus.] i.valde quæſitus,& in audientia , ſicut moris eſt
proclamatus.[Non potuit inueniri]Not.quod ſufficit abſentem
requiri.licet peremptorium ad eius notitiam non perueniat. ar.
s̃.de cleri.non reſi.tuæ.s̃.de dolo,& contu.cauſam quæ. & c.fi.C.
de iudi.properandum.§.& ſi quidem.ff.de euict.ſi vero. & l.ſi di-
ctum.§.ſi præſente.ff.locati.item quæritur.§.exercitui. Ar.contra.
s̃.vt lit.non conteſt.quoniam §.ij.ff.quæ ſententię ſine ap.reſcin.
4 l.j.§.item cum ex edicto.non.n. ſtatim † contumax videtur q vo
cem præconis non audit.ff.de reſtit in integ l. pen.C. quomodo
& quando iudex.ea quæſt.3.q.ix.caueant. Solutio,ibi non tenuit
ſententia,quia reus non fuit citatus.hic autem citatus fuit,venit
& comparuit, & contumaciter receſſit , & iterum mandat Papa
ipſum moneri.vt j̃.§.j.verſi.cum igitur.Vel dic.vt not.s̃. de do.&
contu.c.fi.¶[Nos autem.] 3.pars. [In iudicio.] cui conſenſiſſe vi-
detur.vt patet.s̃.eo.§.in princ.& ver.j.[Suſpendio,cum is.] &c.vt
ſequitur . [Noſcitur.] relatione iudicum quibus creditur.18.diſt.
de eulogiis & de conſiliis.& no.s̃.eo.c.in prin.donec probetur cō
trarium.s̃.de teſtibus.cum a nobis.[ Cum is]ver.ſ.epiſcopus.[Au
thoritatem.] vt patet in reſponſo ſuo.s̃.eo.§.j. ver.vnde iudex.&
ſeq.[Præſentiam.] ver.& quæ non obſunt ſingula multa nocēt.
[Corporalem] vt patet.s̃.§.j.ver.& ſicut eps. vnde authoritatem,
& præſentiam præſtando incidit in illas conſtitutiones.s̃.ne cle.
vel mon.clericis.& c.ſententiam.ideo & merito deponitur, vt ſe
quitur,quia homicida fuit,nec enim refert quantū ad irregulari
tatem pertinet,vtrum facto,vel conſenſu , authoritate, vel cōſilio
homicidium committatur.vt patet.l.di.ſi quis viduā.& in eo qđ
leg.& no.s̃.de cler.pug.in duel.cap.ii.§.fi. [Miniſterio.] tanquam
irregularem. [Cum igitur]verſic.[Pontificale.]Hic adde & repe-

requod no.ſ.de cleri.per ſal.promo.c.vnico.& ſ.de dol.& contu.
veritatis.§.fi.[Miniſterio.] Hic habes expreſſum argu.ꝙ non pōt
eſſe epiſcopus niſi ſit ſacerdos.& ꝙ ep̄s ſuſpenſus a ſacerdotalib.
non poteſt pontificalia exercere.quod dic vt no.in præced.con-
cor.[Adimpleri.] q. d.non negamus quin recipiat characterem
ſi quis in ep̄m conſecretur licet ſacerdos nō fuerit,nec negamus
quin character remaneat ſi ordinatus fuerit, quamuis ſuſpēſus.
hoc tamen dicimus,ꝙ executionem non habebit.[Moneatis]&
ſic patet ꝙ non procedimus hic contra non citatum: ſicut qui-
dam intelligere voluerunt: immo apparuerat,& illicentiatus re-
ceſſerat,& etiam adhuc mandat eum moneri: quia inuentus nō
fuerat perquiſitus.vt legitur,& no.ſ.§.proxi.in fi. Tenetur autem
cedere,quia propter culpam ſuam factus eſt irregularis. alias ve-
ro ſi ſine culpa ſua factus eſt impotens,daretur ei coadiutor.7.q.
j.quamuis triſte.ſ.de cleri.debili.vel egro.miniſt.ex parte.& c.fin.
[Alioquin.]ver.ſ.ſi monitus cedere noluerit.[Amouentes.] ſi.ſ.
de accuſa.cum dilecti.Et habent hæc verba vim ſententiæ depo-
ſitionis.ſ.de do.& contu.veritatis.§.fi.ſm do.n. [Eidem.] ſ.eccle-
ſiæ.[Canonicam.] ſ.de elec.quia propter.[Idonea.] ſ.de elect.cū
in cunctis.[Prouideri.] ſ.quicquid dicat,& epiſcopus remāſit, &
epiſcopus mortuus fuit. ſecundum Iaco.

*SVMMARIVM.*

1 *Verbum pertinere,licet late pateat,admittitur in libello,& ſi non exprimatur quo iure.*
2 *Crimina,quæ prodeant ex ludo.*
3 *Leges quos ludos concedunt.*
4 *Rei Puſara,Rempon,& Regindalia,qui ludus dicantur.*
5 *Vſurarius,& Aleator repelluntur a beneficio obtinendo.*
6 *Actio,cui datur multo magis exceptio.*
7 *Vſura maior,quæ in iure reperiatur eſt centeſima.*
8 *Ludus noxius,in culpa eſt.*
9 *Excuſare excuſationes in peccatis quid ſit.*
10 *Excuſatores peccatorum magis ſunt puniendi,quam alii delinquentes.*
11 *Negatiua pura ſimplex & indeterminata per teſtes non poteſt probari.*
12 *Proceſſus probatur per iudices habitus coram eis,ſi plures ſunt.*
13 *Deiectum ſi quis probauerit,non præſumitur deiectum a poſſeſſore.*
14 *Confirmato qui iuſte poſſidet obediendum eſt.*
15 *Inſtantia a iure reprobatur.*

## CAP. XI.

INter dilectos. B. & P quibus ſuccento-
ria ipſa collata fuerat a cā
tore.vt ſequitur.Primo,Petro,cuius collatio caſſatur.
j.eo.§.fi.in fi.ſecundo,Bernardo.j.eo.§ verum. ver.fi.
cuius collatio caſſatur.j.eo.§.fi.[Vtroque] ver.ſ.tam Bern.quam
Pe.[Ad quem.] ſ.cantorem pictauien.[Pertinebat] de conſuetu
dine longa,vel priuilegio ſpeciali.ſ.e.ad aures & c.ad hæc. Aliud
enim eſt de iure cōi.vt patet in eo,quod leg.& no.ſ.de offi.arch.
cum ſatis.ſ.de elect.cum eccleſia Vulterana.Et nota ꝙ licet ver-
1 bum † pertinere late pateat,tamen admittitur in libello, & ſi nō
exprimatur quo iure,vt hic & ſ.de fide inſtru.inter dilectos. rñ j.
verſi.j.quod dic vt ibi no.& ſ.de reſtitu.ſpol. cum ad ſedem.rñ.j.
verſi.coram quo.[Canonice.] hoc eſt falſum,quia collatio facta
Petro minus canonica fuit propter indignitatem perſonæ. vt j.
§.j.ſed nec ſecunda facta.B.fuit canonica, quia facta fuit prima
non caſſata.vt j.eo.§.fin. ¶ Nos igitur] ij.pars.[Atteſtationibus.]
remiſſis per iudices,quibus cauſa ſecundo fuerat commiſſa,vt in
nuitur.j.eo.§.præterea.& in præmiſſa deciſione plenius contine-
tur.[Inuenimus.] verſi. [Probatum.] acta igitur fidem faciunt,
vt hic,& ſ.de reſtitu.ſpol.cum ad ſedem.§.fin.in prin. & j.de pur
ga.cano.cum dilectus.§.j.[Publicum.] i.notorium.ſ.de accu.eui
dentia.[Aleatorem] quod hodie prohibetur.ſ.de vita & honeſt.
2 cleri.c.penul.verſic.ad aleas.vbi de hoc,& eſt ratio,† quia ex ludo
multa crimina oriuntur,vnde verſus.

*Hæc cum taxillis ludendo crimina fiunt.*
*Eccleſiæ ſpretus,vſuraque,ſiue rapina.*
*Scandala uel linguę blaſphemia ſeu faciendi.*
*Furti doctrina,violentia,crimina falſi.*
*Et mortis cauſa,deceptio perditioque.*
*Temporis,& deſiderium,corruptio iunges.*
*Iſtis prædictis applauſus,vitaque turpis.*

3 Ludus † tamen ſecundum leges licitus eſt aliquibus,& in caſibus
vnde verſus.

*Ludere veſcendi cauſa permittitur atque,*
*Haſtam uel pilum iaciendo,uel ſaliendo.*
*Curſum,uel bellum,necnon luctam faciendo.*

Cauſa etiam virtutis ſpondere licebit,ſ.ex lege Titia,& Publicia,
& Cornelia.ff.de aleato.ſolent.§.ſenatus.& duabus.l.ſeq.Lex etiā
Græca alearū ludus quinque ludos admittit.ſ.commononolon:
ludus eſt vbi iactus in longum protrahitur,ſicut forte eſt ſagitta-
re, vel ludere ad mecellam,vel paletum,de hoc vel conſimili vī
loqui.ſ.de homici.continebatur.vt ibi no.comodalomnolo,lu-
dus.eſt,vbi iactus in breue ſpatium retrahitur, ſicut eſt ludus bil-
4 larum.† Reipuſara.ludus eſt,vbi pondus cum dentibus eleuatur.
Nempon.ludus eſt quo equo currente eques cum lancea eleuat
poſitam rem in ſignum,puta cirothecam,vel aliud ſim le.Regi-
dalia ludus eſt,vbi cum pede, vel ligno ſeu alia materia ob frau-
dis ſuſpitionem tali iactantur.Sed ſecundum Catonem ſapiētē.
Troco lude,aleas fuge.Omnes prędicti uerſus ponuntur,& ple-
nius exponuntur,in Sum.eo.ti.ſub.§.clericus.verſi.vero.& ſeq.Vi
detur tamen,ꝙ iſte Petrus propter hunc ludum non debuit pri-
uari iure ſuo,dum tamen ſe vellet corrigere.35.di.c.j. Sol. Aliud
5 in beneficio tam obtento,vt ibi,aliud in obtinendo,vt hic.† Pro
pter vſuram etiam repellitur ab obtinendo.47.diſt.de Petro. ſed
in obtento poteſt facere gratiam iudex,ſi vult, & ſic intellige.47.
diſt.c.j.nam & de rigore iuris eſt vſurarius deponendus. 14. q.4.ſi
quis oblitus.& c.quoniam multi.[Ac vſurariū.] Hic patet, ꝙ nō
ſolum ante confirmationē poteſt opponi electo crimen in mo
dum exceptionis.ſ.de elect.dudum.j.& 2.vel ante conſecrationē
ſ.de accu.ſuper his.quinimmo & antequam adipiſcatur poſſeſ-
ſionem,dummodo ſit infamatus.ſ.de accu.accedens.ſm do.no.
quod dic,vt ibi no.Sed quid ſi agat poſſeſſorio,cum fuerit ſpolia-
tus? Rñ.non eſt talis exceptio admittenda.ſ.de reſt.ſpol. in literis.
& c.cum quis. Quid ſi talis agit petitorio amiſſum beneficium
repetendo? Rñ.ſi obiicitur tale crimen, quod inducit priuationē
illius bñficii,puta,quia hæreticus eſt , vel ſimiliter propter crimē
beneficio,quod petit,priuatur,admittenda eſt exceptio. ar.8.diſt.
quo iure.23.q.vi.c.j.& ij.Sinautem aliud crimen opponitur, pu-
ta,ꝙ ſit adulter,vel periurus,aut ſimoniacus,de alio beneficio nō
eſt talis exceptio admittenda,cum etſi probaretur, non releuare
tur excipiens.arg.ſ.de offic.deleg.cum contingat.§.fi.Sed contra
6 quia iſte qui excipit poſſet cōtra ipſum agere de crimine, † & cui
damus actionem,multo fortius exceptionem.ff.de ſuperfi.l.j.§.ꝙ
des.Sol.hoc verum eſt,ſi quæritur,vtrum poſſit monaſteriū obli-
gare,quando vero quæritur,vtrum poſſit ei acquirere,ſecus eſt,vt
ſ.no.nam & poſſeſſio acquiritur per monachum etiam fugitiuū
domino ignoranti,dummodo iuſta ſit,arg.ff.de acqui.poſſ.l. j. §.
per ſeruum.ſinautem eſſet iniuſta,non acquireretur,ar. ff.de acq.
poſſ.quod meo.§.fi.& l.ꝙ ſeruus.niſi forſan dominus hoc ratum
haberet.ff.de vi.& vi.ar.idem.§.cum procurator.poſſeſſionem ēt
ſerui,ſi turbata fuerit, poteſt petere ſeruus, & dominus in melius
14 reformari.C.ſi per vim vel alio modo.l.j. & ideo † ſeruus omnia,
quæ detinet,niſi probetur contrarium,præſumitur poſſidere,arg.
xviii.q.j.c.j.Quid de rebus ablatis monacho? Rñ. ſi erant mona-
ſterij,vel etiam alterius,ſed tñ monaſterium ad reſtitutionem ip
ſarum obligatum erat,tunc agit monaſterium,ſi vero nec mona
ſterij erant,nec reſtituere tenebatur, tunc aget ille, qui dominus
erat rerum. Quid ſi abbas res depoſitas penes monachum videt
rapi,vel ſubtrahi,vel alias perire,& facile eſt abbati ipſas liberare?
Satis credit.d.n.ꝙ teneatur depoſiti propter dolum,arg.ſ.depoſi-
ti.c.ij.Credo,ꝙ peccat,ſed non puto,ꝙ propter hoc ipſe, vel mo-
naſterium obligetur,ex quo fuerunt penes perſonam tantū mo-
nachi,& non penes monaſterium commendatæ.ſ. depoſiti.ca.j.
[Dederat] Huic literę ſic obijcio,certum eſt,ꝙ quamuis epiſcopꝰ
non dicatur dominus,ſed procurator,tamen loco domini eſt,vt
patet.ſ.de elec.cum nobis olim. §. fi. ergo tenuit donatio ab ipſo
facta,vt probatur.ff.de procura. procurator cui libera. Sol. poteſt
ĩtelligi qđ hic dicit. [Dederat.] ſubaudi in ĩfirmitate,de qua obijt,
& ſic non tenuit donatio,vt patet in eo,quod legitur,& not. ſ. de
15 pecu.cleri.c.fi.Nec obſtat,ſi dicas,ꝙ talis † donatio cauſa eleemo
ſinæ licita fuit.ſ.de teſtibus.relatum.ii.§.licet: quia quamuis in ta
li caſu poſſit dare aliqua,vt ibi.non tamen tantam ſummam.ſ.
duo milia marabutinorum.vt ſ.arg.ſ.de dona.cæterum. vel dic.
[Dederat.] ſicut ipſi dicebant,ſed non probabant. Vel quamuis ↄ̃
ius litigatoris lata fuerit ſententia,tranſiuit tñ in rem iudicatā,cū
non fuerit appellatum.ſ.de re iud.qđ ad conſultationē.Sed prior
ſolutio magis placet.[Ipſum.] ſ.monaſtrium.[Eorum.] ſ.duorū
milium marabutinorum.[Cōdemnarunt] & bene,vnde in hoc
tertio capitulo ſententia cōfirmatur.ĩ.e.c.in fi.[Inſuper]ver.[Pro
16 pria authoritate] hoc eſt valde.no.dignū.Ex quo elicit,ꝙ † nulla
eccleſia ſine authoritate diœceſani ædificari debet,ēt & ſi ędificās
ſit exemptus,vt hic patet,& ſ.de iure patro.nobis fuit.de con.di.j.
nemo.j.q.ij.placuit.in Auth.de eccl.ti.§.ſi quis autē.coll.ix.Quod
ſi propria authoritate ædificata fuerit, eps ipſam ad ius ſuum &
dominium reuocabit,vt hic dicit, niſi præſcriptione legitima ſe
defendat,vt ſequitur.ſm.B.qđ dic,vt le.& no.ſ.de excep. cum ve-
nerabilis.§.quia vero.& de præſcrip.cum olim.§. quia prædictus.
Non tamen intelligas,ꝙ eps & ſi eam ſibi adiudicari obtineat,iō
ipſam ſibi retineat,ſed de ipſa ſicut & de alijs ſuæ diœce. ordina-
bit.x.q.j.regenda,ar.ſ.de cenſi.eccleſijs.[Pręſcriptione.] ſubaudi ca
nonica: quia licet probaret tempus,non tamen titulum, qđ dic,
vt legitur,& no.ſ.de pręſcri.ſi diligenti. [Alia.] puta rei iudicatæ,
vel confirmationis,prout legitur,& no.ſ.de relig.do.conſtitutus.
& eſt hic expreſſum,ꝙ ex quo eps petit eccleſiam in diœceſi ſua
ſitam ſibi adiudicari,cum de iure communi ſua ſit fundata inten
tio.ſ.de reli.do.de Xenodochijs.ſententialiter obtinebit,niſi poſſi
dens aliqua defenſione legitima ſit munitus,ad idem.100.diſt.cō-
tra morem.& C.de proba. ſiue poſſidetis. [Factis] de facto. nā &
ius commune ſufficit,vt in præced.gl.[Iudicarunt] & bene.vnde
& in hoc quarto.c.ſententia confirmatur.ĩ.e.c.in fi. [Cum fructi
bus.] cum eſſent malę fidei poſſeſſores.ſ.de reſti.ſpo. grauis. alias
autem non ſolum non reſtituerent fructus,ſed & de ipſis rationē
exigere poſſent.qđ dic,vt le.& no.ſ.e.cum & plantare.§. in eccle-
ſijs.Nec intelligas,ꝙ iſti fructus lucro epi cedere debeant, ſed de-
bent in vtilitatem eccleſiarum ædificatarum conuerti,vt patet in
eo,qđ le.& no.ſ.de ſucceſ.ab inteſt.c.fi.ſ.de offi. ordi. cum vos.ſed
& quicquid canonici ibidem ædificauerunt,totum ſolo cedit.In
ſtit.de rer.di.§.cum in ſuo ſolo.& §. ex diuerſo.C.de rei vendi.l.ij.
¶Tandem.] iij.pars. [Non tenere.] forte: quia contra abſentem
non contumacem ipſam latam eſſe dicebat,vnde nulla erat. iij.
q.ix.omnia.ff.de re iudi. contra pupillum. ſed hoc ſtare non po-
teſt,cum ſententia iudicū excepto vno articulo in omnibus alijs
confirmetur,vt no.ſ.§.proxi.rñ.j.quod non fieret,ſi nulla eēt. Di
cas ergo,ꝙ hoc propoſuit allegando, cui allegationi non multū
inſiſtit,cum bene videat,ꝙ parum valet,vnde & ſtatim ſubiūgit
aliam rationem.ĩ.e.§.j.[Quod ſi alias.]ver.[Teneret.] ſ. mero iu-
re,ſicut & tenebat.[Quia tñ.]&c.Hęc ratio bona erat,& ideo fuit
exaudita,vt ĩ.§.j.[Delictum perſonę.] ſi.ar.ff.quando ex facto tu-
to.l.j.C.vnde vi meminerint.ſic.ſ.de excep.cum venerabilis.§.in-
telleximus.ꝙ dic,vt ibi notatur.[Redundaret.] ſubaudi,vel negli-
gentia circa iudicium habita, imo nihilominus. [Debebat.] &c.
ſubaudi ſaltem per reſtitutionem in integrum,& hoc eſt, quod
ſequitur ſtatim ibi.[Quod ſibi concedi] &c.vt ſcilicet admittere-
tur ad probādum benignitatem iuris.q.d. de gratia per beneficiū
reſtitutionis, nam de rigore iuris non eſſet poſt ſententiam hęc
petitio admittenda,vt patet.C.de tranſac.ſub pretextu.ſ.de re iud.
inter monaſterium,ſed per beneficium reſti.in inte.admittitur,vt
hic patet,& ĩ.§.j.& ſ.de reſti.in integrum.c. ij. & fit hęc expoſitio,
ſecundum communem intellectum.Vel dic, quod ſibi concedi
de ſolita benignitate,&c.implorando. ſcilicet de plano ſine libel-
17 lo † officium Romani Pontificis,quod præ omnibus alijs exube-
rat,vt patet in eo,quod legi.& no.ſ.de accu.ad petitionem.§.fi.et-
enim niſi ſubaudiatur,vt præmiſi non inuenies,ꝙ reſtitutio in in
tegrum fuerit hic petita.quod dic,vt no.ĩ.e.§.j.ver.j.¶Nos igitur]
iiij.pars.[Ius noſtrum] hęc eſt nimis fortis allegatio, vt patet.& ſ.
de reſti.in integrum.c.ij.§.nos igitur.& in eo quod leg.& no.ſ.de
ſupplen.negl.præla.licet.§.vnico.& ſ.de confir.vti.cum dilecta.§.
quia prio.[Ne in nos.]ver. quod eſſe non debet: quia nec in ali-
quem alium,qui ſine culpa ſit.ſ.de his quæ fi.a ma.par.ca. quæſi-
uit.[Partem eius.] ſ.monaſterij.[De gratia] quantum ad ius mo-
naſterij, nam ius Romanæ eccleſiæ debet omnino eſſe ſaluum,
vt in præce.glo.& de gratia intelligas per beneficium reſtitutiōis.
in integr.ſ.de reſtit.in integ.auditis. alioquin contra. ſ.de re iudi.
ſuborta.§. fi. ſecundum omnes. Imo & poteſt intelligi de gratia
mera & pura ſine libelli oblatione, & ſine petitione reſtitutionis
in integ.quia nec in aliquo loco huius.c.legitur, ꝙ hęc reſtitutio
fuerit petita,niſi ſubaudiaт̃,imo fuit benignitas ſedis apoſtolicę
implorata de plano,vt patet.ſ.pxi.§.in fi.& fit hęc gratia rōne cō
nexitatis conſiderato potius iure Romanę eccleſię,quam mona-
ſterij,de illo enim,ſcilicet de iure monaſterij,quęri non poſſet,ni
ſi per reſtitutionis beneficium,cum non fuerit appellatum,vt in
pręmiſſis iuribus, nam ſi fuiſſet appellatum in cauſa appellatio-
nis bene admitteretur noua probatio, vt C. ſententiam reſcin.
non poſſ. l. ij. C. de tempori. app. per hanc.ſ.de fide.inſtrumen.
cum Ioannes.§.verum.& §.j.verſi.ꝙ etſi nouum.quod dic, vt ibi
no. & ſ. de reſtitu. ſpolia. fraternitatis. Nec eſſet tunc recurren-
dum ad extraordinarium beneficij reſtitutionis auxilium: quia
ſufficeret ordinarium. ff.de mino. in cauſę. ij. in princip. [Di-
ſtinguentes] verſicu. [Inter libertatem] quę non valet. [Conceſ-
ſam.] quia nobis conſtitit &c.vt ĩ.ver.j.[Et libertatem] quę valet,
de qua iudices non cognouerunt,vt patet.ĩ.§.fi.ver.pen. quia nec
priuilegia eis exhibita fuerant,vt patet.ſ.e.§.tandē. [Ante tēpus]
hoc ideo dicit: quia ſecutæ,ex ea confirmationes non prodeſſet
vt



vt patet in eo,quod le.& no.ſ.e.de fide inſtru.inter dilectos.§.cæ-
terū.ſ.de deci.dudum.§.pe.in fi.[Quia nobis.]ver.[Extortū] hoc
aūt non conſtitit Papæ,etiam per originale: quia ipſum non vi-
dit Papa,ſed per teſtes,vel confeſſiones.ſm.d. n. vel per acta corā
iudicibus habita,vt poteſt elici ex eo,quod legi.ſ.eo.§.j. ver. infir-
mantes: ſed & vnum ſcriptum vidit Papa. vt ĩ.ver. ſcriptum.[Et
conceſſionis.]ver.[Paginam.] ſ.originalem,in qua continebatur
libertas per epiſcopum monaſterio conceſſa. [Raſuras.] in loco
ſuſpectu,alias non obeſſet.quod dic,vt legitur,& no.ſ.de cri.ſal.c.
fi.ſ.de fi.inſtr.ex literis.ſm B.ſed idem eſſet in hoc caſu,& ſi in lo
co non ſuſpecto apparerent propter varietatem,ſiue contrarieta-
tem,vt ſequitur,& apparet in ſeq.gl.[Singulas fuiſſe ſingulis.] hoc
eſt reprobandum,imo ſic fieri debet.C.qui teſta.fa. poſ. hac con-
ſultiſſima.quinimo nec varietas etiam eiuſdem manus obeſſe vi
detur: nam aliter ſcribit iuuenis, aliter ſenex, licet idem ſcriptor
ſit,& aliter etiam ſcribitur,cum vno atramento & calamo,quā
cum alio,vt patet in Auth.de inſtru.caute.in prin.coll.vj.ff.de cō
di.inde.ſi non ſortem.§.libertus.Nec propter hoc reprobatur: ſed
propter varietatem,ſiue contrarietatem ab eadem parte, & con-
tra eandem in iudicio exhibitam,vt ĩ.e.ver.j.[Scriptum autem]
ver.ſiue intelligas,ꝙ hæc ſcriptura eſſet originalis,ſicut prima, ſi-
ue ſumpta ex illa (quod magis placet) ſemper tamen remanet
varietas,ſiue contrarietas,de qua no.ĩ.[Manibus.] & idcirco non
præſumebatur originale,ſed ſumptum.ſm.d.n.quod fidem nō fa
cit per ſe,niſi ipſum originale appareat.ſ.de fi.inſt.c.j. vel niſi fue-
rit publicatum.quod dic,vt le.& no.ſ.de fi.inſtru.c.pe.& fi.Et no.
hic euidens,arg. ꝙ quicunq; inſtrumentum,vel priuilegium,vel
aliud ſcriptum tranſcribit ad ſigillādum,vel in publicam formā
redigit,debet attendere diligenter qualitatem originalis,& in ſcri
ptura,& in ſubſcriptiōibus,& in ſignis,& in alijs omnibus,& oīa,
ſicut ibi iacent,pro poſſe ſequi,& recitare,ita ꝙ de raſura,ſiue litu
ra,ſi ibi ſit,& de diuerſa ſubſcriptione,& de alijs ĩ ſumpto expreſ-
ſam faciat mentionem: alioquin ſi hoc omittit,& dicat,ꝙ de ver
bo,ad verbum ipſum tranſcripſit nullo dempto,addito,vel minu
to,ſicut plerumque fit,de facili poterit incurrere vitium falſitatis
ar.in eo quod le.& no.ſ.de his quæ fi.a præla.quanto.§.abſentiū.
& in Auth.de inſtru.cau.rñ.j.coll.vj.niſi forſan & hoc tempera-
mentum adijciat,ſicut & quandoq; faciunt cauti tabelliones,vt
ſ.dicat,ꝙ ipſum de verbo,ad verbum tranſcripſit nullo quātum
ad ſubſtantialia,ſiue mentem quicquid ſit de punctis, figuris, vel
literis dempto,addito,vel mutato.[Eadem manu conſcriptum]
cum tamen totum contrarium eſſet in primo,vt patet.ſ.ver.pro
xi.imputandum ergo eſt ei,qui hæc duo ſcripta tam varia,ſiue ↄ̃-
ria in iudicio voluit exhibere.quod dic,vt le.& no. ſ. de fi.inſtru.
imputari.[Libertatem.]ver.i.exemptionem.libertatem. n.nec ſi-
bi præſcribit monaſterium, nec ipſam habet: qa etſi diœceſano
non præſtet iura epiſcopalia,præſtabit tamen abbati, vel alii, vel
ad minus Papæ.ſ.de præſcri.cum non liceat. & c.cum ex officij.
18 ſm.d.n.xciii.diſt.nulla ratione.[Et inanem] arg. hic ꝙ † ſentētia
lata authoritate falſorum inſtrumentorum nulla eſt,ei tñ ſtatur
quouſque de falſitate conſtet.quod dic,vt le.& no.ſ.de fi.inſtr.ac-
cepimus.ſ.de exce.cum venerabilis.§.intelleximus.ver.fi. ¶Quia
vero.] v.pars.[Ante dictis] alias antedictos.ſ. §. proxi. & præced.
[Libertatis.] i.exemptionis.qđ dic,vt no.ſ.§.proxi. ver.fi. in prin.
[Et ꝙ ea.] verſi.ſ.eccleſia ſanctæ Crucis.[Tam diu.] ſubaudi poſt
dictum priuilegium conceſſum,quod titulum canonicum indu
cit,vt patet in eo,quod le.& no.ſ.de deci.dudum.§.pe.& fi.ſ.de re-
ligio.domi.conſtitutus.ſ.de iure patron. cura. alioquin contra.ſ.
de præſcri.cum ex officij.& c.ſi diligenti.& iunge, quod notatur.
ſ.de excep.cum venerabilis.§.quia vero.ver.fi.& ſ.de capellis mo.
c.ij.vel dic,vt no.ĩ.ſuper verbo,præſcripſiſſet.[Alijs ceſſantibus.] ĩ.
priuilegijs apoſtolicis.q. d. & ſi non eſſent omnino efficacia per
ſe,tamē cum tempore ſufficiunt: quia dant iuſtum titulum pręs-
ſcribendi,vt in præcedenti gl.[Præſcripſiſſet] intelligas,non nomi
ne ſuo,ſed nomine Romanæ eccleſiæ,cui continue tanq̃ exem-
pta rñdit,& non epiſcopo,quod dic,vt legitur, & no. ſ.de pręſcri.
19 cum ex officij.† libertas autem iſta capitis non extenditur ad ca-
pellas,vt patet.ſ.e.c.ver.fi.niſi & in eis præſcriptum ſit. quod dic,
vt legitur,& no.ſ.de præſcri.cum olim.§.fi. [Imponentes] Mirū
videtur,quod hic dicitur: quia ſi monaſterium prouocauit in li-
bertatem adiecta expreſſa cauſa,puta: quia munitum erat priui-
legio epiſcopi Colibrieñ.& nunc proponatur alia cauſa,puta, qa
munitum eſt priuilegio Romanæ eccleſiæ, non obſtat exceptio
rei iudicatæ,vt patet.ff.de excep.rei iudi.cum quæritur. & ſ. de li-
belli obla.c.fi.ſ.de off.ord.dilectus.§.pe.& fi.ſi vero nullā cauſam
expreſſit,nullo modo eſt audiendus,cum totum ius ſuum videaт̃
in iudicium deduxiſſe.ff.de iudi.ſolemus.C.de anna. excep. l.fi.ſ.
de cauſa.poſ.cum eccleſia.§.verum.Sol.verum eſt de iure com-
muni,hic autem de ſola gratia eſt auditum.ſm. d. n. vt patet in
eo,quod legi.& no.ſ.e.§.tandem & §.nos igitur.quinimo nec op
poſitio iſta hic vendicat ſibi locum,quia non agebat hic eccleſia
contra epiſcopum,ſed epiſcopus contra eccleſiam,vt patet.ſ.e.c.
§.j.& ideo etiam epiſcopo,cui & loquitur Papa ſilentium impo-
nitur tanquam actori,vt hic.Iſtud autem hic potius eſt notandū
ꝙ nulla iuris ſubtilitas poteſt obſtare ſummi Pontificis poteſta-
ti,ſiue officio, ſiue proceſſui, ex quo veritas coram eo probatur,
arg. hic expreſſum.& in eo quod le.& no.ſ.de accu.ad petitionē.
20 §.fi.& ſ.de voto.magnæ.§.j.Eſt etiam hic,ar.ꝙ † veritate comper
ta,eſt per errorem lata ſententia retractanda.ĩ.de purga.vulg. c.ij.
[Super hoc autem]ver.[Cum ipſi] ſ.deleganti. [De hac.] ſ. con-
ceſſa a ſede apoſtolica.ſed ſolum de illa,quam epiſcopus conceſ-
ſerat.Et eſt hic,arg.ꝙ licet ſententia iudicis retractetur,non eſt p̃-
ſumendum propterea contra ipſum,ꝙ per iniuriam,vel in frau-
dem aliquid fecerit,niſi aliter conuincatur.ij.q.vj. hoc etiam pla
cuit.& eſt.ſi.ſ.de fide inſtru.cum Ioannes.§.fi.& ĩ.e.§.j.ver.j.¶Cū-
que libertatem.]vj.pars.[Ad ius profeſſionis.] ideſt fidelitatis,ſiue
obedientiæ,quam iudices epiſcopo adiudicauerunt,& in hoc ſo-
lo corrigitur eorum ſententia,vt no.ſ.e.§.j.ver. infirmantes, alias
ius profeſſionis,ad quod tamen non tanentur priuilegiati,niſi ex
magna cauſa.quod dic,vt le.& no.ſ.de exceſ. præla. nimis praua.
§.j. [Non derogantes.] ver. [Iudicibus] ideſt famæ iudicum, qui
ſecundum probata iuſte pronuntiauerunt.ſi.ſ.§.proxi.ver.fi.[Pre
ſentata] nec poterant diuinare.ſ.vt benefi.ec.c.vnico.§.j.ver.quo
niam [In cæteris] ver.ſ.in condemnatione expenſarum marabu
tinorum & eccleſiarum de nouo fundatarum cum fructuum re
ſtitutione,vt ſ.e.c.§.j.reſpon.j.& ver.præterea.& verſicu. inſuper.
Vtique & in quarto confirmauit in eo.ſ. ꝙ libertatem datam ab
epiſcopo infirmauerunt.ſ.e.c.§.j.ver.infirmantes.hoc enim con
firmatur,& idem pronuntiatur per Papam,vt ſ.e.c. §. nos igitur.
ver.fi.Cum ergo iudices ſuper his tantum quatuor pronuntiaſſe
videantur,vt ſ.e.c.§.j.in nullo videtur eorum ſententia retracta-
ri,ſed non eſt ita,latet enim quintum.ſ.quia adiudicauerunt ſub
iectionem eccleſiæ ipſi epiſcopo,vt no.ſ.e.c.§.ij.ver. infirmantes.
Vel poteſt dici, ꝙ eo ipſo, ꝙ infirmauerunt libertatem epiſcopo
datam,vt ibi ſequebatur, ꝙ omnino debebant eſſe ſubiecti Coli-
brienſi diœceſano ſuo,niſi aliud probaretur,vt patet in eo, quod
legitur,& no.ſ.e.c.§.j.ver.fi.ſed quia contrarium fuit probatum,
de nouo fuit poſtea contrarium iudicatum,hoc tamen non po-
teſt iudicibus, coram quibus hęc probatio non fuerat exhibita,
imputari,vt pręcedit,& patet.ſ.e.§.& præcedenti.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegiū an,& quale perdatur ſpacio xxx.anno & quale xl.& nu.2.& 4.*
3 *Dominia rerum certis modis,& cum magna difficultate acquiruntur.*
5 *Ius acquiſitum ex conſuetudine,an tollitur minori ſpacio xl.annor.*

CAP. XV.

ACcedētibus. [Abbatis, & conuentus] cōuentorum a templarijs,
vt patet. ĩ. e.c.verſi.fi.& agentium contra eoſdem,vt
innuitur.ĩ.§.fi. reſpon.j.& ver.fi.[Et templariorum]
agentium, & defendentium ſe contra abbatem & conuentum.
vt patet in præceden.glo.& ſic fuit hic conuentio & reconuentio
ſupra,de mut. peti.ca.primo.& ſecundo. ¶Procurator] ſecunda
pars. [Diu] quaſi dicat per tempus ſufficiens [Quiete] hoc eſt,
ſine iterruptione. ſupra de præſcrip. illud.ſi. ĩ. e.§.j.[Poſſederint]
ſcilicet monachi, videntur ius acquiſiuiſſe in ipſis decimis iure
conſuetudinario. ſupra de decimis. cum ſint. & c. ad apoſtolicę
[Dominium] earundem terrarum.q.d.vnde non potuerunt trā-
ſire,niſi cum onore ſuo. ſ. de decimis. commiſſum. §.primo.ca.
paſtoralis.§.j ver.ſi.[Et etiam]ver.[Earundem] ſcilicet terrarum.
[Pacifice] ſi. ſ. eodem.§.repon.j. [Poſſediſſent] .i.quaſi poſſidēdo
percepiſſent [Eis] ſcilicet monachis [Subtrahere] de nouo, vnde
videntur eos ſpoliare. ſupra de elec. querelam [Non verentur] .ſ.
templarii.¶Diſcretioni] iii.pars[Oſtenderit] ſicut ſe offerūt,vnde
eis mos gerendus eſt,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ. de reſti.ſpo.
ca.primo.& imputent ſibi: quia ad hoc ſe aſtringunt, ſi in proba-
tione deficiant.ſupra de proba. licet. §. iidem quoque teſtes. nam
1 in hoc caſu.xxx.anni † ſufficerent,cum per hoc præiudicetur priui
legio, quod tanto tempore clauditur, vt leg. & not.ſ. e.ſi de terra.
Excepto priuilegio exemptionis ſedis apoſtolicę, quia non mi-
nori tempore centum annorum clauditur conſiderato iure Ro-
manæ eccleſiæ,vt ſupra de confir.vti.cū dilecta.§. quia vero.ſecus
quantum ad ius eccleſiæ exemptę, vt patet. ſupra de capel. mo-
na.c.ſecūdo.§.fi.& ar.in eo,quod not. ſupra eodem.cum olim.j.§.
nos igitur.quod dic,vt plene no.ſupra de præſcrip. ad audientiam.
§.fi.[Per xl.annos] & ſic patet,quòd priuilegium pręſcribitur.arg.
contra.xxv.q.ſecunda. capitu. j. & ij. & ſequentibus. vbi dicitur,ꝙ
priuilegia, eccleſiarum & monaſteriorum cunctis temporibus
inuiolata permanēt.So.illa iura loquūtur de priuilegijs generalib.
ad libertatem,& immunitatem eccleſiarū, & perſonarum eccle-
ſiaſticarum pertinentibus, & quibus eccleſia regitur,atque corpo-
re iuris clauſis,quibus nec expreſſe renuntiari poteſt, quale eſt il-
lud.ſupra, de fo. compet. ſi diligenti.& illa ſupra, de immu.ecc.
non minus.& c. aduerſus.& illam.xxv.q.prima.ſunt quidam.xv.
di.ſicut.quæ etiam Papa ſicut euāgelia ſeruare debet vt & xxv.q.ii.
2 ſi ea deſtruerem.Hic vero loquitur de † priuilegio ſingulari,ſiue par
ticulari,nō corpore iuris clauſo ĩ fauorē loci,vel pſonarū ↄceſſo.ↄ


tra

tra quod præſcribi poteſt ſpacio.xl.annorum,vt hic dicit. Sed ꝯ:
quia.xxx.anni ſufficiunt,vt s̃.c. ſi de terra. Sol. ibi in præced.glo.
hic enim narrat factum: quia ſic de facto accidit, ꝙ ad tempus
tantum probandum ſe obrulit.ſi.ff.de peti.hære. item veniunt.§.
aptanda.& hanc ſolutionem teneas.D.tamen.n. multas alias ſo-
lutiones dedit hic.Primo dixit, ꝙ idcirco requiritur hic tempus
prolixius: quia conuentus templariorum, de quibus hic loquit̃,
eſt vltra mare,& poſſeſſiones citra quas habent multas, & in di-
uerſis locis,vbi vero tam conuentus,quam poſſeſſiones eſſent vl-
tra mare,vel citra,tunc ſufficerent.xxx.anni,vt in contrario. Sed
hac ratione conſiderata videtur, ꝙ in præſcriptione poſſeſſionũ
ſuarum debet requiri maius tempus.xl.annorum.cum tamen tē
pus illud omnibus ſit commune.xvi.q.iij.§.quas actiones. Secun
do dixit,ꝙ hic conuentus non iuuabat ſe ex tacita renuntiatione
vt in contra.ſed ex præſcriptione,in qua requiruntur. xl. anni. vt
hic.& s̃.de præſcrip.de quarta.Sed hoc tollitur.j̃. ver. ſeq. Tertio
dixit,ꝙ illa corrigitur per hanc.Sed hoc non placet,quamdiu ali-
ter ſolui poteſt.C.de inoff.do.l.vnica.Quarto dixit,ꝙ vbi ex priui
legio ſtatim quæritur ius dominii,non amittitur,niſi legitimo tē
pore præſcribatur,vt hic.Nec obſtat.C.de iure do.impe. l. ij. quia
ibi non habent dominium,ſed poteſtatem rem pignoratam ac-
cipiendi in dominium : vbi vero dominium non acquiritur ex
priuilegio,ſed datur potius poteſtas aliquid faciendi,vel non, tūc
minori tempore clauditur, vt in contra. imo & quandoque vni-
cus actus contrarius ſufficit.s̃.de conſti.cum acceſſiſſent,& eſt ra
3 tio diuerſitatis: quia † dominia rerum certis modis, & cum ma-
gna difficultate acquiruntur,vt patet Inſti. de rerum di. per totũ.
vnde non eſt mirum,ſi nec de facili amittuntur, priuilegium ve
ro ſola petitione acquiritur,& in fauorem petentis datur,vnde &
quando per ipſum nullum dominium transfertur,de facili amit
titur.Hæc etiam ſolutio tollitur,nam ſi quis conſideret verba, &
mentem huius literæ,& contra eiuſdem naturæ, hic & ibi priui-
legium inuenitur.Dic ergo,vt in præced.glo. Et ſi quæras,quare.
4 xxx.anni † requiruntur ad hoc,vt tale priuilegium tollatur,cum
ſufficere deberet vnicus actus contrarius,vt s̃.de præben.pro illo-
rum.R̃n.ibi ille,cui conceſſum eſt,& qui facit contra priuilegiũ,
directe & ſcienter venit contra ipſum, & ideo per contrarium a-
ctum tollitur,vt ibi,hic vero ſecus eſt,licet enim monachus, vel
conuerſus agris colendis præpoſitus vno anno, vel duobus ſol-
uat decimas,non eſt imputandum conuentui,qui poteſt ignorā
tiam allegare,quinimo & ſi hoc ſciat,adhuc non præſumitur re-
nuntiare voluntarie,ſed potius ius ſuum redimere, quod licitum
eſt,vt no.s̃.de ſimo.dilectus.i.& lites execrati,quod nec vituperan
dum eſt.ff.de alie.iudi.mu.cauſa.fac.item ſi res.§.j.Vbi autē. xxx.
annis continue ſoluitur decima,tunc non videtur ignorans.imo
ſciens præſumitur præſumptione iuris & de iure,& per cōſequēs
omnino præſumitur priuilegio velle renuntiare.hoc eſt,quod vo
luit notare contra.s̃.e.ſi de terra.§.fi.ibi tanto tempore &c.& j̃.e.
5 ver.j.Quid de iure † acquiſito per conſuetudinem? R̃n.breuiter di
cas,ꝙ non tollitur minori ſpacio.xl.annorum.ſicut enim cōſue-
tudo non inducitur minori ſpacio,vt patet in eo,quod leg.& no.
s̃.de elec.Cumana.§.fi. ſic nec deſuetudo : quia eadem ratio eſt,
arg.s̃.de conſanguini.tua.ad hoc.ff.de legibus.de quibus.ff. de ſe-
pul.vio.l.ii.§.diuus.s̃.de ele.cum eccleſia vulterana §.j. [Vos ad p̃-
ſtationem.]verſi.[Ipſarum.] ſ. decimarum. [Compellatis.] & ſic
ſuccumbunt templarij in petitione ab abbate & conuentu porre
cta,ſubaudi nec obſtant priuilegia conceſſa templarijs,ne de ter-
ris ſuis decimas ſoluere teneantur. [Cum enim tanto.] &c. bene
dicit tanto,nam & xxx.anni ſufficerent.s̃.e.ſi de terra.[Eis.] ſ. pri-
uilegijs.[Renuntiaſſe.] de hac materia dic,vt plene no.s̃. de con-
ſuet.cum acceſſiſſent. [Quòd ſi] ver.[Defecerint.]ſ.monachi.ſub
audi imputent ſibi: quia aſtrinxerunt ſe ad tantum tempus pro-
bandum,nam ex quo intentionem ſuam non probant,ſuccum
bere debent.s̃.de proba.licet.§.ijdemquoque teſtes.s̃.de cri.fal.c.j.
[Impetitione] ſic ergo agebant templarij contra monachos. [Ip
ſis] ſcilicet monachis. [Silentium] ergo monachi agebant con-
tra templarios,& ſic erat hic conuentio,& reconuentio,vt nota
tur.s̃.e.c.reſpon.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Clericorum appellatione canonici continentur,non econtra.*
2 *Priuilegiati conſueuerunt abuti priuilegijs.*
3 *Subdiaconus Papæ ordinatur in honorem,non in exemptionem.*
4 *Excommunicari aliquis,licet ex indulto,non poſſit,poteſt tamen alias puniri.*
5 *Delinquens in grauioribus omnino puniendus eſt ab illo ſub quo deliquit.*
6 *Appellari non poteſt a correctione.*

CAP. XVI.

CVm capella. [Priuilegio,ꝙ nullus archie-
piſcopus. ]hoc priuilegium
intuitu eccleſiæ conceſſum eſt perſonis,vel potius in
perſonis,vt innuit.j̃.e.§.fi.pp hoc tñ nec capella,nec
clerici,ſiue canonici exēpti intelligunt̃,ſed priuilegiati tm̃ ſunt ca
nonici,nec excōicentur,vel ſuſpendētur,vel interdicant̃,vt ſequit̃
ſm̃.d.n.ſicut & ipſum priuilegiũ ſonat.s̃.e.porro. Quid ſi priuile-
giũ ita dicat,eximimus canonicos talis eccl̃iæ ab ep̃o ſuo, & qdē
1 canonici tm̃ exempti erũt,nō clerici, nec eccl̃ia, † ſecus ſi dicat
clericos,tūc.n.& canonici exempti vident̃.xj.q.i.de perſona.in fi.
ſed ſiue dicas clericos, ſiue canonicos, ex quo nihil ibi dicitur de
eccleſia,in omnibus remanet ſubiecta ep̃o ſalua iuriſdictione per
ſonarum exemptarũ.Sic ergo circa exemptiones ſtricte interpre
tamur,& eſt ratio : quia fiunt in ordinariorum poteſtatis & iu-
riſdictionis præiudicium,qui valde fauorabiles ſunt,vt patet.xj.q.
j.peruenit.& q.iij.qui reſiſtit.& in eo,quod legi.& no.s̃.de ap.vt de
2 bitus.& quia † priuilegiati conſueuerunt abuti priuilegijs.s̃.e. tua
rum.§.j.in prin. & occaſione ipſorum multas inſolentias com-
mittere.s̃.e.cũ & plantare.ideoq; tales gratię tanq̃ odioſę ſunt me
rito reſtringendæ,vt patet in eo,quod leg.& no.s̃.de conceſ.pręb.
conſtitutus.in fi.s̃.de tranſla.epi.c.ſi.§.j.hoc excepto,ꝙ ſi in articu
lo exēptionis nihil reſeruat̃ ep̃o,oĩa vident̃ ſubtracta q̃tũ ad illũ
articulũ.qđ dic,vt no.s̃.e.cum olim.ij.§.nos vero.ver. & ꝙ nulla.
Quid ſi Papa dicat in priuilegio,recipimus vos in filios proprios
& ſpeciales,nunquid tales videntur exempti? Videt̃,ꝙ ſic,ar.C.vñ
vi.conquerebatur.ſicut.n.Princeps illos,quos in patres eligit, nō
vult alijs ſubijci,vt in Auth. cōſtitutio quę de big.coll.vj.ſic & de
filijs vr̃ dicendum.Contrarium tñ eſt verũ,vt extra. d. n.de verb.
ſig.veniēs.rñ.j.li.vj.is.n.eſt ſenſus,recipimus vos in filios.i.in amo
3 rem filialem,ſicut & † ſubdiaconus Papæ ordinatur in honorem
non in exemptionē.s̃.de maio.& obe.per tuas.Sed & nota,ꝙ quã
4 uis † tales excōicari nō poſſint priuilegio obſtante, poſſunt tamē
iudicari,& alia pœna puniri,vt no.j̃.e.c. ver. fi. quia nec iſtud tale
priuilegium prohibet,imo potius hoc concedit,ar.s̃.de præſum.
nonne.cum ſuis concor.& ſufficit, ꝙ priuilegium non offendat̃.
s̃.e.porro.¶[Quidã.] ij.pars.[Canonici] quod ſequitur.[Qui paro
chiales] arg. ꝙ canonicus vna cũ præbenda ſua poteſt tenere pa-
rochialē eccleſia,etiam non annexam.vel dic,vt in ſeq.glo.[A te
tenent.]in hoc ꝙ dicit a te,poteſt notari ius,& ſic eſt,ar.ꝙ autho
ritate & ex diſpenſatione ep̃i pōt aliquis tenere vnã præbendã, &
vnam eccleſiam parochialem.in hoc vero,ꝙ dicit tenent,poteſt
notari factum.q.d.ita eſt de facto,ꝙ tenent,tñ de iure ꝯrium dēt
eſſe,cum ipſas a te.i.authoritate tua non teneant,& ſic eſt hic,ar.
ꝙ ſine diſpenſatione epiſcopi hoc non licet.qđ dic,vt leg.& no.s̃.
de pręb extirpandæ.§.qui vero.[In his etiam quarum]&c.verſi.ſ.
eccleſiarum alias quorum & tenetur neutraliter.q.d.eorum oĩm
quorum &c. [Vt quantumcunque] vercu. [Grauiter] hoc ideo
5 dicit, † quia in grauioribus omnino puniendus eſt delinquens
ab illo, ſub quo delinquit, & etiam facienda eſt remiſſio, ſecus
in leuioribus, vt patet. ff. de accuſa. l. fi.& l.leuia. & ff. de cuſto-
dia reorum deſertorem. & l. de militibus. [Recuſant] ſubaudi &
male,vt ſequitur.¶[Quo circa.] iij.pars.[Inquantum.]q.d.quantũ
ad delicta in capella commiſſa,cuius ratione priuilegiati ſunt,nō
potes ipſos excommunicare: quia hoc prohibent priuilegia,licet
alias ipſos poſſis condemnare,atque punire: quia hoc non prohi
bent.j̃.e.ver.vel alias,& patet in eo,quod no.s̃.e.rñ.j. quod totum.
ex inſpectione priuilegiorum colligi poteſt.s̃.eo. [illegible]epimus.&c.
porro.Sed pone,ꝙ monaſterium cum capellis ſuis exemptũ eſt,
& poſt hoc priuilegium impetratum acquirit alias capellas de no-
uo,nũquid iſtę de nouo acquiſitæ gaudebunt eodem priuilegio?
Videtur,ꝙ ſic,ar.j̃.e.quia circa.s̃.de cenſibus.eccleſijs.ff. de verbo.
obl.cum ſtipulati.Sed contra.ff.de verb.obl.cum ſtipulamur.s̃.de
cenſi.ſciētes.Sol.ſi capellæ acquiſitæ de nouo ſint antiquis acceſ-
ſorię,tunc eodem priuilegio gaudent,ſi vero ſunt omnino ſepa-
ratæ,nō gaudēt,ar.hic.& ff.de libera.lega.l.fi.§.Gaio.ff.de le.iij.vxo
ri.§.j.& l.cũ quis.in fi.ſm̃ quoſdam. Alij indiſtincte dicunt,ꝙ hęc
exemptio nunq̃ extenditur ad futura,ar.s̃.de reſcrip.c.fi.& c.eam
te.quod puto verius,ar.ff.de au.& ar.le.ſi ita eſſet legatum. Et eſt ra
tio,vt no.s̃.e.c.rñ.j.Nec obſtat.s̃.de cenſi.eccleſijs. quia verum eſt,
ꝙ de nouo acquiſitum cenſetur cum antiquo eodem iure. ſ. cōi,
vt ibi,non tñ ſpeciali: qa hoc nō extenditur,vt patet in eo, quod
legitur,& notatur.s̃.eo.ſane.Et eodē modo poteſt rñderi ad illa
iura,quæ dicunt,ꝙ non debet vna & eadem eccleſia diuerſo iure
cenſeri,quæ ſignant̃ hic pro ꝯ.xvj.q.j.frater noſter.xij.q.ij.cogno
uimus.s̃.de deci.cum in tua.Hoc.n.verũ eſt de iure cōi. Vel non
debet eodem iure cenſeri quo ad idem,ſicut nō poteſt aliquis eē
partim liber,partim ſeruus.ff.de ſta.libe.ſi duobus. Secus quo ad di
uerſa,nam pōt vna & eadē eccleſia,vel ēt perſona in vno eſſe pri-
uilegiata,& nō ĩ alio,vt hic & s̃.e.ſane.& c.recepimus.& c.porro.
ſic & aliquis hēt plura domicilia,quorũ ratione poteſt ſubeſſe di
uerſis.s̃.de fo.cōp.ex parte.j̃.de ſen.exc.officij.& ĩ vnius foro cēſe-
bit̃ vno iure,& in alterius alio.ſi.j̃.c.j.in fi.s̃.de ma. & obe. ꝑ tuas.
[Sed inquãtũ.]ver.[Parochialiũ.]q̃tũ.n.ad illas oĩno tibi ſubſunt
vnde & q̃diu morant̃ in illis,ipſos potes excōicare,& oēm iuriſdi
ctionē exercere,vt hodie eſt expreſſum.ex̃.d.n.de priui.volētes.§.
in eos autē.li.vj.[Vel al̃s]ver.puta,ſi delĩquãt infra tuã diœceſim,
nã occaſione capellę tm̃,& q̃diu in ipſa morant̃,ſunt priuilegia-
ti,ĩ quo caſu ratione delicti extra cōmiſſi forũ tuũ in oĩbus ſortiũ
tur.s̃.e.tuarũ.ſed & ſi in capella delinquãt,vel ēt in diœceſi extra p̃-
dictas eccleſias,quãuis tunc nō poſſis ipſos ꝑ eccleſiaſticã cenſurã
diſtrin-



diſtringere,potes tñ al̃s cauſam examinare,& ipſos cōdēnare, &
aliter punire,ſicut innuunt verba iſta,& no.s̃.e.§.reſpon.j.&.s̃.e.c.
reſpon.j.& probatur in dicto extra volentes.§.in eos autem.li.vj.
[Dinoſcuntur].ſcilicet canonici.[In eoſdem].ſ.canonicos.[Libe
6 re]q.d.non obſtante contradictione, vel appellatione, nam † a
correctione appellari non poteſt ſupra.de ap.c.iij.

*SVMMARIVM.*

1 *Seueritati eſt detrahendum.*
2 *Iniuria,à iure emanari non debet.*
3 *Vis magna facienda eſt in ſignificatione verborum.*
4 *Maiores,& antiquiores pręcedunt alijs.*
5 *Synodalia ſtatuta tenentur ſeruare nedum clerici ſeculares,ſed etiã Abbates.*
6 *Dictio quæ vel quia,vel quòd,vel ſicut ſi ponetur in literis,ſeu priuilegijs,aliquid conceditur.*
7 *Fratrum appe. Abbates continentur.*
8 *Conſuetudo Anglicana quæ dicatur.*
9 *Totum & pars eodem iure cenſeri debent.*
10 *Clericatus quis ratione ſortitur forum.*
11 *Vaſallus duorum dominorum aliquis non poteſt eſſe diuerſis reſpectibus.*

CAP. XVII.

EX ore. [Sedentis].ſ.Dei,cuius locum Papa in ter
ris obtinet. [Procedit]quantum ad iuſti-
tiam ſine perſonarum acceptione faciendam.ſupra
de iud.nouit.§.j.ver.cæterum. [Bis acutus].i. ex vtra-
que parte ſcindens ad modum enſis.[Qm̃.]& dic qm̃ ex ore ſedē
tis &c.ideo.[Ex ore Romani Pontificis]&c.qui, cum ſit eius vica
rius generalis,tenetur exemplum ſuum ſequi præ cæteris,& ſe in
tentioni ſuæ coaptare modis omnibus,quibus poteſt. ar.s̃. de re-
ſcrip.ſuper literis.in fi.[Rectiſſima]cum ius faciat quo ad omnes
& ideo cum multa prouidentia & deliberatione eſt promulgan-
da.35.q.9.apoſtolicæ.&.c.ſententiam. in fi.quod dic,vt plene no.
s̃.de re iudi.in cauſis.[Nulli pareat.]niſi ex cauſa. xxix. di.c.j.&.ij.
1 vel vbi ſcandalum non timetur, alioquin † ſeueritati eſt detrahē
dum.quod dic,vt plene not.ſupra de tempo. ord. c.ij.eſt enim vi-
tandum ſcandalum etiam puſillorum. s̃.de noui oper. nun. c.ij.
§.j.[Quod ſuum eſt] ſic. s̃.in proœmio. §.ideoque lex proditur,
cum enim hoc ſummum bonum ſit.xii.q. ii. cum deuotiſſimã:
2 ſumme debet hoc ſummus Pontifex operari,ſatis enim † abſur-
dum eſt,ſi poſſit dici veraciter a fonte iuris iniuriam,ſiue iniurię
riuulum emanare.s̃.de accuſationibus qualiter.j.reſpon.j.C.vnde
vi.meminerint.[Cum igitur]ver.[Ac libertate[ſi.s̃.e.cum olim.
& de hac eadem controuerſia loquitur. s̃.de reſti.in integr.audi-
tis.&.s̃.de præſcrip.auditis. quæ & ſi ibi examinetur hic, tamen
determinatur,vt ſequitur.[Monaſterii]ver.ſ.procurator, vt ſequi
tur.[Fundatione.] ſatis ergo fluxerat de tempore, & non tamen
ſufficit,niſi aliud probetur,vt innuitur.j̃.ver j. [Ad hoc probãdũ]
ver.q.d.non ſufficit allegare tempus,niſi aliud probetur,quia talia
non præſcribuntur.s̃.de cenſibus. venerabilis.s̃.de præſcrip.cum
non liceat.niſi titulo interueniente.Sed contra.s̃.e.cũ olim apud.
§.pen.dic,vt ibi no.[Necnon]ver.[Quarum].ſ.indulgentiarum.
[Continuum]q.d.ita fuerat monaſterium continue liberum per
longum tempus,ſicut in indulgentiis cōtinetur. [Temporibus.]
non tamen longiſſimis,cum neutra pars pręſcripſiſſet.ſecũdum,
do.no.ſed nec poſſet præſcribi, niſi cum titulo, quantumcunque
tempus fluxiſſet,vt.ſupra no.¶[Porro]ij.pars. [Contineri proſpici
tur]No. verba priuilegiorum & inſtrumentorum attente ſigilla-
tim & diligenter eſſe conſideranda,vt patet hic.&.j̃.e.ver. in priui
legio vero.&.c.quantum per confeſſionem. & in eo, quod le.&
3 no.s̃.e.recepimus.&.c.porro.s̃.de crimine falſi.licet.§.fina. † nam
& in ſignificatione verborum eſt magna vis facienda,vnde & de
hac ſpecialis traditur titulus.in.ff.&.C.& in hoc libro.j̃. de ver.ſig.
per totum.nec ab ipſis eſt recedendum, niſi de contraria mente
conſtet ff.de exerci.acti.l.j.§.ſi is qui nauem.ver.in re igitur dubia
ff.de l.iij.non aliter.& ſemper aliquid operari debēt, vt legi.& no.
infra.eo.ver.relinquitur.[Videlicet] ver. [Primum locum]& nō
dicit quando,vel vbi,vt patet ex ſequentibus. [In generali conci-
lio]quod non poteſt fieri, niſi per Papam, neque in prouinciali
de quibus habes. 18.di.per totum. [Quantum]ſubaudi Vigorien
epiſcopus non eſt vltimus in ordine epiſcoporum in prouincia
ſua,per conſequens, nec in generali concilio ſedebit vltimus,ſi er
go intelligeretur, ꝙ in huiuſmodi conciliis abbas iſte poſt ipſum
primum locum teneret, præcederet in ſede illos epiſcopos, qui
poſt Vigorien.epiſcopum ſederent,ſed hoc.[Abſonum eſſet.[qui
4 nimmo & aliqui ſunt abbates,qui hunc abbatem præcedere † de
bent tanquam maiores & antiquiores, hoc enim eſt in talibus
obſeruandum,vt patet in eo,quod le.& no.s̃. de maio. & obe.c.j.
& ca.ſtatuimus.[Relinquitur. ]verſi. [Synodo]de qua habuiſti.s̃.
de accuſa.ſicut olim.§.j.ver.fi.[Intelligitur. ]alioquin pro nihilo
fuiſſet in priuilegio poſitum dictum verbum, nam ſi neque in
generali,neque in prouinciali concilio, neque in ſynodo epiſco-
pali huiuſmodi locum teneret,non occurrit,vbi alias ipſam poſ-
ſet tenere ſaltem ſedendo.Ne obiicias de proceſſione,de qua le.s̃.
de exceſſ.pręla.nimis praua.§.j.& ſic ſupradictum verbum ſuper
fluum remaneret,& ideo reſecandum,s̃. in proœmio.§.ſane.an-
te fi.& nihil operaretur hoc verbũ,quod non eſt dicendum, quia
verba ſemper aliquid operari debent,vt hoc expſſe colligitur.&.
C,de theſauri.l.vnica.li.x.ff. de leg.j.ſi quando, ff.ad munici.l.j.ad
fi.&.s̃.de reſcrip.paſtoralis. §.pe. &.s̃. de eta. & quali.accepimus.
§.i.&.j̃.eo.quia circa.&.c.in his §.fi.ff.de vſu & habi.diuus.ff.de vſu
ris.ſi ſtipulatus.[Quare ſubaudi ex vi prędicti verbi.patet ꝙ.[Tene
tur ad ſynodum]&c.ſ.Vigorien.ep̃i.[Ac per hoc.]ſcilicet quia ad
ſynodum Rigorien.epſcopi venire tenetur idem abbas,ſequitur,
5 ꝙ debet.[Ipſius ſtatuta]&c.No.hic expreſſum,ꝙ † nedum ſecula
res clerici, ſed & abbates tenentur ſtatuta ſynodalia recipere, &
ſeruare,nam venire tenentur,vt xviii.q.ij.abbates. & ex hoc ſequi
tur,ꝙ ipſa ſtatuta tenentur recipere,& ſeruare,vt hic,quod dic, vt
le.& ple.no.s̃.de maio.& obe.quod ſuper his.[In priuilegio vero]
ver.[Cōtinetur]in quo & vis eſt faciēda.quod dic,vt.s̃.eo. in prin.
[Cum in illo]ver.ſ.priuilegio Alexandri.[Dicatur ]ſubaudi præ-
cipimus. [Quia Vigorien.]&c. [Eiuſdem loci].ſ.monaſterii de
Eueſchan.[Aliud]alias aliquid.[Sed hic ]alias illis.[Quæ præde-
6 ceſſores eorum]No.quod † quãdo hæc dictio quæ,vel quia,vel ꝙ
vel ſicut ponuntur in literis, ſiue priuilegiis per hæc aliquid appo
ni videtur,ſiue concedi,& videtur, ꝙ caſualiter ſint intelligenda,
alioquin nihil eſſet.ad idem.j̃.de ver.ſig.abbate.§.j.ij.&.iij.&.ff.de
condi.& demon.quibus.§.dominus.ff.de le.j.ſi ſeruus. §.ſi ſeruus.
& §.qui quinque.&.l.ſi ſic.§.j.C.de falſa cauſa.l ij. Ar.cōtra.ꝙ po
tius intelligitur conditionaliter,quàm caſualiter.ff.de contrahen.
emp.ſi quis fundum.&.l.ſi debitorem.in fi. & de conſimili mate
ria no.s̃.de confir.vti.examinata.&.c.venerabiles.dic, vt ibi.[Vn-
de conſtat]ver.[Quia abbates]& tamen in priuilegio nihil conti
netur de abbate,ſed de fratribus tantum,vt patet in præcedē. ver.
7 Ex hoc ergo ſequitur † ꝙ appellatione fratrum continentur ab-
bates,vt hic,&.s̃.de ſimo.c.fi.vbi de hoc.[Aliqua]quibus conten-
ti eſſe debēt,vt in præced.ver.alioquin verba illa ſuperflua eſſent,
& nihil operarentur.quod non eſt dicendum, vt no.s̃.e.ver.relin-
quitur.¶Nos igitur.[tertia pars.[Sit probata præſcriptio.]in his.ſ.
quæ per priuilegium non erant exempta,non probauit abbas prę
ſcriptionem,vnde & in illos obtinet epiſcopus.j̃. e.verſi.in mem-
bris. & ſequen.Et ſic eſt,ar.ꝙ abbas quantum ad ea, quæ poſſide-
re poteſt, præſcribit contra epiſcopum iura epiſcopalia in capel-
lis.quod dic,vt le.& notatur.s̃.de præſcript.auditis. &.c. cũ olim.
Sed nec epiſcopus probauit præſcriptionem quo ad ea, in quibus
monaſterium exemptũ erat,& ideo in illis obtinet abbas, & ſuc
cumbit epiſcopus.infra.e.ver.j.& per hoc patet, ꝙ contra priuile-
gium etiam exemptionis pręſcribi poteſt,vt.s̃.e.accedentibus. &
adde quod no.s̃.de except.cum venerabitis §.pe & fi.[Sententiali
ter]ver.[In capite]ſecus in membris. vt.j̃.ver.j.[Exemptum]ſub-
audi ſicut continetur in priuilegiis ſupradictis [Tutela]ſi forſan
ab aliquibus opprimatur.[Ipſius].ſ.monaſterii. [Cantuarien. ar-
8 chiepiſcopo]ad cuius tuitionē ēt appellãdo ad Papã de ſpãli † cō
ſuetudine Anglicana gñaliter appellat̃, q̃ ꝯſuetudo cōprobat̃ hic
qđ dic,vt plene no.s̃.de appel.cũ teneamur.&.c.cōſtitutus.§.j.[In
mēbris] ver.]Nō ꝓbantur[ergo licet qs probet exēptionē capitis,
nō propter hoc probatur,ꝙ mēbra ſint exēpta,vt colligitur hic,&
in eo quod le.& no.s̃.e.ca.proxi.j. & cum olim.j.§.j.ver.fi.Sed cō-
9 tra,quia † totum & pars eodem iure cenſeri debent.xij. di.c.j.& ij.
ff.pro derelicto.an pars.j̃.e.quia circa.ij.q.vij.ſi quis epiſcopus.nec
debet vna & eadem eccleſia diuerſo iure cenſeri. xij.q.ij.cognoui
mus.Solue.hoc, vt no.s̃.c. prox.§.fi. [Propter quod]ver.i.propter
quæ membra quæ non ſunt exempta .[Ad ſynodum eius]ſ.Vi-
gorienſis epiſcopi. Sic ergo not.hic expreſſum, ꝙ quamuis caput
abbatię exemptum ſit, ſi tamē menbra habeat nō exempta,ratio
ne illorum tenetur abbas ire ad ſynodum, vt hic,& arg.extra,do
n.eo.ti.volentes.§.in eos.ſupra.ca.prox. §. j.& ij.& s̃.de foro com-
pe.poſtulaſti.vt & no. s̃. de maior. & obe. quod ſuper his.[Obti-
nere]ſcilicet in ſynodo.& hoc innuit priuilegium Conſtantini.
vt.s̃.e.§. j. per totum. vſque ad. ver. in priuilegio[Pro ipſius quo-
que]ver.[Non exemptis]in quibus ſi delinquerunt,poterunt pu-
niri ab epiſcopo, vt in concord. ſigna. s̃. prox.& extra.d.n.de fo.
compe.Romana.li.vj.quod verum eſt,ſi delinquunt in locis, nō
in perſonis, etiam non exemptis, puta, ſi abbas negligens eſt
in regimine earundem,vel etiam ſi iniuriatur eiſdem, nō enim
ſunt iſti modi quos diœceſanus ſortiatur forum in perſonis exē-
ptis, immo plus dicendum eſt, ꝙ & ſi exemptus in perſonam
delinquat non exemptam, non propter hoc poteſt diocęſanus
exemptum priuare in eccleſia non exempta, vel ipſum ſuſpēde-
re:quia non poteſt hoc facere diœceſanus,niſi cum cauſę cogni
tione,ſed ipſe non poteſt cognoſcere de delictis perſonæ exemp-
tæ,ergo nec contra eum poteſt procedere.ſecundum. do.n.Item
in hoc caſu quando mēbra non ſunt exempta, habet iuriſdicio
nem abbas ſuper eccleſias, vt no. s̃. de of. or. quãto. &.c.cum ab
eccleſiarum.& in hoc caſu præſentabit clericos prælatis,& reſpō-
debitur ei de temporalibus,vt.s̃.e. cum & plantare.§.in eccleſiis.s̃
de capel.mo.c. j.ſupra.de præben.in Lateranenſi.vbi de hoc.Niſi
&

& eccleſiæ eſſent pleno iure conceſſæ monaſterio, quo ad vtram-
que legem.ſ.diœceſanã & iuriſdictionis, quia tunc abbas inſtitue-
ret.xvj.q.ij.c.j.ſecundũ.d.n.Item in hoc caſu nunquam appellabi-
tur ab abbate exẽpto,etiã a ſubditis nõ exẽptis ad epiſcopũ, qa nõ
eſt eis ſuperior.Melius tamen dicitur contrarium,ar.hic.& ſupra
de ma.& obe.ſolitæ.circa prin.ſecundum.d.n.tamen ratione poſ-
ſeſſionis,vel contractus conuenietur abbas coram epiſcopo.extra
d.n.de fo.compe.Romana.& de priuil. volentes.§. in eos.li.vj.nõ
ratione domicilij, quia ipſum non poteſt habere extra monaſte-
rium ſuum. Alij autem clerici ſeculares poſſunt habere plura
domicilia, & in eccleſiis ſuis, & extra.locus tamen in quo tenẽ-
tur ad reſidentiam,debet domicilium proprium reputari. ſupra,
de fo.compe. poſtulaſti.licet aliqui contradicant. ſecundum.d.n.
Quid ſi clericus duorum epiſcoporum delinquat, & iniuriam fa-
ciat clerico alterius epiſcopi extra expiſcopatum, in quo habet
domicilium,nunquid tenetur reſpondere coram illo ſub quo do
10 micilium habet? Sic etiam ſi tãtum clericus ſit,† quia ratione cle
ricatus ſortitur quis forum.C.de epi.& cle.auth.clericus.ſecus aũt
eſt in abbate exẽpto, qui licet delinquat in clericos diœceſani, tñ
coram eo conueniri non debet, quia nõ eſt eius clericus immo
exemptus,licet in aliquo ſibi debeat reuerentiã.Si autem mem-
bra ſunt exempta,& non populus,tunc etiam ſi delinquat abbas
in membris exemptis non habet ſe intromittere diœceſanus ex-
tra d.n.e.ti.volentes.li.vj. De populo autem idem eſt dicendum,
quod dictum eſt, quando membra non ſunt exempta. extra.d.n.
de ver.ſig.veniens.li.vj. de hoc not.ſupra eo.recipimus. & in hoc
caſu inſtituet abbas clericos in eccleſijs ſine epiſcopo, ſed ſi depo-
nẽdi fuerint,ad Papam referẽtur. arg.ſupra, de of.archi.ad hæc.§.
item in epiſtola.& melius.s̄.de ſta. mo.in ſingulis. §. ordinentur.
ver.ꝙ ſi nõ fecerit.§.eadem.ver.illorum.vbi vero populus eſt exẽ-
ptus, tunc in nullo tenetur diœceſano. ſecundũ n.d.n. cuius eſt
quaſi hæc tota gloſ. quam fateor me per omnia capere non poſ-
ſe, ſed dic de hac materia,vt not.in iuribus quæ inducit.[Exhibe-
re reuerentiam]&c.& hoc innuit priuilegium Alexandri.s̄.e.§.j.
11 ver.in priuilegio. Et ſic eſt hic ꝙ † aliquis poteſt eſſe vaſallus duo-
rum dominorum pro diuerſis rebus ſicut abbas iſte ſubeſt Papę
quantum ad caput, & nihilominus epiſcopo quantum ad ca-
pellas.ſi.ar.s̄.c.prox.ff.de oper.lib.duorum.[Quibus].ſ.reuerentia,
obſequio, & honore,[Vigorieñ]vt no.s̄.prox.§.ver.pe.

*S V M M A R I V M.*

1 *Protectio papæ an eximat clericum a iuriſdictione ſui ordinarij. & quid ope
retur,nume. 2.*

## CAP. XVIII.

Ex parte.[In quibus].ſ.literis.[Perſonę ſuæ] ſu-
baudi,quod patet [Expreſſo nomine]
ſ.proprio ibi ſcripto.& idem eſſet,ſi indubitatæ circũ-
ſtantię apponerentur. s̄. de conſang. tua.[Exempti]
1 occaſione † taliũ literarum. & reſpondetur ꝙ non, vt ſequitur.
¶[Nos autẽ]ij.pars. [Per literas hmõdi]ſ.generalis protectionis a
Papa conceſſæ.Secus de protectione ſpeciali, in qua quis & ſe sũ-
mittit,hoc enim loco appellatiõis habetur. quod dic,vt le.& no.
s̄. de ap.ad audientiam. & c. dilectis j. reſpon.ver.epiſcopus me-
2 tuens. [Subtrahuntur]ſic ergo † talis protectio parum, aut nihil
operatur ſecundum.B.immo non parum operatur. quod dic,vt
le.& plene no.s̄.e.recipimus.in fine.

*S V M M A R I V M.*

1 *Domino an liceat intrare propria authoritate poſſeſſione quam amiſſit.*
2 *Condictio triticaria in quibus rebus habeat locum.*
3 *Priuilegium non eſt concedendum in alterius graue præiudicium.*

## CAP. XIX.

Paſtoralis officij & inf.[Vt eccl'ias
ſuas] quã-
tũ ad iuſpatronatus.ſupra eodẽ.cum & plantare.§.in
eccleſiis[In proprios vſus]forte propter indigentiam
monaſterij.quod ex donatione epiſcopi fieri poteſt.ſupra, de dõ.
conſultationibus. portione tamen congrua in vtroque caſu vica
rio inſtituendo ibidem perpetuo reſeruata. ſupra de præben.extir
pandæ. reſpon.primo. §.j.& ſecundo. [Poſſint.] quod alias non
poſſent,nec etiam cenſum de nouo imponere, nec veterem aug
mentare.ſupra,de cenſi.prohibemus.& c.ſignificauit.& c.grauis.
nec etiam fructus vacantis eccleſiæ occupare, vel ſibi retinere.s̄.
de of.ordi.cum vos. niſi ex cauſa,prout le.& no. ſupra, vt benefi-
cia ecc.c.vnico.§.fi. [Decedentibus] ver.nam in vita hoc non li-
ceret ſine conſenſu ipſarum perſonarum.ſupra,de dona.conſul-
tationibus.in fi.[Earũ] ſcilicet eccleſiarum[Authoritate propria
poſſeſſionem]de nouo, quam nunquam habuerunt,ſecus ſi ha-
buiſſent,& nomine ipſarum poſſideretur,& ſic loquitur,nec con-
tradicit ſupra,de reſti.ſpo. cum veniſſet.[Earundem]nõ vt ſequi-
tur,niſi hoc in litera Papæ contineatur expreſſe, & idem intelli-
gas,ſi decimæ eiſdem, vel etiam poſſeſſiones aliquę conferantur,
& tamẽ eccleſia intelligitur habere dominium,vel quaſi,vt patet
C.de ſacroſanct. eccl.l. fi,ſupra,de conſue.c.ſecundo.Sed nec do-
1 mino conceditur intrare † poſſeſſionem, quam nunquam ade-
ptus eſt,vel amiſit authoritate propria maxime violẽter, alioquĩ
quãdoq; a iure ſuo cadit.C. vnde vi. ſi quis in tantam. xvj.q.vj.
placuit.C.de acquiren.poſ.improba.ff.de acquiren.po.ſi ex ſtipu-
latione.Quãdoque vero ab eo auocatur poſſeſſio ſic adepta per in-
terdictum,vnde vi,vtile,vel directum.ff.de vi & vi arma.per totũ.
2 †Quãdoq; per condictionẽ triticariã,quæ in omnbus rebus præ-
ter pecuiam numeratam,ſiue mobiles ſint,ſiue ſoli, generaliter
vendicat ſibi locum, niſi propria ſit petentis, cuius tamen & poſ-
ſeſſio, ſi non dominus de fundo violenter eiiciatur,condici po-
teſt,& ſi dominus ſit,quando res.ff. de condict.triti.l.j.& ſecunda.
Quandoque per condictionẽ ex canone,vel officio iudicis. quod
dic,vt le.& no. ſupra, de reſti. ſpo.ſæpe. & accedit. C. pro quibus
cau.ſer.pro præ.libe. effi.l. prima. in fine. [Vel per diœceſanum]
ver.[Potius]reſpondeo ſic, vt ſequitur,& de hoc not.ſupra,de of.
del.ſuper eo.¶[Ad quod] ſecunda pars. [Indulgentia]eſt ergo in-
ſpiciẽda.ſupra.e.porro.vbi de hoc.[Id contineatur] ſcilicet,quòd
poſſeſſionem propria authoritate valeãt intrare,in quo etiam ca-
ſu curialius facient,ſi authoritate diœce. ipſam adipiſcãtur. ar.C.
de pig.l.iij.[Expreſſum]non ergo ſufficeret. ar. [Inconſulto] vel
contradicente.Sed contra.infra eodem.c.in his. Sol. aliud ibi, &
aliud hic,ibi enim de tali actu agitur,ſcilicet,de celebratione miſ-
ſę.quòd ſi neceſſe eſſet licentiam petere, nullum cenſeretur pri-
uilegium,vt ibi dicit, & bene,nam cũ licentia licet celebrare etiã
publice,etiam ſine licentia in eccleſia in ſecreto.ſupra,de cleri.nõ
re.tuę. Nec per illum actum præiudicatur prælatis,quia indulgẽ-
tia conceditur ibi ſine præiudicio iuris parochialis: ſed & in cele-
bratione miſſæ, procuratur ſalus animarum, atque ſeruitium
Dei.& honor ſine offenſione iuris temporalis, & ſi differretur li-
centia,impediretur actus plerunque, quia certas horas habet, &
celeritatem deſiderat, vnde nec imponeda fuit neceſitas petendi
licentiam.ar.ff.de dam.infec.l.prima.ff.de exerci.acti. l.prima.re-
ſpon.primo.ad fi. Hic autẽ & ſi petatur licẽtia,nihilominus vtile
eſt priuilegium,nam & ſi epiſcopus ipſam malitioſe, vel negligẽ-
ter dare renuat,vel differat,poteſt haberi recurſus ad ſuperiorem.
ar.s̄.de iure patro.nullus. Eſt etiam talis actus,per quem præiudi-
caretur authoritati epiſcopi,niſi requireretur,& etiam reipublicę,
quantum ad hoſpitalitatem, & eleemoſiam, & iura etiam epi-
ſcopalia perſoluenda.ar.in eo quod legi.& not.s̄.de ſupplen.negl.
præ.c. ij.s̄. de of.archid.cum ſatis.In hoc ergo caſu requirenda eſt
licentia ne diœceſanus contemni videatur.& vt ſi iuſtam cauſã
contradicendi habuerit,audiatur,quid enim ſi per falſi ſuggeſtio
nem, vel veri ſupreſſionem eſſet talis indulgentia impetrata;
Vtique diſcutiendum eſſet.s̄.ne ſe.va.c.j.s̄.de reſcrip. ſuper literis.
In contrario vero non petitur licentia, ne cultus Dei,& expiatio
peccatorum impediatur,vt patet in his, quæ notantur.s̄. de con
ſuet.ex parte.& xiii.q.ii.animę defunctorum. & de hoc notatur
in ſumma.e.ti. §. quid operetur ſub. §. regulariter. Et ex hoc etiã
3 notatur, ꝙ † in alterius graue præiudicium non eſt priuilegium
concedendum. ad idem. s̄. de vſu pal.ex tuarum. s̄.de eccl.ædifi.
cum dicat.& c.ad audientiam.& ſupra, de ſta.monach. in ſingu-
lis,§.porro.quod dic, vt plene nota.s̄.e. cum olim.ij.§. nos vero.
ver.& nulla. s̄.de offi.dele. ſuper eo. quod huic iuri bene concor-
dat. [Non eſt licitum]nam per hæc verba concedimus tibi talẽ
eccleſiam in vſus proprios,intendit concedere, ꝙ is,cui talis con
ceſſio fit,habeat adminiſtrationem eccleſiæ, & ꝙ ſibi de tempo-
ralibus reſpõdeatur,& ꝙ conſeruato antiquo & bono ſtatu eccle
ſiæ quicquid ſuperfluum fuerit, in vſus conuertat proprios Sed
nunquid liceat antiquum ſtatum eccleſiæ immutare? Non vide-
tur.s̄.de conſti.cum omnes.& expreſſius. s̄.de ſupplen.negli.præ.
c.ij.§.volentes.in prin.So.ex cauſa interueniente authoritate epiſ-
copi hoc poteſt fieri,aliter non debet, vt patet in eo,quod legi.&
no.s̄.de conſuetu.c.antepenul.&.s̄.de conſtitu. cum omnes.inf.
& de cen.prohibemus vt cum epiſcopus ſibi prouideat, & id eli-
gat,quod magis crediderit placere Deo, & rei publicæ expedire:
nam propter hoc priuilegium non eximitur a iuriſdictione ſua
taliter conceſſa eccleſia,nec poteſt ille,cui ſic conceſſa eſt, poſſeſ-
ſiones,vel res ipſius vendere, vel pignorare pro alterius eccleſiæ,
cui donata eſt debitis perſoluendis: quinimmo & quæ hic eccle-
ſiæ relinquuntur in vtilitatem ipſius conuerti debent,& idem de
mutuo nomine eius contracto,alioquin prælatus,cui hæc eſt cõ-
ceſſa eccleſia,de facili crimine ſacrilegii inuoluetur,& per diœce-
ſanum puniri poterit.ar.x.q.ij.c.fi.xvij.q.iiij.per totum.s̄.de excep.
cum venerabilis.s̄.de reſti.ſpo.olim cauſam.s̄.de of.ord.cum vos.
vbi de hoc Videtur etiam, ꝙ creditores huius eccleſiæ poſſunt pe-
tere per interdictum de ſeparationibus, vt ſeparentur bona vtri-
uſque.ff.de ſeparatio.per totum.Quid ſi eccleſia donata ſit in vna
diœce.& illa,cui donatur,in alia? Rñ.non propter hoc confundun-
tur iuriſdictiones diœceſum,vt.s̄.de reli.do.c.ij.vbi de hoc. immo
ſi agatur de alienatione poſſeſſionum vnius eccleſiæ illius diœce-
ſani,cui ſubeſt,& non illius,ſub quo poſſeſſiones ſitæ ſunt,eſt au-
thoritas requirenda.xvij.q.iiij.in venditionibus.xij.q.ij.abbatibus.
&.c.ſi qua.&.c.ſine exceptione. x.q.ij.caſellas. Eſt tamen contra-
rium.ar.s̄.de foro competen, ſane. & in his quæ no.s̄.de ſepultu.
in noſtra. Quid ſi alicui monaſterio concedatur aliqua eccleſia
pleno iure? Rñ.regimen ſpiritualium & temporalium eſt conceſ
ſum.xvj.q.ij.viſis.non tamẽ ꝙ fructus ſibi retineat,vel ſuos faciat
niſi ad tempus cum ſolemnitate,& ex magna cauſa, vt patet in
eo,quod legitur,& notatur.s̄.vt eccle.benefi.capit. vnico. §.final.
niſi forſan & hæc eadem eccleſia,quæ conceditur ab alio poſſide
retur antea pleno iure, & in proprios vſus,vt ſic in hoc caſu talis
tranſeat,qualis erat.arg.ff.de acquiren.re.do. traditio.ff.de contra-
hend.emp.& vendi.alienatio.s̄.de dona.cum dilecti.in fi.& idem
intelligendum eſt,vbi vniuntur duæ eccleſiæ quocunque genere
vnionis. ſecundum. d.n.intelligas per quod alienatio fiat. quod
dic,vt notatur.s̄.ne.ſe.va.ca.j.[Quia per indulgentiam]verſic.ſic ſi
de duabus ſeruitutib.remittatur vna, remanet altera in ſtatu ſuo.
ff.de ſer. vr.præ. ſi domus tua.nec in huiuſmodi generali conceſ-
ſione videtur conceſſiſſe, quod ſpecialiter non erat conceſſurus.
ff.de peculiis.qui peculii.ff.de pigno.denique. &.l.obligatione. &
le.& no. ſupra de offi. leg. quod tranſlationem[Epiſcopalii iuri]
Hic poteſt repeti,quod no.ſupra eod.cum olim eſſemus.§. fi.ver.
quod nulla,

*S V M M A R I V M.*

1 *Ardebunt non minus qui cum multis ardebunt.*
2 *Mala non aſſumuntur,niſi ab impijs in exemplum.*
3 *Celebrari poteſt ſine peccato in eccleſia interdicta de licentia Papæ.*
4 *Legem imponere non debent,qui ipſam negligunt obſeruare.*
5 *Maritus non poteſt exigere ab vxore capitalem,quam ipſe non ſeruat.*

## CAP. XX.

Petiſtis.[Propter hoſpitalarios]ideſt occaſione
ipſorum.puta,quia grauantur a domi-
no,vel vniuerſitate,& opprimuntur contra eccleſia-
ſticam libertatem.[Eiſdem].ſ. hoſpitalariis pro qui-
aus lata eſt hęc ſententia.¶[Ad quod duximus]ſecunda pars.[Li-
1 centiam]non † enim minus ardebunt,qui cum multis ardebũt.
2 ij.q.j.c.multi.† nec aſſumuntur mala, niſi ad impiis in exemplũ.
viij.di.mala conſuetudo.¶[Sed ſi prefati].iij.pars.[Fines]tranſgre
ditur ergo terminos priuilegio ſibi conceſſo abutens, vt hic,&.s̄.
e.porro.ad finem.[Exceſſerint].vnde ſunt puniendi,& priuilegia
amittere debent.s̄.e.cum & plantare.§.fi.&.c.tuarum. §.j.[Ne vi
deantur]ver.[Ridere]ſi.arg.j̄.e.quod nonnullis.j̄.de ſenten.excõ.
ſi vere.[Quia diu]ſic.vj.q.ij.ſi tantum.& capitu. placuit. [De no-
ſtra licentia]aliter enim celebrans irregularitatem incurreret. s̄.
3 de cleri.exo.mi.poſtulaſtis.§.quæſiuiſtis. Sic nota, ꝙ † de licentia
Papæ poteſt celebrari ſine peccato in eccleſia interdicta,vt hic.&
s̄.e.cum & plantate.§.ꝙ ſi templarii.j.e.vt priuilegia.§.illud etiã.
Et cum exẽommunicato communicari.j̄.de ſenten. excom.ꝙ
in dubiis.&.c.inter alia.&.c.ſi vere,& de hoc notatur.j̄.e.vt priui
legia.§.fi.ſuper verbo,celebrentur. &.§.j. circa prin. [Celebretis]
4 non † enim debent aliis legem imponere, quam ipſi negligunt
obſeruare!. s̄.de conſtitu.cum omnes. s̄.de præben.pro illorum.
nec tenentur alij ſeruare priuilegium eis conceſſum, ex quo ipſi
non ſeruant.j̄.de ſen.excom.in audientia.s̄.eod.accedentibus. s̄.
de appellatio.an ſit deferendum.& quod quis ab aliis exigit, mul-
to fortius a ſe ipſo. ff.de nego.geſt.ſi pupilli. §.fina.ff. de admini-
ſtra.tu.quoties. §.item ſi temporali.&.ff.ſi ſeruitus. vend l.altius.
5 s̄.de natis.ex li.ven.c.vnico.vbi de hoc † Nec maritus poteſt exi-
gere ab vxore caſtitatem,quam ipſe non ſeruat.ff.ſo.ma.viro.ff.de
adulte.ſi vxor.§.iudex.s̄.de adulte.capit.penul. & fina. & breuiter
fruſtra legem inuocat, qui committit in legem .s̄.de vſur. quia
fruſtra.Sed omnia hæc,cum locus interdictus ſit,ſine licentia Pa
pæ non prodeſſent.vt s̄.

*S V M M A R I V M.*

1 *Monachus an poteſt habere curam animarum.*
2 *Perſona exempta, poteſt eſſe ſubiecta ratione rei quam poſſidet, vel ratione
loci in quo delinquit.*

## CAP. XXI.

Qvoniam.[Percipit]. hoc ipſo patet, ꝙ exem-
ptum non eſt,vt patet in eo,quod le-
gi.& nota.s̄.e.cum & plantare. §.in eccleſiis. Secus ſi
non perciperet ibi aliquod ius, ſed cenſum aliquem.
s̄.de cen.cum venerabilis.ſed & poſſet eſſe,ꝙ nihil ibi perciperet,
excepto aliquo iure temporali,vt ibi in fi.& s̄.de relig. do. conſti-
tutus.& nihilominus in aliis eccleſia intelligeretur eſſe exempta,
vt ibi.& ſupra.e.ex ore.§.fi.in fi.vbi vero aliquod ius epiſcopale ibi
percipit epiſcopus,ſemper præſumptio eſt pro ipſo, adeo ꝙ obti-
uet,niſi aliud probet, vt poteſt colligi ex præmiſſis. [Credimus.]
ver.[Quia].ſ.priuilegium indultum. præfatus epiſcopus &c.vt.j̄.
e.præfatus.[Vt nullus epiſcopus]ver.[Vtroque iure].i.pleno,puta
quo ad vtranque legem in ſpiritualibus & temporalibus omni-
bus,de quibus no.s̄.de of.ordi.conquerente.& capt.dilectos.[Sup
ponere]&c.hæc omnia continebantur in priuilegio.[Synodare]
i.ad ſynodum vocare.s̄.e.ex ore.§.fi.ver.propter quod. s̄.de maio.
& obed.quod ſuper his.vel nomine ſynodatici aliquid exigere. x.
q.iti.placuit.s̄.de offi.ordi.conquerente.§.j.ver.ſynodum. [Præfa-
tus epiſcopus.]ver.[Eccleſiam.]cum in ipſa ius epiſcopale perci-
piat,& ſic patet, ꝙ non vtroque iure monaſterio eſt ſubiecta, vt
1 hic probat,& notatur.s̄.rñ.j.[Ad eius.]ſcilicet eccleſiæ,ergo † mo
nachus poteſt habere regimen animarum. quod dic,vt notatur.
s̄.de ſta.mo.ꝙ Dei timorem[Cum alterutrum]ſcilicet interdice
re,vel excommunicare.[Quoniam illud.]ver.[Capitulum]ſcili-
cet vt nullus epiſcopus.vt.s̄.e.ver.vt nullus. [In ipſo monaſterio]
ſcilicet exempto.ſimile interpretatio.xvj. q.j.generaliter. vbi ha-
bent priuilegium morantes in monaſterio,& diuinis officiis va-
cantes.Simile.ar.j̄.de verb.ſig.abbate.ad fi.s̄.de treu. & pa.innoua
2 mus.cum ſuis concor.Et ita licet † perſona ſit exempta, ratione
tamen rei nõ exemptæ quam poſſidet,vel loci, in quo delinquit,
vel contrahit,põteſt eſſe ſubiecta,vt hic.& ſupra.eo,ex ore. §.fi,&
c.cum capella.§.j.& ij.ſicut & hodie hic expreſſe pſobatur, quod
& ex his iuribus ſumi videtur,extra.d.n.eo.c.volentes. §.in eos.li.
vj.[Vel ad eccleſias[Vel ad eccleſias]ver.[Vtroque iure.]vt patet
ex verbis priuilegii ſupra poſitis, ex quibus argumentatur, quia
in eis eſt vis faciẽda.quod dic,vt no.s̄.eo.ex ore.§.j in prin. [Subie
ctas]ſic intelligitur.16.q.ij.c.j.

*S V M M A R I V M.*

1 *Ius decimarum non cadit in laicum,quia ſpirituale eſt.*
2 *Epiſcopalis decima eſt quarta canonica.*
3 *Indefinita equipollet vniuerſali.*
4 *Priuilegium Papæ reſtringitur & epiſcopi ampliatur.*
5 *Princeps non conſueuit præiudicare.*
6 *Verbum generale in priuilegijs ad futurum tempus extenditur indefinite pro
latum.*
7 *Verbum dubium poteſt inferri ad ius commune.*
8 *Conſuetudo interpretatur vocem.*
9 *Interpretatio aſtuta & malitioſa eſt uitanda.*

## CAP. XXII.

Qvia circa. Et infra Pars.s̄.de biga.quia circa
Omnium ſanctorum.]proprium
nomen eſt monaſterii.[Priuilegilegium.]in quo cõ
tinebatur,ꝙ epiſcopus omnes decimas, quæ ſibi cõ-
petebant, vel competere poterant. de poſſeſſionibus monaſterii
1 eidem monaſterio remittebat.[Super ſpiritualibus]Ius † decima
rum ſpirituale eſt, ideoque non cadit in laicum. s̄. de præſcrip.
cauſa quæ.fructus vero temporales ſunt, ideoque etiam laicis &
vendi,& locari poſſunt.s̄.de loca.veſtra. & ſecundum hoc poteſt
intelligi.quod le.s̄.de his quæ fi.a præla.cum apoſtolica.§.pe ,& fi
na.s̄.de decimis.quamuis.& c.prohibemus.vbi de hoc.Alias epiſ
copalibus & eſt litera melior, vt patet.s̄.§.j.Eſt autem epiſcopalis
2 † decima ad literam quarta canonica.s̄.de decimis.qm̃. ſupra de
cen.cũ olim.xij.q.ij.vobis.& c.conceſſo.[valeat]ſubaudi nõ ſolũ.
[Ad poſſeſſiones antiquas]vel acquiſitas, de quibus non videtur
dubium.ſubaudi. [Sed etiam poſtmodum acquirendas]de qui-
bus videtur ,ꝙ non,ar.s̄.de conſti.cognoſcentes. ſupra de reſcrip.
ca.fi.tamen contrarium reſpondetur,dũmodo conceſſio canoni
ce facta fuerit,vt ſe.¶[Super quo]ij.pars.[Reſponſum]ſic cõſtrue
[Quia ſi remiſſio illarum decimarum facta extiterit]&c.[Cano
nicas]puta,de conſenſu capituli.12.q.ij.ſine exceptione. ſupra de
his quæ fi.a p̄la.cum vos.& c.tua.& c.paſtoralis ſupra de dona.pa
ſtoralis.§.fi.& ex cauſa neceſſitatis,vel vtilitatis, vel pietatis, & ꝙ
non ſit in menſa,ita ꝙ eccleſia cathedralis, ſiue menſa epiſcopa-
lis enorme detrimentum propter hoc nõ incurrat, alioquin poſ
ſet reuocare. s̄. de dona.c.ij.& c.apoſtolicę.s̄. de rebus ec.non ali.
ad noſtram.s̄. de præcar.c.ij.[Prædeceſſor tuus]ver. [Indiffinite.]
3 Ar.ꝙ † indiffinita æquipollet vniuerſali, vt hic,& 19.di.ſi Roma-
norum.ff.de of.præfec.vr.l.j.§. in initio. ver.cum vrbem.ff.dele.
præſtandis. peti. bo. poſ. contra.ta.l.i. §. & generaliter s̄.de teſta.
relatum.ij.reſpon. j.in fi. vbi de hoc.[Remittendo]intellexiſſe vi-
detur,& c.vt.j̄.e.c.ver.fi.¶[Cum nihil[iij.pars. in qua ponit tres ra-
tiones determinationis,quam facit.j̄.e.c.ve.fi.[Exceperit.]prima
ratio, ex hoc enim videtur omnia tranſtuliſſe.ar. s̄. de iure pa.ex
literis.vbi.de hoc.[Et potuerit]alias non eſſet ei imputandum. ff.
de regul.iur. impoſſibilium . xxij.q.ij.faciat etiam homo.s̄.de pac.
c.fi.[Ac in beneficijs]ver.ſecunda ratio.[Pleniſſima]vt ff.de con-
ſti.prin.l.fi.j̄.de.ver.ſig.olim. s̄. de dona. cum dilecti. in fi. vbi.de
hoc[Adhibẽda]alias faciẽda. [Nec debeat]ver.tertia ratio.[Vna
& eadem ſubſtantia]Sed nunquid eſt alia ſubſtantia aquirenda,
quam aquiſita? Reſpon. ꝙ non, quia eadem eccleſia vtramque
poſſidet,non enim coſideratur hic rei diuerſitas rei,ſed eccleſię,iõ
expone,ſubſtantia.i.eccleſia.xij.q.ij.cognouimus.Sed contra.s̄.eo.
4 cum capella.& de decimis. nuper.So. † ſi Papa concedat priuile-
gium,& infligat enorme grauamen,reſtringitur.s̄. de deci.ſugge-
ſtũ.ſi vero episcopus dilaratur vt hic Ratio.eſt,quia Papa dat pri-
5 uilegium generalius,quã epiſcopus, † & Princeps non conſueuit
præiudicare.C.de emanci.nec auus. ſed epiſcopus poteſt iuri ſuo
renunciare,& ideo imputet ſibi,ſi non excepit,vt hic dicitur.[In-
tellexiſſe]ver.[Videtur].i præſumitur[Sed futuri]Ar.ꝙ in priuile-
6 gijs † verbum generale & indiffinite prolatum ad futurum tem-
pus extenditur.ſi xij.q.ij.cognouimus.s̄. de deci.ex parte.& c.tua.
& j̄.C.quæ res pig.ob.poſſ.l.vlti.ff.de ſeruituti.vr.predi.ſi ſeruitius

Ar.contra,ſupra,de cen.quarto.ſ.de deci.cum in tua. ſ.e.cum ca
pella.ff.de contrahē.emp.l.in lege.& l.Rutilia Polla.ff.de dam.in
fec. damni. §. ſi is,qui. ſed hic ideo contra dātem fit interpreta-
tio,ne excogitata fraude ſuæ obuiet liberalitati.xvij. q. ij.c.j.C.de
dona.ſi quis argentum.§.fi.Secus vbi verba certa ponuntur,& in-
dubitata,illa enim non extenduntur ad alia,ſed ſeruanda ſunt ſi-
cut iacent.ſupra e.recipimus.& c.porro.Vbi vero generale verbū
ponitur ad omnia appellatiua extenditur, vt patet. ſ. de deci.ex
7 multiplici.Quod ſi verbum † dubiū ſit& poteſt retorqueri ad ius
commune,ſicut & ad gratiam, facienda eſt interpretatio.ſecun-
dum ius commne.ſ. de conſue. cum dilectus.§. fi.vbi de hoc &
vt nemini ſit oneroſa, nec infamet.ſupra, de teſti. cum tu.& ꝙ
nō ſit captioſa.ff.de regu.iuris. quoties. & cōtra illum qui potuit
legem aptius dicere.ff.de pac.veteribus.ff.de contrahen.emp.La-
beo. & ſecundum cōmunem vſum loquendi. ſupra,de ſpon. ex
8 literis.j.vbi de hoc.nam & † cōſuetudo interpretatur vocem.j̃.de
verb.ſig.abbate.ſed & quod tutius eſt interpretandum eſt.ſupra,
de ſpon.iuuenis.ſupra.de homi.ad audientiam. §.j.Et ſi non ap-
paret quid tutius, tunc fit interpretatio in benigniorem partem.
j̃.de regu.iuris.c.ii.& ix. di.c.fi.ff.de rebus dubi.quoties.& l.cum in
9 teſtamēto.& in ſumma aſtuta † & malitioſa interpretatio eſt vitā
da,& ſic facienda,ꝙ res potius valeat,quam pereat,vt patet ſupra,
de deci.ad audientiam.j̃.e.in his.j̃. de ver.ſig.abbate. §.contra qđ
fuerat.verſi.hic autem ſenſus.& adde quod not. j̃.eo.dudum. §.j.

*S V M M A R I V M.*

1 *Patriarchalis ſedes quæ fuit prima.*
2 *Epiſcopus Hoſtienſis in conciliis poſt papam primus ſedet.*
3 *Priuilegia ſunt ſeruanda omnibus eccleſiis.*
4 *Anima omnis domino papæ immediate ſubeſt.*
5 *Homagium facere nullus tenetur pro ſpiritualibus.*
6 *Papam non decet parum,aut nihil facere ſine conſilio fratrum ſuorum.*
7 *Canonici non coguntur præſtare fidelitatem, vel obedientiam ſuis epiſcopis, niſi de conſuetudine.*
8 *Religioſus tenetur ſeruare regulam poſt profeſſionem ab eo emiſſam.*
9 *Obedire nemo tenetur contra canones.*
10 *Eccleſiæ Romanæ,& papæ,ſemper præ cæteris obediendum eſt.*
11 *Appellare quilibet,omiſſo medio poteſt ad papam.*
12 *Minor non debet iuriſdictionem ſuam exercere,maiore præſente.*
13 *Appellatio facta ad Imperatorem,omiſſo medio,ualet.*

## C A P. XXIII.

ANtiqua.[Patriarchalium]. ſ. quatuor princi-
palium.vt.j̃. ſe.[Renouantes]quod &
alias renouatum fuit.xxii.di.renouantes.& de his ſe-
dibus patriarchalibus le.ſupra de pręben.graue. §.fi.
Si queras,vtrum condenda ſint noua iura, an antiqua ſufficiant
vel renouanda ſint,vide quod no.ſupra de ap. vt debitus. reſpon.
j.[Approbante]eo ipſo ꝙ nullus contradicit, approbare videtur
xxxi.di. Nicena.ff.mādā.ſi remunerādi.§.ij.[Sancimus]ver [Poſt
Romanam eccleſiā]illa enim mater eſt omniū domina & magi
ſtra,vt ſequitur,& probatur ſ.de ſum.Tri.c.fi.§.pe.in fi.C.de ſum.
tri. l.fi.ſupra,de ele.licet.in fi.in Authē.de ec.ti.§.ij.coll.ix.[Con-
1 ſtātinopolitana]ver.ecce.† prima patriarchalis ſedes poſt Roma
nam.olim enim Alexandrina fuit prima, vt xxii.di.renouantes.
fuit autem priuata iure ſuo propter fauorem Conſtantinopoli-
tanæ eccleſiæ,& ſic cæpit tenere ſecundum locum, vt ſequitur.
Hodie etiam in cōciliis hæc prioritas debetur eccleſiæ Hoſtien.
quæ & fauorabilior viſa eſt,vt in ſeq.glo. Sed contra,quia nemo
debet priuari iure ſuo ſine culpa ſua.lvj. di.ſatis peruerſum.xvj.q.
fi.inuentum.ſupra,de eo qui cog.conſan.vx.ſuæ.diſcretionem.&
c.fi.So. hæc regula eſt, ꝙ nemo priuatur iure ſuo ſine culpa ſua
Fallit autem in caſibus.quod dic,vt no. ſ.de conſti. cognoſentes.
vnde ſubaudiendū eſt in regula,vel ſine cauſa. quod dic, vt le. ſ.
vt lite nō conteſt.quoniam.§. ſi vero aliter.in fi.[Primum]in cō
ſiſtorio Papæ ſi ſuperueniat. vel inter ſedes patriarchales, vel vbi
2 Hoſtien.epiſcopus abeſt in conciliis,ipſe enim, ex quo † præſens
eſt, in conciliis poſt Papā primus ſedet ex ſpeciali priuilegio cō-
ceſſo eccleſiæ Hoſtien.& ſic fauorabilior viſa eſt,ꝓ eo,quia Papā
habet ſuus epiſcopus cōſecrare, & inungere Imperatorem,pro-
pter quod eſt etiā palleatus, hæ ſunt prærogatiuæ Hoſtien.eccle-
ſiæ quæ nolui prætermittere, ne tacitus viderer ei velle præiudi-
care.ar ſupra e.accedentib.& c.ſi de terra.de præſump. nonne.&
ff.de teſt.Domicius. [Alexandrina] Ecce ſecunda patriarchalis
ſedes, quę tamen conſueuit eſſe prima poſt Romanam. quod
dic,vt in præceden.glo.[Antiochena] verſicu. Ecce.iii. patriar-
chalis.ſedes[Hieroſolymitana]Ecce.iiii.patriarchalis ſedes.[Lo-
cum]prioritas ergo ſedis, ſiue loci prioritatem dignitatis decla-
rat,vt hic.& ſ.eo.ex ore.§.i.ſupra de maio.& obedien.c.j.& c.ſta-
tuimus. Et ideo etiam dicebat Alexan. Papa IIII. ꝙ poſt Roma-
nam nulla erat maior eccleſia Hoſtien. [Seruata]ver.[Cuilibet]
earūdem patriarchalium ſedium,quia forſan vna in vno,& alia
3 in alio magis priuilegiata eſt. & ſecundū Nicenas regulas † om-
nibus eccleſiis ſunt ſua priuilegia ſeruanda,ſ.de offi.ordi. duo ſi-
mul.ver. ita vt ſecundum. xxv.q.ij.ca.j.2. & 3.de quibus iudicari
non poteſt,niſi ipſis inſpectis. ſupra e. recepimus.& c.porro.[Ita
ꝙ poſtquam]ver.ergo.non ante.ſic ſ.de ele.quod ſicut. §. præte-
rea[Inſigne].i. ſignum, ſiue priuilegium.quod dic, vt legitur, &
not.ſupra, de vſu pal.niſi ſpecialis.& c.ad honorem. [Præſtito ſi-
bi]ſcilicet,Romano Pontifici[Fidelitatis,& obedientiæ]ergo pa-
triarchæ & alii,qui nullo medio ſubſunt domino Papæ præſtāt
ei,& iurant fidelitatem,& obedientiam, vt hic dicit. & ſupra,de
iureiuran.ego. Secus de illis, qui ei ſubſunt, non tantum imme-
diate, ſed & mediate.illi enim hoc præſtant ſuperioribus ſuis im-
4 mediatis, vt ſequitur. Hoc ideo dixeram,quia & † omnis anima
domino Papæ immediate ſubeſt,vt not. ſupra, de offi.ordina.ca.
3. §. confeſſiones. Faciunt ergo patriarchæ fidelitatem domino
Papæ, quia & ei ſine alio medio immediate ſubſunt,& eandem
tenentur præſtare ſuffraganei ſuperioribus ſuis,vt legitur, & pro-
5 batur ſupra,de maio.& obedien.dilecti.Sed contra,quia † pro ſpi-
ritualibus nullus tenetur homagium facere. j̃. de regu. iur. ca.
fina.quod dic,vt ibi no.& ſ.de ſimo.ex diligenti. ſupra de exceſ.
præla.grauem. A prima ergo etiam regula excipe presbiteros,&
diaconos,cardinales, qui & ſi immediate papæ ſubſint, nullam
tamen obedientiam præſtant ei. A ſecunda vero ꝑ Papam con-
ſecratos,qui & ei iurant fidelitatē,& obedientiam, & ſi mediate
ſubſint.Sed quæ poteſt eſſe ratio,ꝙ Papæ non faciunt obedientiā
presbiteri, vel diaconi Cardinales? Reſpon.vt oſtendatur,ꝙ licet
papa ſit caput vniuerſalis eccleſiæ & ſinguli fideles membra ge-
neralia, eſt tamen ſpeciale caput Cardinalium, & ipſi membra
eius ſpecialia reſpectu aliorum:quod corpus adeo debet eſſe vni
tum,ꝙ Papa ab his membris ſpecialibus non debet fidelitatem,
vel obedientiam exigere,ſicut nec a ſeipſo,oportet enim,ꝙ inter
præſtantem & recipientem ſit differentia.arg.ſ.de inſti.c.fina.cū
ſuis concordantijs. ad hoc.ſ. de his quæ fiunt a præla.nouit.& de
præſcrip.cum non liceat. cum his quæ ibi no. Ab aliis ergó reci-
piat Papa iuramentum tanquam ab extraneis, & ſuſpectis reſpe
ctu Cardinalium.ſ,de elect.ſignificaſti. A Cardinalibus vero nō
recipit tanquam ſibi inuiſceratis, vnde & dicuntur de latere eius
mitti.ſ. de offi. lega.excōmunicatis. Igitur ſi hoc velint attēdere
Cardinales ad ſeruandam Papæ fidelitatem & obedientiam, re-
putare debent præcedentibus terminis ſe aſtrictos, & ſe peccare
grauius, ſi huius confidentiæ(quod abſit)fuerint transgreſſores
ſed & ſi Papa hoc conſiderare velit, debet Cardinalem diligere,
vt ſeipſum,& ei in omnibus ſuis neceſſitatibus boni viri arbitrio
ſubuenire,ſi tangerētur hincinde pręcordialiter,niſi & ipſos quā-
doque tangeret,vtinam non lethaliter tangillus,alias titigillus.ac
cuſo neminem ſed ſua cōueniat conſcientia vnumquēque. Sed
quid eſt,ꝙ epiſcopi Cardinales iurant, nunquid ab hac caritate,
& vnitate intelliguntur excluſi? Reſpon.non. Quare ergo iurant?
Reſpon.iurant tanquam epiſcopi,ſicut & cæteri,& non tāquam
6 Cardinales. Et ſunt hæc in efficax.argu.ꝙ parum † aut nihil decet
Papam facere ſine conſilio fratrum ſuorum.j̃.titu.j. quoties. §.j.
in princi.& ſupra de exceſ.præla.c.j.& ſupra.de elec.in Geneſi.in
7 fi.Poteſt & ex præmiſſis ſumi arg.ꝙ † canonici non coguntur prę
ſtare fidelitatem, vel obedientiam epiſcopis ſuis, niſi vbi talis eſt
conſuetudo & ſic poteſt intelligi j̃.de ver. ſignifi. cum clerici.qđ
dic,vt ibi not.[Licentur.& ipſi]. ſcilicet patriarchæ. q.d.non eſt
neceſſe ꝙ ſuper hoc petant licentjam,ſufficit enim,ꝙ ſemel a iu
re iſto hæc licentia data ſit.ff.de condi.inſti.l.ſub conditione.§.fi
na.in prin.xxviij.diſtinct.de his.ante finem.& eſt hoc ſpeciale pri
uilegium iſtarum quatuor ſedium patriarchalium,vt archiepiſ-
copis ſuffraganeis ſuis palleum concedant,alias autē nullus alius
concedere poteſt.niſi Papa.c.di.priſca.& c.quoniam.Nec præſta
tur,niſi primo iuranti.c.di.optatum. ſupra de elect.ſignificaſti.in
prin.& in fi.Sūt & in alio caſu ſpecialiter priuilegiatę, quod dic,
vt legitur,& not.ſupra de præben. graue. §.fina.Et in tertio.j̃.eo.
§.j.Et in quarto.j̃.eo.§.fina.[Recipientes].verſi. [Proſe].q.d.non
pro Romana eccleſia.Quod ergo faciunt hi,qui immediate ſub-
ſunt Romanæ eccleſiæ,ſiue ſummo Pontifici, & hoc idem tenē-
tur facere alii,eccleſiæ metropolitanæ proprię,ſiue ſuo metropo
litano,vt hic patet,& in eo,quod legitur,& no.ſupra.eo ver.prox
[Profeſſionem].ſcilicet iuratam. ſ.de iureiuran.ego. & ſupra de
maio.& obedieo.dilecti. [Canonicam].ideſt fidelitatem & obe-
dientiam profeſſam ſecundum Deum & canones, ad quam nō
tenentur exempti diœceſano epiſcopo cum ſint contraria liber-
tati,vt ſupra.e.cum olim apud.§.fi.Et no.ꝙ dicit profeſſionem.q.
8 d.ſicut † religioſus tenetur ſeruare regulam poſt profeſſionem ab
eo emiſſam.ſ.de regularibus.ſtatuimus.ſic & hi,qui ſemel fideli-
tatem & obedientiam iurant, ipſas ſeruare tenentur, quaſi hæc
profeſſio ſit,vnde & ſi ipsam violent,ſunt tāquam membra putri
da a corpore eccleſiæ abſcindenda vt ſupra de exceſ.præla.grauē.
Ideo etiam dicit canonicam, quia ſicut fit ſecundum Deum &
9 canones,ſic & ſeruanda eſt, vnde & † nemo tenetur contra ca-
nones obedire,vt patet in eo, quod legitur, & not.ſupra de tem-
po.or.ad aures.§.j.& c.dilectus.§.j.[Sponſionem]. nudam ſine iu
ramento,forſan in ſcriptis receptam.ſupra de maio.& obedien.
ca.iij.hoc tamen de conſuetudine vix ſeruatur,ſed ſiue exigatur,
&



10 & præſtetur,ſiue non ſemper † eccleſiæ Romanæ & Papæ præ cę
teris obediendum eſt,vt patet. xj.q.iij.qui reſiſtit. cum principa-
tum habeat inter omnes, vt ſupra.eo. verſi.j.& quia immediatę
præeſt omnibus vt no.ſ.eo.ſuper verbo. fidelitatis & obedientiæ,
11 vnde & † ad eum poteſt omiſſo medio quilibet appellare, vt pa-
tet in eo,quod legitur, & not.infra.eo.§. fi.¶[Dominicæ].ij.pars.
[Niſi in vrbe].in qua non debent hæc facere etiam abſente Ro-
mano Pontifice,ſed ſubaudi abſtinere debent.[Vbicunque ſum-
mus Pontifex, aut eius legatus vtens inſignijs], puta veſtibus ru-
beis,palefredo albo freno & calcaribus deauratis,& ſimilibus,qđ
facit legatus miſſus de latere,ex quo tranſit mare,non aliter,nec
alius,niſi ſit priuilegio ſpeciali decoratus. ſic.ſ.de offi.lega.excō-
12 municatis.[Præſens extiterit].& ſic eſt argu. ꝙ † minor non de-
bet exercere iuriſdictionem ſuam maiore præſente,vt dic. & xxj.
diſt.denique.xcv.diſt.presbyter.ff.de offi.proconſul.l.fina.Sed cō-
tra.xcv.diſtin.ecce.& c.eſto.xj.q.j.peruenit. C.de dona. in hac ſa-
cratiſſima.quod dic,vt no.ſ.de offi.lega.volentes.¶[In omnibus].
iij.pars.[Ad eos].ſ.Patriarchas.[Fuerit prouocetur]. hoc eſt ſi qs.
grauetur,non aliter.ſ. de appel. vt debitus. etiam omiſſo medio
arg.ſ.de offi.lega.c.j.& eſt vnum eorum priuilegium ſpeciale.De
aliis not.ſ.eo.reſpon.j.ver.fina. & eis in talibus omnes obediant.
[Saluis]&c. quod dic,vt legitur,& not.ſ.de appel.l. ſi duobus.[Ad
ſedem apoſtolicam] &c. Eſt ergo priuilegium ſpecialiſſimum
apoſtolicę ſedis,vt omiſſi qbuslibet mediis poſſit appellari adipſā
vt hic innuitur.& ij.q.vj.ad Romanam.ſ. de elect.licet.§.fina.iij.
q.vj.non liceat.& ca reuerentia.ſuper quo vide,quod no.ſ.de cri.
fal.c.fina.in fi.ſic etiam poteſt intelligi quo ad temporalia,quod
dicit imperator, ꝙ habet ſimilia priuilegia.cum eccleſia Roma
na.in Auth.de ec.ti.in princi.coll.ix.& lxv.diſtin. mos antiquus.
T.& in Auth.de rebus eccle.non ali.j.§.ſi vnus.coll.ij.vbi dicit, ꝙ
non multum differant ſacerdotium, & imperium. dicit tamen
13 [illegible] antiqua, ꝙ non † valet appellatio facta ad imperatorē omiſ
[illegible] ff.de appel.ad imperatores,ſic non valet facta ad archie
[illegible] omiſſo epiſcopo.ſ de appellationibus.dilecti.in legato
[illegible] in ſibi commiſſa prouincia, quod in Papa.argu.ſ.
eo.c.§.dominicæ. & ſupra de offi.lega.c.j. & idem in patriarcha,
vt præmiſit,ſaluo eo,ꝙ appellatio ad Romanam eccleſiam facta,
factæ ad patriarcham præiudicat,vt hic dicit,& eſt vna ratio, qa
& ei eſt quilibet immediate ſubiectus,vt no.ſ.eo.rñ.j. in fi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Infamis eſt,qui malitioſe priuilegium principis interpretatur.*
2 *Pœna abuſus priuilegij eſt reuocatio ipſius.*
3 *Interdicta eccleſia poteſt tamen de licentia iuris ibi quis ſepeliri.*
4 *Sacramenta eccleſiaſtica contractari non debent.*
5 *Interdicta eccleſia homines tantum ſunt interdicti.*
6 *Perſonæ quando eccleſiaſticæ cenſeantur.*
7 *Religioſi poſſunt vbi volunt eligere ſepulturam dummodo non ſit interdicta.*
8 *Statuta multa ſunt ne vileſcat eccleſiaſtica cenſura.*
9 *Populus in officijs fratrum,debet iocundari.*
10 *Interdicta eccleſia canonice ex ui priuilegij celebratur.*
11 *Pluralitas quandoque reſoluitur in ſingularitatem.*
12 *Curandum non eſt de verbis,quando de mente conſtat.*

## C A P. XXIIII.

1 VT priuilegia.[Intellecta] † qui malitioſe
priuilegium Principis inter-
pretatur,infamis eſt.C.de le.& conſt.l.ij.[Abuſum].
2 Nota,ꝙ † pęna abuſus priuilegij eſt reuocatio ipſius,
vt hic,& ſupra eo.tuarum.§.j.& abutentes puniri poſſunt, vt ibi,
& legitur,& no.ſ.e.cum & plantare.§.fi. [Meretur amittere].ſic.
infra de ſenten.excommu.contingit.ij.& c.cum illorum. in fi.&
ſupra.eo.tuarum.§.j.in fi.cum ſuis concordātiis. ¶[Sane].ii.pars.
[Ad quos pertinent].i.quorum parochiani ſunt hi qui fraternita
tem dictorum religioſorum aſſumpſerunt.[Interdictæ]. No.ꝙ li
3 cet † locus ſit interdictus,de licentia tamen iuris poteſt ibi quis ſe
peliri,vt ſequitur,& celebrari,vt.j̃.e.§.illud.& c.j.& no.ſ.c.poſtula
ſtii.§.fi.& infra.eo.§.ſuper verbo. negetur. & §.fina.ſuper verbo.
celebrentur.& etiam de licentia hominis, quia & talis ſententia
ſuſpendi poteſt.ſ.de appel.dilectis.§.quia vero.ver.non obſtante.ſe
cus vbi perſona eſt interdicta,vel ſuſpenſa pro ſuo delicto,talis.n.
non poteſt de licentia alicuius celebrare,vel ſuſpendi interdictū,
vel ſuſpenſio in perſona ſuſpenſa.& eſt ratio,quia aut pęnitet, &
ſatisfacit de eo,pro quo interdictus eſt,& ſic relaxatur ipſa ſenten
tia,in qua poſtea non recidit ſine culpa ſua, & ſine monitione.ſ.
de conſti.cognoſcentes.ſ.de appellationibus.reprehenſibilis. aut
4 nec pœnitet, nec ſatisfacit,& ſic non debet † ſacramenta eccle-
ſiaſtica contractare.81.diſt.ſi diaconus.& c.ſi qui ſunt.& c.mini-
ſtri.& c.oportet.ſecundum do.no. Hoc autem quandoque fallit,
vt patet in eo,quod legitur,& not.ſ.de teſti.c.veniens. ij.§. fi.Vbi
autem locus vel eccleſia interdicitur,talis ſententia ſuſpendi po-
5 teſt,& ibi celebrari authoritate epiſcopi, quia † quando locus in-
terdicitur,potius interdicti videntur homines,quam locus. vnde
quando dicitur interdico talem eccleſiam is eſt ſenſus.i.interdi
cto celebrantes in tali eccleſia, & ab hac ſententia poteſt iudex
excipere,& ſubiicere quos vult,ꝙ etiam certa officia ibi celebran
tes ſint excommunicati,& non alii,vel certo tempore,puta,quā
do dominus terrę pręſens erit, & non alio.argu.ſ.de offi. delega.
ſane. & ſupra de ſpon.non eſt vobis. vel & ſi proprie dicatur lo-
cus ſuſpensus, quia tamen hæc ſuſpenſio non fit propter delictū
loci.poteſt ibi celebrari,vt hic, ceſſat enim obiectio, quam faci-
mus in perſona ſuſpensa. Quid ergo ſi aliqua perſona ſuſpensa
ſit pro delicto alterius ſicut fit, xvij.q.iiij.miror. & ca.fęlix.24.q.
iij.ſi habes.ibi, pręedicta ratione cōſiderata? Poteſt dici,ꝙ talis ſen
tentia ſuſpendi poteſt.ſecundum.do.no.& de hoc not.ſ.de appe.
ad hæc.qm̃ ſub interdicto.& supra de exces.præla. ca. fi.rñ.j.& j̃.
eo.quod nonnullis.[Ipſoſque] ſ.fratres.[Non negetur].non in il
la eccleſia interdicta,ſed in alia eccleſia non interdicta.ſecūdum
do. no. Quinimmo & in eccleſia interdicta authoritate iuris, vel
priuilegii apoſtolici poſſunt mortui,dummodo excommunica
ti,vel nominatim interdicti non fuerint, ſepeliri,vt ſequitur, &
probatur.j̃.de pœ.quod in te.§.j eligi tamen non debet ſepultura
in eccleſia interdicta.j̃.e.ver.qui tamen. [Nominatim]. ſic.ſ.eo.
cum & plantare.§.excōmunicatos[Suos quoque].ver.[Apud ec
cleſias ſuas].ſ.prælatorum. [Ipſi]. ſic priuilegiati.ſ. [Apud eccle-
cas ſuas]ſcilicet religioſorum ipſorum & priuilegiatorum, ſed
nonne debent ſemper religioſi in propriis eccleſiis ſepeliri? Non.
immo & alibi ſepeliuntur,ſi alibi moriuntur,vt præcedit,& pro
batur.xvj.q.j.c.j.in fi.poſſunt etiam in aliis eccleſis eligere ſepultu
a ram[a],vt hic innuitur,& legitur, & not.j̃.e.ver.qui tamen. [Hoc
autem].ver.vſque hic verba priuilegiorum extenduntur, verba
ſunt Papæ dicta verba priuilegiorum interpretantis.[Mutato ha
bitu].ita ꝙ habitus illos diſtinguat ab habitu ſeculari,licet ex to
to non habeant habitum illius religionis.argu.xxxiij.q.v.ꝙ Deo
pari.& talis largo modo eccleſieſtica perſona cenſetur. xxvij.q.i
vt lex.xii.quæſtione. j. duo poſſunt etiam habitum templariorū
ſine profeſſione aſſumere,argu.ſ.de regularibus. conſuliti.& ſi ta-
les contraxerint,matrimonium tenet. ſecundum do.no. argu.ſ.
qui cle.vel vo.conſuluit.c.veniens & c.rurſus. ex quo tamen ha-
bitum mutant,& recipiunt, priuilegiati intelliguntur,& eſt arg.
6 ꝙ † ubi aliqui,vel aliquæ offerūt se & ſua eccleſiis cathedralibus,
vel etiam conuentualibus,vel aliis ſecularibus, & certum ſignū
accipiunt eccleſiaſticæ perſonæ cenſentur.& argu.xii.q.ij.eccleſia
rum ſeruos.ſ.de religio.domi.de xenodochiis. ſ.de offi.archidia.
c.fi.§.j.in fi.& de hoc not.in Summa.de regulari. §.i.ver.qđ de ru
ſticis.quod dic,vt no.j̃.e.quidam.§.vnico.[Sua bona]omnia. ſe-
cundum quoſdam. Alii dicunt idem,ſi maiorem partem dona-
uerint.argu.ff.de excuſ.tut.propter litem. extra do.no. de reſtitu.
ſpolia.frequens.§.illum autem.& ſecundum hoc intellige,quod
legitur,& not.ſupra.eo.cum & plantare.§.de confratribus.& ad
de,quod not.j̃.eo.ver.penul.[Qui tamen.]ver.[Sepeliantur]ſcili-
cet confratres tempore etiam interdicti.[Regularium].ſed non-
ne etiam idem eſt,in oībus aliis? Ita videtur, nam ſi eccleſiæ ſint
interdictæ nihilominus poſſunt.parochiani in aliis non inter-
dictis eccleſiis eligere ſepulturam. Reſpon.hæc decret. intelligē-
da eſt,quando .in pænam populi forſan propter delictum domi-
ni vel vniuerſitatis eſt eccleſia interdicta ubi nullus parochiano-
rum poſſet alibi etiam in eccleſia non interdicta eligere ſepultu
ram,niſi ratione priuilegii,vt dicit hic:vbi vero propter delictum
clericorum tantum vel propter violationē eſſet eccleſia interdi-
cta,tunc poſſunt parochiani alibi, vbi volunt, dummodo non
in eccleſia interdicta,eligere ſepulturam.ſecundum. d.n.[In qui-
bus] ſcilicet. aliis non interdictis eccleſijs. [Elegerint]argu. eſt
7 hic ꝙ religioſi † poſſunt,vbi volunt, dummodo eccleſia interdi-
cta non ſit eligere ſepulturam, & legitur expreſſius. supra. de
exceſ.præla.nimis iniqua.§.j. ver.& ſi quis decedentium fratrum.
quod dic, vt ibi notatur.[Ne ſi de quibuslibet]. verſic.[Pro duo
bus]&c.Quid ſi medietatem bonorum darent? Dicunt quidam,
ꝙ non dicūtur fratres,niſi maiorem partem dent.argu.ff.de con
trahen.empt.in modicis.alij dicunt,ꝙ non ſunt fratres,& ſi totū
dent,niſi ſe reddant religioni,quia res & perſonæ ſunt acceſſoriæ,
ff. de redhibi.actio.iuſtiſſime. ſed hoc eſt contra mentem eius,
quod hic dicitur,& contra verba. ſ.e.ver.proxi.vbi hæc duo.ſ.ha-
bitum mutare, vel bona dare ſub diſiūctione ponuntur, ergo al
terum per ſe ſufficit. ſ.de reſcript.inter cæteras.cum ſuis concor-
dantib. [Diſſolatur] vnuſquiſque enim libenter daret, & tres, &
quatuor, & ſex denarios annuatim, ſi ſciret ſe poſſe hoc priuile-
gio vti,& ſic contingeret diſſolui cenſuram eccleſiaſticam,vt hic
dicit, quod non eſt ſentiendum.arg. ſ.de conſue.cum inter vos.
8 Vileſcat]Nota,† multa eſſe ſtatuta,ne vileſcat cenſura eccleſiaſti-
ca,ſed timeatur,& in reuerentia habeatur, vt hic. & j̃.e.c.§.j.ver.
penulti.&.j̃.de pe.cum ex eo.§.ad hæc.& legitur,& not.extra.do.
no.de except. pia lib.vj. & ſ. de conſuetu. cum inter vos. §. fina.
[Certam tamen]ver. Et ipſi[. ſ. qui de ſuo aliquam faciunt. ele-
moſinam

ADDITIO.

a ¶Sepulturam. Adde hoc verum eſſe,ſi ſint multum remoti a ſuis eccleſiis. alias
cus per tex.in ca.vlti.de ſepul.li.vj.

moſinam[Remiſſionem]puta centum dierum, vel vnius anni, vel alias, ſecundum ꝙ indulgentia continetur. ſ. de pœni. cum ex eo.& eſt fi.ſ de iudæis.ad liberandam.in deciſione glo. §.nos. ergo. verſicu.huius quoque remiſſionis. ¶Illud etitam]iiij.pars. [Indultum] ſicut in ipſorum priuilegijs continetur, & tangitur ſupra, eo. cum & plantare.§.ꝙ ſi templarijs[Si forte]ver.[Locus ille]ad quem adueniunt.[Interdictus]etiam ad homine.[In eorum] ſcilicet fratrum miſſorum ad fraternitates, ſiue collectas recolligendas.[Iocundo aduentu]cantabunt ergo ſolenniter diuina, vt ſequitur.Pulſabunt campanas,& ianuas tenebunt aptas, cum † populus in corū officiis debeat iocundari:quod aliter ad-
9 impleri nō poteſt,niſi & alte clamarent,& pulſarent campanas, vt ſic omnes ad eccleſiam conueniant. ſ. de offi. cuſto. ca.ij. reſpon.i.ver.j.Alias autem hoc non licet.vt ſ.ca. j.Sed contra.ſ.de conſuetu. cum inter vos. Sol. non dicitur ibi,ꝙ priuilegiati non poſſint celebrare alta voce,ſed ex ſola conſuetudine non poſſūt venire contra interdictum etiā ſubmiſſa voce celebrando. Vel melius dic, ꝙ non ſolum ex priuilegi,ſed etiā ex cōſuetudine, poteſt aliquis habere,ꝙ celebret tēpore interdicti,ſubmiſſa voce tamē, ſed ꝙ alta voce celebret, campanas pulſet,ianuas aperiat, hoc non poteſt habere ex conſuetudine, vt in contra. quia hoc verteretur in grauamen eccleſiæ generalis.ſ.de conſuetud.c.j. ſecundum do.no.Tu dicas, ꝙ obtentu alicuius conſuetudinis ne-
a mo poteſt habere,ꝙa celebret,etiam ſubmiſſa voce,vt patet in eo quod legitur,& nota. in d.contra. ſ. de conſuetu.cum inter vos, Ex priuilegio autem Papæ hoc competere poteſt,quia ſeruandū eſt id,quod conceditur,ſicut in priuilegio continetur.ſ.e.porro. habet enim Papa plenitudinē poteſtatis.ſ.de vſu pal.ad honorē. de qua diſputare ſacrilegium eſt. ſecundum d.n.arg.xvij.q. iiij.§. qui autē.C.de crimine ſacrile.diſputari.in Auth. vt iud. ſine quo quo ſuffra.§.eos autem.ibi,quis enim non diligat &c.coll.ij.Qui tamen & ſi ſubmiſſa voce hoc concedat multis.vt.ſ.ca.j.ſ.de pę. quod in te.§.j.ſ. de ſenten. excom. permittimus. perraro tamē hoc concedit, ꝙ alta voce pulſatis campanis, & apertis ianuis hoc fieri poſſit,vnde nec iſtis conceditur, niſi ſemel in anno,& in vna tantum eccleſiarum loci interdicti, in quo caſu etiam excommunicati mandantur excludi,vt ſequitur. & eſt ratio,ne, ſi paſſim cōcederetur,diſſolueretur pariter,& vileſceret eccleſiaſtica diſciplina.vt ſ.eo. ver.penult. cū ſuis concordantijs. [Vt excluſis excommunicatis]ergo a contrario interdicti poſſunt admitti.quod tamen debet intelligi, dummodo cām nō dederint interdicto.arg.ſ.c.i.§. verum.& dummodo non ſint nominatim interdicti.argu.ſ.eo.cum & plantare.§.excommunicatos. ſupra, de præben.in Lateranenſi.reſpon. i. [Diuina ibidem] alias ſibi.i. ad vtilitatem ſuam, quia ibi recipiunt oblationes, & collectas, vnde & alii nihilominus admittuntur,præmiſit, ſed prior litera
10 præualet [Celebrentur]ſic ergo patet, ꝙ † in eccleſia interdicta canonice celebratur ex vi priuilegij, vt hic, & intelligitur interdictum relaxatum non ſublatum, vnde idem remanet interdictum argu.ff.de precar.ſed & ſi maneat. xxiiij.q.j.acutius. xij. diſt. præceptis. Quinimo,ſecūdum Vincen. nullo modo intelligitur interdictum etiam relaxatum,ſed de licentia Papæ celebratur in eccleſia interdicta,ſicut & de his, quæ ad correctionē pertinent, ſ.de ſenten.excommu.reſponſo. & c. cum voluntate.& ſ.eo.peſtiſtis. §.j.ver.j.vbi de hoc. quod puto verius, vt patet in eo, quod no. ſupra eo. §. j. reſpon.j. ſuper verbo, interdictæ. quod dic, vt ibi no. Sed quia ſi iſti priuilegiati ſteterint per centum annos, ꝙ non venerint ad aliquem locum, qui ſæpe infra hoc tempus fuit interdictus, nunc veniunt tempore interdicti,& petunt admitti,nunquid ſunt admittendi? Dicit hic communis glo.ꝙ ſic. Nec nocet eis lapſus temporis in hoc caſu, quod puto verum, ſi in aliis locis, vel ſaltem in aliquo loco hoc priuilegio vſi ſunt. argu.ff.de ſerui.ius cloacæ.alias vt pomum. ad fi. & ff. de ſer.ruſt. præ.certo generi.ſi vero in nullo loco priuilegio iſto vſi ſunt, bene præſcribitur contra ipſum.ff.de nundinis.l.j. & legitur,& no. ſupra eo. accedentibus.& ca. ſi de terra. [Sic intelligi] ver. vſque huc protenduntur verba priuilegii a principio huius.§.ibi.ſi quis fratrum &c.citra. hic autem incipit verba ipſius priuilegii declarare. [Eccleſia] ſi ergo nuntij mittantur ſine fratribus, hoc priuilegio vti non poſſunt,qui & præter id, quod in ipſorum literis cōtinetur,nihil proponere populo permittuntur. quod dic,vt legi.& not.ſ.de pęni. cum ex eo.circa prin. [Quia licet pluraliter.]
11 ver. [Prædictorum locorum coniunctim]. q. d. † pluralitas reſoluenda in ſingularitatem.ff.de donatioues leges. ſupra de appel.ſignificauit.§.fina.ſ.de præben. cum iam dudum. §. fina. ij. q.j.in primis.ibi,accuſatores.& melius ſupra, de capel. mona.c.fi.ff.de cond.i.& de.falſa. ff.de ſta.ho.ſum.ma. Arg.contra.ſupra,de reſcri. olim.§.fina.de hoc no plura ar.ſupra,de reſcrip. c. ij.[Intellectū] nam & quidam inueniuntur, qui peruerſe interpretantur. ſ.eo.
12 in his.Et no.† ꝙ non eſt curandum de verbis, ex quo de mente conſtat,vt hic, & infra.de ver.ſigni.intelligentia.& c.in his. [Ne ſi hoc]. ver. [Vilipendi]. ſic ſupra. e.§.j.ver.penul. [Qui vero].

ver.[Præſumpſerint].ſic ſupra.eo.cum & plantare.§.fi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Priuilegium unius alij non prodeſt.*
2 *Priuilegium templariorum latius eſt alijs.*
3 *Differentia inter priuilegium conceſſum ſingulari perſonæ & loco.*
4 *Epiſcopus quòd tranſeat diem ſine miſſa valde inconueniens eſt.*
5 *Priuilegium late eſt interpretandam.*
6 *Occaſio iuris ad iniquum diſpendium non extendere.*

## C A P. XXV.

a QVod nonnullis. [Pōtificalis[.quod multum fauoris habere debet.vt patet in eo quod legitur & no.ſ.de accuſa.qualiter.ij.§.j.ver.& quia non poſſunt.& ſequē.extra.d.n. de ſenten.excom.quia periculoſum. lib.vj.[Concedimus]. ver.[ipſis epiſcopis.[Vt cum commune]Ac.i.generale.quod eſt communiter ab omnibus obſeruandum. Qualiter autem hoc intelligatur,dic,vt legitur,& plene not.ſ.de conſuetu. cum inter vos.ſ. de ver.ſigni.cum in partibus.[Excommunicatis]. hi & nominatim interdicti.& qui interdicto cauſam dederunt,ſemper ſunt excludendi.quod dic,vt no.ſupra.c proxi.§.illud.ver. j.[Interdictis]. Nunquid ergo ſi aliqui non interdicti ſuperueniant illiterati, vel illiterati admittendi ſunt,& poſſunt cum eis,ſi clerici ſint, in ſuo ordine celebrare diuina?Dicas,ꝙ non,niſi ſint priuilegiati,vt patet in eo,quod not.ſ.de exceſſi.præla.tanta. Sed nunquid & ſi nō poſſint.ibi in ſuo ordine celebrare,ſaltem poſſint ibidem audire diuina?Sic.etiam & dicere horas cum aliis,cum & ſine ipſis poſſint in eccleſia orare,& hoc etiam patet hic a contrario,nam in eo,ꝙ dicit ꝙ excommunicati & interdicti excludantur, videtur concedere,ꝙ non excommunicati & nō interdicti admitti poſſunt.ar.ſ.de præſump.nonne cum ſuis concordantib.ſed ſi aliqui non ſic priuilegiati ibidem celebrarent,in hoc caſu non deberet etiam aliunde venientes audire diuina, & ſic poteſt intelligi,quod no.ſ.de exceſ.præla.c.fina.§.j.ver.& excommunicationis.Sed miſſam priuilegiatorum audire poſſunt,vt præmiſi.Alii contra.pro quibus facit,quod legitur,& no.ſ.e.ſanc.Dici poteſt, ꝙ tales poſſunt admitti ad audiendum : vt hic innuitur a contrario ſenſu, non ad cantandum,& ad dicendum etiam horas cum aliis, niſi & in hoc eſſent priuilegiati.Et hoc intelligas, quando quæritur, vtrum aliquis non excommunicatus,vel interdictus poſſit audire diuina cum taliter priuilegiatis.ſ. vt tempore generalis interdicti poſſint celebrare diuina, vt hic ſequitur. Sed quicquid alias notatum inueneris,verius eſt,ꝙ nullus debet audire diuina, ſicut nec celebrare in loco interdicto,niſi in hoc priuilegiatus ſit.Nec obſtat,quod hic dicitur a contrario ſenſu, quia ex quo locus interdictus eſt, interdicti videntur vndecunque venientes ideſt eis intelligitur eſſe interdictum,ne ibidem diuina audiant,niſi ſuper hoc ſint priuilegiati,vt patet in eo,quod no.ſ.de exceſ.præla.tanta.§.j.ver. & excommunicationis.ergo omnes ſunt excludendi,
1 vt hic dicit,† nec priuilegium vnius alii prodeſt,vt patet in eo,quod legitur,& not.ſ. eo. ſane. ſed hoc ſentire proculdubio tutius eſt animabus,ergo & ſic tenendum eſt, vt patet in eo,quod legitur,
2 &no.ſ.de homici.ad audientiam.§.j.Priuilegium † vero templariorum latius eſt,quia ipſi admittūt ad diuina etiam interdictos, vt not.ſ.c.proxi.§. fi.ver. j. Ratio autem diuerſitatis per ſe multiplex patet,ſcilicet quia iſti frequenter celebrant, illi ſemel in anno,cauſa cuius priuilegii eſt fauor libertatis,vel religionis, vel perſonæ,& ſpiritualis non temporalis vtilitatis, ibi vero eſt cauſa et temporalis vtilitatis,vnde & ibi omnia publice fiunt, & vniuerſaliter iocundantur,hic vero in occulto celebrantur diuina.Illud
3 autem not.† circa hanc materiam, ꝙ vbi tale priuilegium ſingulari perſonæ,puta epiſcopo,vel Regi,vel comiti, vel alii conceditur,videtur conceſſum familiaribus preſbiteris & clericis, & commenſalibus perſonę priuilegiatæ, ꝙ non ſolum audire cum ea, ſed etiam ei in ordine ſuo diuina valeant celebrare. ſecundum. d.no.ar.in l.dicenti.ꝙ ſi quis rogauit precario,vt in fundo morari liceat,de ſuis quoque hoc idem conceſſum videtur.ff.de precariis.l.cum precario.ij.ad idem.ff.de vſu.& habi.l.ij.§.j.& l.ſequenti . & ff. de verborum obligatio. ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud.ad idem inuenies multas cōcordan.in eo quod no. in Summa.de teſtibus.§.quis poſſit.ſub.§.ſed & perſonæ ad perſonā. ver. item & iure ciuili.& ſequenti.argu.in eo,quod legitur, & no.ſ.de offi.archidia.c.fi.§.j.ver.fi.& ff.de precari.cum precario.Vbi vero alicui loco religioſo hoc conceditur, non videtur ipſius loci familiaribus hoc conceſſum.Ratio diuerſitatis hæc eſt,quia in primo caſu inutile redderetur priuilegium, niſi hoc diceremus, & iō eſt dilatādum.arg.ſ.e.in his.c.proxi.§.j.In ſecūdo vero caſu poteſt conuentus per ſe ſine familiaribus diuina officia celebrare, & ideo eſt reſtringendum.argu.ſ.ca.proxi.ver.penult.ſecundum do.no.Quid ergo ſi in conuentu non ſunt,niſi tres. vt ſ.de elec.c. j.& duo infirmentur?Tunc videtur,ꝙ tertius,qui ſanus eſt, poſſit vnum

A D D I T I O.

a Adde ad materiam huius.c.vide bo.tex.in c.fi.de ſenten.excom.li.vj.



vnum de familiaribus & commēſalibus ſibi aſſociare, alioquin priuilegium inutile redderetur, vt dictum eſt. & arg.ad hoc. ff. de his qui not.infami.l.ij.§.exercitum.& adde quod no.ſ.e.ſuper verbo,celebrare.in talibus tamen cum non ſint expreſſa in iure, tutius eſt recurrere ad declarationem Papæ.vt.ſ.c.prox. [Quandoque].i.ſemel in hebdomada.ſ. de ſenten.excommu. permittimus. Immo. i. quandocunque ſemel in die hora congrua. nam & hoc quibuſdam religioſis conceditur,ergo eſt ad epiſcopos extendendum,vt hic dicitur. [Suppreſſa voce]ita ꝙ exterius audiri non poſſint.ſ.de pę.quod in te.§.j.quod dic,vt ibi no .[Celebrare]vel facere celebrari vt patet in eo, quod not.ſ.ſuper verbo, interdictis. ver. illud autem notandum.nam nec epiſcopus
4 ſemper paratus eſt, & indecens valde eſt, ꝙ†epiſcopus diem trāſeat ſine miſſa.argu. ſupra, de celebra. miſ. dolentes. ſed & celebraſſe videtur, qui nedum per alium, ſed vna cū aliis celebrauit. argu.ſ.de ſenten.excommu.mulieres.§.fi.ſ.de vita & honeſt.cle.
5 vt quiſque preſbiter. †& priuilegium late eſt interpretādum.ſ.de priuile. olim. §.j. [Eis]ſcilicet epiſcopis.[Expreſſe]ſic ergo in generali ſententia epiſcopi non cōprehēduntur, ſed ex quo eis ſpecialiter prohibetur,non eſt locus incertis decætero coniecturis, vt patet hic, & extra do. no.de ſenten. excommu. quia periculoſum.lib.vj.ff.de ver.oblig.continuus.§.j.vnde & ſi poſt expreſſam inhibitionem ſibi factam hoc præſumeret epiſcopus ,non euaderet irregularitatem, vt patet in eo,quod not.ſupra de exceſ.pla. tanta.ſ.de cleri. ex.mi. ſi celebrat.§. fina.& c.ij. ¶Verum]ii.pars. [Qui cauſam] tunc enim ex delicto ſuo hoc priuilegium non haberent.argu.ſupra, de dona.inter vi.& vx.& ſi neceſſe.§.j. cum ſuis concordan. & idem eſt de ſingulis laicis, vt ſcilicet,ſi fraude vel dolum commiſerint,quare interdictum latum eſt,tali indulgentia ſibi,alias generaliter conceſſa gaudere nō poſſunt, idem ſi propter aliquem, vel aliquos in eos punitum, puta,dominum terræ, vel vniuerſitatem poſitum ſit interdictum, in quo caſu etiam in non interdicta terra non poſſent audire diuina, vbi vero nec propter ipſos, nec propter alios in eos puniendos latum eſt interdictum, ſecus eſt,quia tunc extra terram poſſunt audire diuina in loco non interdicto,& etiam infra terram cum priuilegiatis,ꝙ poſſint celebrare diuina.argu.hic.& ſupra,c.proxi.& ſ. de pœniten.quod in te. in fi.vbi dicitur,ꝙ poſſunt peregrinari & in peregrinationibus plus conſueuerūt homines intendere diuinis officiis,quam alijs pijs operibus. ſecundum do. no. ſed ibi loquitur de recipientibus ſignum crucis, de quibus conſtat, ꝙ in hoc & in multis aliis priuilegiati exiſtunt, vt patet in eo, quod legitur,& no.ſupra,de iudæis.ad liberandam. facit tamē pro hac opinione,quia iure non eſt prohibitum, ꝙ tales non poſſint audire diuina, & pęnæ ſunt moliendę.de pœ.di. j.pęnæ.ſecundum do.no.& melius.ff.de reli.& ſump.fu.l. & ſi quis.§.ſ. generaliter. ff.de ſepul.vio.l.ij.§.non perpetuę.ſ.de tranſla.epiſco.c.ij. §.ſed neque.ver.ſi.Quod non placet.& dic, vt no. ſupra,eo.reſpon.j.ſuper verbo,interdictis.ver.ſed quicquid alias notatum inueneris. Vbi autem non locus,ſed aliqua domus.i.dominus cum familia,vel ēt populus alicuius villæ interdicitur , tūc cū perſonę interdictę ſint,nō licet alicui ex eis in aliquo loco audire diuina. argu.xvij. q.iiij. miror.xxiij.q.iiij.ſi habes.ſ.de ſenten.excomm.quod in dubijs[Aliquam].i.qualemcunque.q.d. etiam ſi modicam cauſam præſtiterit interdicto, puta auxilium vel conſilium , vel etiam ſi occaſione ipſius interdictum poſitum fuerat , quamuis exinde doluerit. ſecundum do. no. Quinimmo & ſi in fauorem ſuum poſitum fuit,ipſum interdictum ſeruare tenetur. quod dic,vt legitur,& no.ſ.e.petiſtis.[Tale compendium]ſubaudi tales, tale dico compendium &c. ſcilicet ꝙ poſſint celebrare ex vi indulgentię.[Ad iniquum diſpendium]puta,ipſi ponunt, vel procurāt poni interdictum, vt poſtea ipſi ſoli celebrent, & ad ipſos populus concurrat,a quibus & oblationes recipiant in ſecreto, & aliæ ec-
6 cleſiæ defraudantur.Sic no.†occaſionem iuris ad iniquum diſpēdium non extendi,vt hic,& C.de vſucap.pro emp.eum qui.xlv. diſt.licet.ſupra, de tranſla.epiſco. ca.ij.§.ſed neque.ver.nec quod de ceſſione.

*S V M M A R I V M.*

1 *Intentio legis potior,quam uox.*
2 *Excommunicatio quando ſit.*
3 *Diſſimulatio in prælato,mortalis eſt.*

## C A P. XXVI.

QVanto amplius. [Monachos] iniuriātes ciuiliter, vel delinquentes infra locū priuilegiatum , ſecus ſi extra , vel monachos ſic priuilegiatos vt ab aliquo ordinario puniri non poſſint, in quocunque loco quantumcunque delinquant,vt ſequitur.quod dic , vt le.& not.ſ.eo.quoniam per confeſſionem.& c.tuarum.§.j.& extra.do.no.eo.ti.volentes.§. j. & ij. & §.in eo. lib. vj. [Muniti] vt ſic licet q̄tūcunque delinquant, & vbicūque ſe transferant,a nullo ēt epiſcoporū, vel ſuperiorū valeāt excōicari,& ſic verba priuilegiorū ipſos oīo defendūt, ſed & mens plus importat, & ex quo de ipſo conſtat oīo ſeruanda eſt.

vt patet in eo,quo legitur,& no.ſ.e.ver. & ſic.[In eos]. ver.[Qui molunt in molēdinis &c.]hoc eodem modo vindicant, ſe mulctoties laici de clericis faciendo ſimilia ſtatuta contra eccleſiaſticam libertatem.Quinimmo & quandoque ſtatuunt, & preconizari faciunt ſub certa pœna, ꝙ nullus minus offerat. xx.ſolid. quod perinde eſt, ac ſi ſimpliciter dixiſſent, ꝙ nullus offerat aliquid,cum pauci ſint, qui nedum.xx.ſolid.ſed etiam duos ſimul denarios velint offerre,vnde & ſunt excommunicati.ſ.de ſenten. excommunica.nouerit.ſ.de immunita. eccle. non minus. & c. aduerſus. & exinde præmiſſa taxatione poſſunt puniri in pecunia.ſ.de iniur.olim.[Sententias proferunt].ſed nō videtur, quòd Cluniacenſes ex hoc contra epiſcopos habeant actionem, nec enim iſti, in quos ſententiam proferunt epiſcopi, ſunt ſerui ipſorum,vel filii,vel vxores,ex quorum perſonis actio acquiratur.Inſti.de iniur.§.patitur.& ſequentibus. Sed & quid ad monachos, ſi epiſcopi male tractent ſubditos ſuos?Rñ.verum eſt, ꝙ non poſſunt agere actione iniuriarum ſubditis epiſcopi illatarum,de dolo tamen poſſunt agere, ne damnum incurrant,& cum alias ex dolo epiſcoporum damnum conſequerentur, & alia actio deficiat, vt patet. ff.de do.l.j.vel etiam poſſunt accuſare epiſcopos de crimine ſtellionatus. vt.ff.de crimi,ſtel.l.penulti.ſed epiſcopi. & alii præla ti bene agunt contra epiſcopos, & alios ſuperiores , ſi exceptis caſibus,in quibus iuriſdictionem habent, contra ipſos procedant, petendo quòd exinde ſatisfaciant, & de cetero a ſimilibus abſtineant,vt patet in eo,quod no.ſ.de offi.archidia.c.fi.§.j.& ſupra.de exceſ. præla. ca.ij.extra do.no. de cenſibus.Romana.libro.vj.In quo & venit intereſſe, quod ante litem conteſt.accidit dummodo expreſſe peratur,vt no.ſ. de reſtit.ſpolia.grauis.& de dolo & contuma.finem.[Et ſic]. ver.in quo ponitur primus exceſſus epiſcoporum.[Sola verba].& male.quia potius ſeruanda eſt mens,ex quo de ipſa cōſtat.infra de ver. ſigni.in
1 telligentia.& c.in his.j.q.j.marchion.ff.de legi.ſcire leges.nā†potior eſt intentio, quam vox.38.di.ſedulo. ff.de ſup.le.Labeo.in fi. ff.de ſun.inſtruc.le.cum delanionis. §. a ſinam.in fi.quod locum habet & in teſtamentis.ff.de lega.j.l.penul.ff.de lega.iij.non aliter & in contractibus.C.quæ res pig.ob.poſ.l.fi.& in reſcriptis. ſupra de reſcrip.c.ij.& c.ad aures.& in priuilegiis,vt hic,& in iudiciis.vt infra de ver.ſigni.in his.& in matrimoniis.vt patet in eo , quod legitur,& not.ſ.de ſpon.ex literis . j.& c.tua.& generaliter in quibuſcunque verbis,quia nec propter aliud facta ſunt verba,niſi ad hoc,vt vnuſquiſque,quod intendit,in aures alterius transferat,vt xxij.q.v.humanæ aures.& non tantum verba edicti ſeruāda ſunt, immo potius & mens , vt patet.ff.de legi.contra legem.ideo ergo reprehenduntur hic epiſcopi,qui ſola verba ſeruabant, & nō vim & poteſtatem verborum,nam indirecte videntur monachos excommunicare,ex quo eis communionem ſubtrahunt aliorū, ſic enim excommunicantur iudæi. vt infra ſequitur.[Dicti ordinis].ver.in quo & ponitur ſecūdus exceſſus epiſcoporum.[Quo-
2 dammodo].ſcilicet indirecte,vt in præceden.glo.† Excommunicatio enim nihil aliud eſt,quam a communi participatione,ſiue fraterna ſocietate ſeparatio.iij.q.iiij.Engeltrudam. [Ex quo].ver. in quo ponitur & tertius exceſſus epiſcoporū. Et nota , ꝙ tertius & ſecundus ſequuntur ex primo,& quartus ſimiliter, de quo ſequitur.ſ.ver.j.[Iudæorum].in hoc.ſ.quia cum eccleſia iudæos excommunicare non poſſit,quid enim ad nos de his,qui foris ſunt ſupra de diuor. gaudemus ? quando iudæi delinquunt, diſtringit eos eccleſia ſubtrahendo communionem chriſtianorum, vt hic dicit,& probatur.ſ.de vſur.poſt miſerabilem.& c.quanto. & ſ.de iudæis.& ſi iudæos.§.fina.& ca.poſtulaſti.[Et qui eis].ver.ſ.monachis.& eſt iſte quartus exceſſus epiſcoporum.[Maiorem &c.]qui enim communicat excommunicatis,excommunicatus eſt, ſed minori excommunicatione tantum.ıı.q.iij.cum excommunicato.iſti vero , qui participant monachis, excommuicati ſunt maiori,& ſic grauius puniuntur iſti participantes, quam primi.
3 ¶Nolētes igitur].ij.pars.[Diſſimulatione]† & quæ prælato mortalis eſt,vbi videt ſubditos delinquentes,vt patet.xliij.diſtin. Epheſiis.ſupra de offi.ordina.irrefragabili.[In fraudem]. ſecus ergo videtur,ſi bona fide,& cauſa iuſtitiæ faciendæ,puta,quando monachi delinquunt inſolenter,& ipſos aliter diſtringere nequeunt.ſecundum quoſdam.ſed non poteſt eſſe bona fides, ex quo priuilegia non ſeruantur,vt hic patet.& ſupra.eo.c.iiij.& hoc patet, ꝙ ex quo non poſſunt monachos excommunicare,nec attentare debent aliquod æquipollens, quia, ex quo denegatur vna via, denegatur & omnis alia, per quam ad idem peruenire poteſt, vt legitur,& no.ſupra de procura.tuæ. Nec eſt aliquid in fraude priuilegii attendantum , vt hic , ſicut nec in fraudem canonis. ſupra de conceſ. præbend. conſtitutus. in fi. nec in fraudem legis. ff.de legibus. contra legem . & ſequen. ff. ad Macedon. l.iij. vel. iiij. §.is autem. [Quia ſi ſuperhoc] ver. [Conniuētibus oculis] .i.tacite conſentientibus. argu.in eo, quod legitur, & not.ſupra, de hæret.ca.ij.vel.i.clauſis.ſic.ſ.de ſenten. excōmunica. cū queſti. §.i.[Sæueritate debita]id eſt decurtatione priuilegiorum. ſupra, eo. dilecti.in fi.& finaliter eos ſi proteruitas contumacię hoc exigat

gat degradando. ſupra, de cler.non reſi.ex tuæ. & de iudi.cum
non abhomine.

*SVMMARIVM.*

1 *Regina Anglorum deſiit eſſe Regina,ex quo nupſit inferiori ſe.*
2 *Vxores coruſcant radijs maritorum.*
3 *Clericatui renunciantes,priuilegio canonis ſunt indigni.*

CAP. XXVII.

EXparte. Pars.ſupra,de cleri.coniunga.exparte.
[Nec habitus &c.]ſi.ſupra,de electio.
trāſmiſſa.& accedit.ſ̃. de vita & hone.cler.clericus. ſi
tonſuram.& c. clericus neque comam [Deprehen-
dunt.]ita ꝙ non eſt locus inficiationi, & ſic notorium facti eſt.
ſ̃.de cohabi.cleri.& mulie.ca.finali.ſ̃.de accuſa. euidentia.[Foris
factis].alludit vulgari Vltramontaneorum .i.aliter quam debet,
& ſiue foras,vel extra ius factis,hoc eſt exceſſibus, ſeu delictis, vt
ſequitur.ſi ſupra de præſcrip.ad audientiam. ¶Vt tuam].ij.pars
[Aſſumunt. vbi nunquam fuerunt clerici forſan a barbitonſore
tantum. [Seu etiam reſumunt]. vbi alias habuerunt tonſuram
abiectam.ſic ſudra de cleri.coniu.c.penul.quæ & pars iſtius vide-
tur.[Haberentur].ideo manus iniicientes excuſati videntur.ſecū-
dum quod legitur,& not.j̃.de ſenten. excommunica. ca.iiij.& c.
in audiētia.¶Ne igitur].iij.pars.[Reſumpto]. vel de nouo aſſum
pto,vt ſ̃.§.proxi.[Malitia foueatur]. alias in malitiam foueantur
ſcilicet ſuam.[Tuam]. loquitur quondam Reginæ Anglorum
1 relictæ Regis Iohannis, quæ † poſt mortem Regis nupſit comiti
Marchiæ,vnde deſiit eſſe Regina,quam cito nupſit inferiori.ff.de
2 ſenatoribus.l.fœminæ.& ideo dicit quondam Reginæ,nam †vxo
res coruſcant radiis maritorum.in Auth.de conſulibus. coll.iiij.
de eadem Regina loquitur,ſ̃.de foro competē.ex parte. [Fuerint
deprehenſi].Sed contra videtur,quia licet clerici in delictis depre
henſi fuerint, non tamen capi, vel retineri poſſunt ſine licentia
prælatorum ſuorum, niſi clericos eſſe probabiliter ignoretur.j̃.
de ſenten.excommunica.ſi vero aliquis.& c. in audientia.& c.vt
famę.§.fina.ſ̃.de vita & honeſta.cleri. ca.fina.Solu.dic, ꝙ ibi cer-
tum erat illos eſſe clericos,ſed cauſa laſciuiæ,vel leuitatis,ſeu ne-
gligentię habitum depoſuerant clericalem,qui priuilegium ſem
per retinent,quouſque incorrigibiles appareant trina monitione
præcedente,vt ibi.& j̃.de ſenten.excommu.in audientia.Hic au-
3 tem loquitur de his, qui omnino † clericatui renuntiauerunt,
ſeu facientibus publice, quòd dimiſerant clericatum & tonſu-
ram,& habitum depoſuerant, & omnino tanquam laici incede-
bant.vt ſupra.§.proxi.qui priuilegio canonis ſunt indigni,vt hic,
& j̃.de ſentent.excommunica.contingit.ij.idem videtur, ſi arma
ti incedant,& enormia committant. quod dic, vt legitur,& no.
infra de ſenten.excommu.perpendimus.[Tolerandum].quę to-
lerantia excuſat a pœna canonis, ex quo ex certa ſcientia fit, ſe-
cus de diſſimulata,& ſic non obſtat.ſ̃.de præben.cum iam dudū.
in fi.quod dic,vt no.ſ̃.de ſupplen.ne.præla.c.penulti.[Cum mali
tijs].vt ff.de rei vendica.in fundo.ſupra qui ma.accuſa.poſ.ſignifi
cante.ſ̃.de reſcrip.plerunque.

*SVMMARIVM.*

1 *Leges ſunt ancillæ iuris canonici.*
2 *Laici ſubſunt miniſtris iuris canonici.*
3 *Leges ſacratiſſimę de iure ab omnibus ſciri debent.*
4 *Imperator Mundi dominus eſt.*
5 *Leges non debent allegari in quæſtionibus eccleſiaſticis,vbi iura canonica ſufficiunt.*
6 *Lex canonica quaſi in omnibus negotijs eccleſiaſticis eſt ſufficiens.*
7 *Commodum & incommodum quis ſentit ratione vicinitatis.*
8 *Octauianus Auguſtus dedit militibus Cremonam, & etiam,Mantuam ratione vicinitatis.*
9 *Lupanaria non infamant vicinos.*

CAP. XXVII.

SVper ſpecula & inf. Pars.ſ̃.de magi.
ſuper ſpecula.
1 [Famulatum].ſic patet,ꝙ † lex eſt ancilla iuris cano
nici,vt hic,& x.diſt.lege.quod dic,vt no.ſ̃.de no.ope.
nuntia. cap.j. & de ſolu.cap.fi. miniſtri etiam legis ciuilis. ſ.laici
2 † ſubſunt miniſtris iuris canonici. ſ.clericis. ſ̃.de conſti.eccleſia
Romana.ſ̃.de ma.& obe.ſolitæ.ſ̃.de rebus eccle.non ali.c.fi.vnde
& ipſos vocant ad iuuandum.ſ̃.de offi.ordina.capitu.j.& ipſos di
ſtringunt iuſtitiam facere.xxiij.q.v.adminiſtratores. & legitur,&
no.ſ̃.de maledic.c.ij.§.fi.reſpon.j.& de iudæis poſtulaſti.[Imitan-
tur].q.d.non omnes acceptamus,ſed rationabiles tantum,& quę
nobis contrariæ non ſunt,vt patet.ſ̃.de reſtitu. ſpolia.ſæpe.ſ̃.de iu
ramen.calum.literas.Vel.q.d.ſatis poſſumus leges recipere, quia
& de mente ipſarum eſt,quæ nullum peccatum mortale appro
bent, vnde & in his ſacrorum canon. æquitate & iuſtitia fultorū
veſtigia imitantur.in Auth. quomodo op. e.§.ſi vero eccleſiaſti-
cū.coll.vj.& de ec.ti.rñ.j.& §.j.& ij.coll.ix.ſ̃.de iudi.clerici. vbi de
hoc.¶Quia tamen]. ſecunda pars. [Nonnullis prouinciis].aliis
quam in Frācia iacet.melius dixiſſet magiſter,quaſi in omnibus
aliis,ſicut eſt Hiſpania tota Anglia Scotia, Vuallia, Hybernia,
Alamannia,Datia,Suetia,Norueia,Hungaria Boemia,Polonia,
Bulgaria, & breuiter excepta Italia,& Regno Arelaten.nullæ aut
paucæ prouinciæ ſunt,quæ iure ciuili regantur, licet vtantur ar-
gumentis ipſarum proprijs deficientibus conſuetudinibus & ſta-
tutis,quamuis lex dicat hoc econtrario obſeruandum,vt.ff.de le-
gibus.de quibus. ad idem ſupra, de ſepul. certificari. vbi de hoc.
[Non vtunt]non dicit vti non debent,ſed non vtuntur,quaſi fa-
3 ctum notando. †de iure enim leges ſacratiſſimę ab omnibus ſci
ri debent,& in his,quæ cōtra Deum non ſunt,plenius obſeruari.
ut.C.de leg.leges vt generales.& l.leges ſacratiſſimæ.Nam etiam
4 Imperator† mundi dominus eſt. ff. ad legem Rho. de iac.depre-
catio.C.de quadri.præſcrip. bene a Zenone.vij.q.j.in apibus.& de
iure omnes ſunt ipſius iuriſdictioni ſubditi,ſcilicet, tā Romani,
quā Franci,Alamanni,Saxones,Iothoringi,Frixones,Galli,Bur-
gūdiones,Britones,Lōbardi,Maſcones, Beneuētani,Gothi, Hiſ
pani, & cęteri oēs, vt patet.xj.q.j.volumus.& C. de offic.præfec.
præt.Afr.l.j.& ij.& ff.de cenſi.l.fi. ſed de facto multi ex prædictis
hoc dominum minime recognoſcunt,poſſumus ergo dicere,ꝙ
non quod fit,ſed quod fieri debeat,eſt ſpectādum.ff.de offi.pręſi.
l.ſed licet.ſupra,de elec.cum cauſam quæ.§.quia igitur.& de hoc
no.ſ̃.de maio.& obedien.ſolitæ. ſupra,qui fil.ſint legiti.per vene-
rabilem.§.j. ver.fi. [Et occurrunt]ver. [Raro] tamen occurrunt.
vt ſupra,de no.ope. nuntia.c.j & in materia teſtamentorum tu-
torum,ſeruitutum,& in multis aliis,de quibus etiam non habe-
mus ſpeciales rubricas, & hæ, quas habemus, non ſufficiunt ad
omnia, quæ occurrunt. & de hoc no. plene ſupra, ne cleri. vel
mona.ſuper ſpecula.§. fi.[Quæ non poſſunt ſtatutis] cum gloſ.
5 ſuis.[Canonicis]Ex hoc elicies tria notabilia.†Primum eſt,ꝙ in
cauſis eccleſiaſticis, in quibus ſufficiunt iura canonica, ex quo
inueniuntur expreſſa,non eſt ad leges, vel alia mendicata ſuffra-
gia recurrendum.ad hoc.ſ̃.de conſti.c.j.& c.ne innitaris. & hoc
eſt contra quoſdam, qui inducunt argumenta legum,& per ip-
ſas cauſas diffiniunt, expreſſa iura canonica contemnentes, vel
potius ignorantes, ſicut patet exemplum in multis glo. d.n. in
varijs locis huius commēti ſparſis.Secundum eſt, quia vbi defi-
ciunt,eſt recurrendum ad leges,& conſuetudines,& naturales ra
tiones,& exempla,vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ̃.de no.ope.
nuncia.c.j.ſupra,de ſepultur. certificari. ſ̃.de elec.venerabilem.§.
obiectioni. ver. quod autem.& ſequen.& tandem ad prouerbia
vulgaria, & philoſoporum, & Ethicorum rationabilia, vt pa-
tet ſupra de iudæis. & ſi iudæos. reſpon. j. in fi. ſupra de iureiu-
raud. quemadmodum. §.fina. ver. quia turpius.xxxvij.diſtin.ſi
quid veri de Deo ſibilla.de conſecra.diſt.ij.ne tales. Tertium eſt,
6 ꝙ †lex canonica quaſi in omnibus negotiis eccleſiaſticis eſt ſuf-
ficiens,ad quod accedit quod not.ſ̃.de æta.& qualitate. c.penult.
¶Vt plenius]iij.pars. [Sacræ paginæ]ideſt diuinæ,ſiue theologi-
cæ,vt patet in parte iſtius.ſ̃.ne cleri. vel monac. ſuper ſpecula.a
quo tamen nec legem canonicam excludo,vt no. ſupra, de æta.
& qua.cum ſit ars artium. [Vicinis locis] & ita ratione vicinita-
7 tis ſentit † quis quandoque commodum, vel incommodum.de
pœni.di.j.ſed & continuo. 44.di.§ j.17.q.iiij.ſi quis contumax.ff.
de cōtrahen.emp.qđ ſæpe.§.fi.& legitur,& no.ſupra de precar.in
ter ſolicitudines.§.ipſum igitur.ver.ī pęnā aūt.vnde illud. Mātuę
*Ve miſerere nimium vicina Cremonæ.*
8 † Octauianus enim Auguſtus militibus,qui ipſum iuuerant cō-
tra Antonium tēpore ſchiſmatis, dedit pro remuneratione Cre
monam.quæ & ei rebellauerat, &,quia non videbatur ſufficiens
remuneratio,iunxit Mantuam, illa ſola ratione quia vicina erat.
9 Argu.contra.quia † lupanaria non infamant vicinos.32.q.v.to-
lerabilius.]Docere, vel audire].ergo ſimilis culpa tam prohibita
diſcere,quam docere,vt C.de maleſi.& Mathæ.l.penul.quod dic,
vt plene not.ſ̃.ne cleri.vel mona.ſuper ſpecula.§. quia vero.[Et
qui contra fecerit].ver.[Excludatur].Hæc eſt prima pęna,quæ ip
ſo iure infligitur,non ſolum in foro ciuili, ſed etiam in canoni-
co,& de hac materia not.ſ̃.de poſtul.ca.j.[Per epiſcopū loci]. de
cuius foro factus eſt ratione delicti.ſ̃.de rap.c.j.[Excommunica-
tionis].hæc eſt ſecunda pœna,quam non ipſo iure incurrit,vt ſe-
quitur.[Innodetur].ergo præmiſſa monitione.j̃.de ſenten. excō-
mu. ſacro.ſi igitur pęnitere voluerit,hanc vitabit.

*SVMMARIVM.*

1 *Innouatio priuilegij nihil noui confert.*
2 *Confirmatio quandoque tranſactionem perſonalem reddit realem.*
3 *Papa iuri alieno non intendit præiuditium generare.*

CAP. XXIX.

QVia intentionis noſtrę. Et infra,
[Innoua-
1 tio].ſ.priuilegiorum. [Ius nouum].Hic patet,ꝙ † in-
nouatio priuilegii nihil noui cōfert, ad idem.24.q.j.
Achatius.quod dic,vt legitur,& not.ſ̃.co.ex parte abbatiſſæ. in fi.
Sic per protectionem generalē nō diminuitur ius epiſcopi. ſ̃.co.
ex parte.ij.Sic p confirmationē in forma cōi obtenta nihil iuris
acquiritur.ſ̃.de conceſ.præben.quia diuerſitatem.Quandoque ta
2 men † cōfirmatio tranſactionē perſonalē reddit realē.qđ dic, vt
[Statu].
legitur,& no.ſ̃.de tranſact.c j.& c.veniēs.[Te in eo] ver. [Statu]
qui ſine cauſæ cognitione non eſt immutandus, maxime lite pē
dente.C.de li.cau.ſi is quē.& l.lite ordinata.& l.principaliter. & p
totū.& ſ̃.vt li.pen.per totum.[Tpe]ſic tp̄s datæ conſideratur. ſ̃.de
reſcr,eā te[Cæterū]ver.[Iuri]alieno.ex hoc patet prima facie, ꝙ
3 non†intendit Papa iuri alieno præiudicium generare, vt hic. &
j̃.eo.c.§.j.& ſ̃.eo.paſtoralis.in fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Cultus diuinus potius augmentandus,quam diminuendus.*
2 *Cultus diuinus multum fauoris habet.*
3 *Interpretatio maligna vel aſtuta non approbatur.*
4 *Ordo predicatorum fuit primus per ſedem apoſtolicam approbatus quam ordo minorum.*
5 *Parochialis iuris quæ dicantur.*
6 *Priuilegium non datur in graue damnum alterius.*
7 *Viaticum peregrinis tempore neceſſitatis concedendum eſt.*
8 *Priuilegium Principis latiſſime eſt interpretandum.*
9 *Authoritas apoſtolicæ ſedis vbi interuenit, non eſt recurrendum ad diœceſani ſuffragium.*
10 *Priuilegium ſemper aliquid afferre debet.*
11 *Interpretatio fieri debet, vt res potius valeat, quam pereat.*

CAP. XXX.

1 INhis, [Cultum diuinū]q potius†eſt augmētā-
dus,q̃ diminuendus,vt ſ̃.de ꝯſt.c.pe.vbi de
2 hoc,& q†multū fauoris hēt,vt patet.ſ̃.de teſt.c.fi.[Di-
3 gnoſcūtur]ſubaudi maxime, nunq̃.n.†approbat ma
ligna interpretatio,vł aſtuta,vt le.& no.ſ̃.de decimis.ad audiētiā.
vel nimis ſtricta.j̃.e.§.j.vbi de hoc.¶Vñ mirari]ii.pars. [Prædica
torib.& minorib.] quorū ordinē & regulā ſedes apł̄ica approba-
uit.qđ dic,vt le.& no.ſ̃.de exceſ.præla.nimis praua.in prin.& no.
4 ex ordine ſcripturæ,ꝙ † ordo p̄dicatorū primo fuit p ſedē apł̄icā
approbatus,iō & prior & maior ordine minorū reputatur, vt &
ibi no.[Vbicūq;]in tota chriſtianitate,alibi vero reſtringitur hoc
5 verbū,qđ dic,vt le.& no.ſ̃.de vſu pal.c.pen.[Parochialis iuris]†ſi-
cut ſunt decimæ parochiales,oblationes,primitiæ, mortuaria,vt
patet.xxxii.di.p̄ter hoc.ſ̃.de teſta.c.fi.ſ̃.de ſepul.c.j.j̃.de ver. ſig.cū
6 inter vos[Præiudicio]& ita in p̄iudicium †alterius nō datur pri-
uilegiū graue.ſic.C.de prec.Imp.of.quoties. C.de eman. nec au⁹.
ff.de adm.tu.l.impuberū.ſ̃.c.ꝓx.& le.& no.ſ̃.de vſu pal. c.antepe.
7 ad fi.[Viatico] i.portatili.qđ†& omnib.peregrinis, & ēt aliis tpe
neceſſitatis vr̄ eſſe ꝯceſſum.de ꝯſe.di.j.ꝯcedim⁹. Sed quicquid di-
cat illud.c.poſſet hoc a diœceſano epō prohiberi,niſi obſtaret pri
uilegiū,vt hic[Quidā]ver. [Nimis ſtricte] qđ eſſe nō dēt,immo
8 †latiſſime eſt interpretandū beneficiū Principis ab alio,q̃ a Prin
cipe.ff.de ꝯſt.prin.l.fi.ij.q.iiii §.notādū.in fi.j̃.de ver.ſi. olim.Prin
ceps vero ipſe q̃nq; ipſum ſtricte interpretatur.ſ̃.e.vt priuilegia.§.
fi.ver.ſic intelligi.& ſeq.c.qđ dic,vt no.ſ̃.e.qa circa.in fi. [Per eā].ſ.
indulgentiā.& male hoc aſſerunt,vt patet.j̃.§.j.[Prælatorū]loco
rū illorū,ſiue ſint epi,ſiue minores prælati.d.n.[Propter qđ]ver.ſ.
quia non probant ſe hr̄e lnīam prælatorū[Iuxta indulgentiā]&
9 male,vt patet ī eo,qđ le.& no.ſ̃.e.porro.& c.dilecti.†vbi.n.autho-
ritas apł̄icæ ſedis interuenit,nō eſt neceſſarium recurrere ad diœ
ceſani ſuffragiū mendicatū in hac parte.ar.ſ̃.de ma.& obe.cū in-
ferior.& patet in eo,qđ le.& no.ſ̃.de cle.non reſiden. fraternita-
tis.ſ̃.de hær.excōicamus.i.§.quia vero.ver.j.¶Cū aūt]iii.ps [Con
10 ferret]qđ dicendū non eſt,nā † priuilegiū ſemper aliquid afferre
dēt.ar.di.iii.priuilegia.C.de inof.teſta.l.fi.quaſi in medio legis.j̃.e.
in fi. Nec ſunt verba ipſius perfunctorie tranſeunda, nā & debēt
aliquid operari.qđ dic,vt plene no.ſ̃.e.ex ore.§.j.in prin.& ver.re-
linquitur.& ver.in priuilegio.Sed ꝯ.ſ̃.de vſu pal.c.antep.ad fi.ſ̃.de
of.deleg.ſuper eo.ſ̃.de ꝯfir,vti.c.fi.ſ̃.e.paſtoralis.Sol.iō nō requirit
hic ꝯſenſus diœceſani,qa nō fit ei p̄iudiciū, immo excipitur ius
parochiale,vt ſequit.In ꝯriis vero,niſi requiritur ei p̄iudiciū,pare-
tur,vt & no.ſ̃.e.paſtoralis.& de vſu pal.c.antep [Indulgētia] ſi ita
ſtricte interpretaret[Sine qua]&c.[Eiſdē]ſi.ar.ſ̃.e.ex ore. § j. ver.
pe.& fi.[Fraternitati]ver.[Reprobata]eſt.n.reprobanda, vt patet
ex eo,qđ no.ſ̃.§.ꝓx.ver.qdā[Datā eis &c.]vt ſequitur [Dūtñ &c.]
& ſic volue hic,& ꝯtinua ſequentē.ver.[Dūtñ]ver [Proueniunt]
& quæ ſunt hæc no.ſ̃.§.j.ſup ver.parochialis iuris[Prorſus]caueāt
ergo,ne de his aliquid ſibi appropriando vſurpent publice, vel la
tenter,vt & no.ſ̃.de exceſſ.præla. nimis praua. non.n.caret mini-
ſterio iſtud prorſus,& adde qđ no.ſ̃.de pac.plerique.ſ̃.de ſepul.c.j.
in fi.[Abſtineant]ergo ſi nō abſtinent,nullū fructū ex indulgen
tia ꝯſequi debent.ar.ſ̃.e.tuarū.§.j.in prin.& c.cū & plantare. §. fi.
[Datam]ver.[Publicare] vt nullius poſſit cauſari ignorantiam.
ſ̃.de iudæis.ita quorūdā.§.fi.ſ̃.de accu.ſicut olim. ſ̃.de poſtul. p̄la.
c.j.& xvi.di.quod dicitis.xii.q.ii.qui diuinis & humanis.ff.de inſti.
act.ſed ſi pupillus.§.præſcribere.ver.de quo pal.i ſubaudi,& vt ip̄a
vti poſſint,rebelles p cenſurā ecclaſticā ꝯpeſcēdo ipſos defendere,
& ſic bene ꝯtinuat ita,ꝙ p̄dicti &c.vt ſequit[Ita ꝙ]ver.[Videātur]
cū effectu,qa ſic ſunt verba intelligenda. ſ̃.de cle.nō reſi. relatū.q̃
p ſolā publicationē eorū vix ꝯſequerent, niſi & eis ꝯſeruator da-
retur,vnde patet,quare feci ſubauditū.ſ̃.ver.prox.in fi.[Gratiā]in-
dulgentia.n.ſemper dēt aliquid ꝯferre,vt hic.& ſ̃.e.§.in prin. vbi
11 de hoc.& ſic†ſemper dēt fieri interpretatio,vt res potius valeat,q̃
pereat.ff.de reb.dub.quoties.ff.de act.& ob.quoties.ff.de reg.iur.in
ꝯhendo.j̃.de ver.ſig.abbate.§.ꝯ quod fuerat.ver. hic aūt ſenſus.in
fi.[Conſecuti]hac aūt gratia vtebātur fratres in nouitate ſua, qñ
carebant propriis eccleſiis,& habebant oratoria ſimplicia,hodie
vero & cęmiteria habēt,& ēt eorū eccleſię ꝯſecrantur,vnde & in
locis ſuis nec priuilegio iſto egent,ex quo habent alia altaria ꝯſe-
crata,alienos tamen parochianos ad ſepulturam admittere non
deberent.xvi.q.j.c.j.niſi forſan ſuper hoc ſint priuilegiati.arg.ſ̃.de
ſepultu.in noſtra.

*SVMMARIVM.*

1 *Mentio de poſſeſſione, quando eſt neceſſario facienda in priuilegio.*
2 *Priuilegia ſubreptitia non valent, & ad ius commune ſi poteſt fieri, ſunt reducenda.*
3 *Priuilegij interpretatio per Papam fieri debet.*
4 *Eccleſia ędificata ſine licentia epiſcopi, ab eo poteſt vendicari.*
5 *Gratia vbi de alieno fit reſtringitur ſi de ſuo laxatur.*
6 *Exemptio non fit,niſi cum magna deliberatione.*
7 *Poſſeſſio eſt facti.*
8 *Poſſeſſio alicuius rei,vel iunctis,nunquam acquiritur ex condemnatione.*
9 *Ius rei cuius poſſeſſio non habetur facilius tollitur per priuilegium, quam ipſa poſſeſſio.*

CAP. XXXI.

DVdum. Vt patet.ſ̃.de exce.dilectę.q̃ & de eodē
facto loquitur [Super decimis]quas
moniales de quibuſdā noualib.ipſis monachis ſolue
re denegabant occaſione cuiuſdā priuilegii ab ipſis
monialib.lite pendente de non ſoluendis decimis noualium im
petrati,licet ipſi monachi in pacifica poſſeſſione ꝑcipiēdi hmōi
decimas hucuſq; fuiſſent, ſed non ꝓdeſt tale priuilegiū monialı-
bus,tum quia in priuilegio nō fiebat mentio, qđ lis penderet, &
ſic non valebat,vt hic,& ſ̃.vt li.pend.c.fi.& ſ̃.de teſti.cām quæ. in
Auth. in medio lit.nō fieri ſa.iuſſi.§.ſi vero.coll.viii.tū qa nec de
poſſeſſione,in qua monachi erant,vnde nec eſt p̄ſumendū,ꝙ Pa
pa ipſis voluerit p̄iudicare.ar.ſ̃.c.prox.§.j.C.vnde vi.meminerint.
C.ſi per vim.vel alio modo.l.j.cū aliis rōnib.vt patet & no.j̃.e.§ j.
¶De ꝯſilio]ii.pars[Iuri nō debere &c.]vt j̃.e.ver.ſi.[Erant].ſ.prior
& ꝯuentus[Poſſeſſione]ſi.n.poſſidebant illas decimas iure ſuo tā
q̃ ſibi debitas,non dēt eis obeſſe priuilegiū hoc tacitē impetratū,
tū qa abſorbet ius alterius.C.de preci.Imp.of.quoties. tū qa eſt ꝯ
ius.C.de preci.Imp.of.reſcripta. tū qa lite pendente fuit impetra-
tū,vt no.ſ̃.rñ.j.tū qa de poſſeſſione,in qua erāt monachi, mētio
1 nō fiebat,†de quo facienda eſt mentio, ad hoc vt priuilegiū va-
leat,vt hic,vel reſcriptū.ſ̃.de ꝯceſſ.p̄ben.cū noſtris.& c.lr̄as.alioqn
2 ſubreptitiū p̄ſumitur,vt innuitur,& no.j̃.e.ver.fi. † Priuilegia ergo
ſubreptitia nō valent,& ēt,cū alicui graue p̄iudiciū afferant,ſunt
reſtringēda,& ſtricte interpretanda,& ad ius cōe,ſi pōt fieri,redu
cenda.ar.ff.de vul.& pu.ſubſt.ex facto.j̃.de ver.ſig.qđ p nouale. &
ſ̃.de decimis.ſuggeſtū.& c.cū ꝯtingat.& c.ex parte.& no. ſ̃.e.quia
3 circa.in fi.Sed†per Papā debet fieri talis interpretatio, vt no.ſ̃.ca.
ꝓx.qa ad aliū hoc nō ſpectat,vt patet in eo,qđ le.& not.ſ̃.de iudi.
cū veniſſet.& idē dicēdū eſt ſm d.n.qñ dr̄, eximimus tale mona
ſteriū cū ſuis capellis, vt.ſ.hoc intelligatur ēt de capellis quas alii
poſſident,dūmō p hanc exceptionē graue dānū priorib. dñis nō
paretur.ar.iuriū p̄dictorū.Vñ & ſi tali monaſterio dentur poſſeſ-
ſiones in aliqua diœceſi in qb. monaſteriū aliquā ecclam ædifi-
cet,illa eccla erit exēpta,vbi tñ de illis poſſeſſionib.ante illā ædifi-
cationē epſ modicū emolumētū ꝯſequabatur.ſm d.n.Tu dicas
ꝙ aut eſt ædificata eccleſia cū lnīa epi. & ſic vbi non ignorabat
exceptionem,vr̄ cū nihil retinuerit,ibi ius ſuū remiſiſſe. ar.ſ̃.e.qa
4 circa.§.fi.in prin.†aut ſine lnīa,& ſic pōt eccleſia ab epō vendica
ri,vt patet.ſ̃.e.cū olim.j.§.j.ver.fi.Si vero ignorabat exēptionē, &
certificari potuit:igitur imputet ſibi.ar.37.di.§.fi. ff.ad Mace.l.pe.
alioquin ſi hoc inquiſiuit,& monaſteriū exēptū hoc in fraudē ta
cuit:vr̄ epō ſubueniendū eſſe,ar.ff.de redhibi.ac.l.j.§.j.& ii.& l.cū
ſex mēſes.ar.ſ̃.de cl̄i.ex.mini.apł̄icę.& ſ̃.de reſcrip.ex parte.S.§.I.
Sed & hoc notandum, ꝙ vbi de alieno fit gratia, reſtringitur in-
6 terpretatio.†Vbi vero de ſuo proprio ꝯ facientē ipſā gratiā: tunc
laxatur.ſ̃.de don.cū dilectus.in fi.Itē ſm d.n.aliud eſt qñ dr̄, ꝯfe-
rimus tibi tales ecclias,vel tales decimas. vbi qdē non vr̄ donatū
qđ ab alio iuſte detinetur.ar.ſ̃.de feu. c.ii. vbi qdē & decimæ q̃ ad
ecclias ptinēt,peti pñt.ar.C.de bo.va.l.ii.aliud qñ dr̄ eximimus ta
le monaſteriū cū capellis ſuis,qa tunc vñr exemptæ capellæ,& ſi
alius ipſas poſſideat,niſi priuilegiū ꝓbēt p obreptionē obtētū.Rō
7 diuerſitatis hæc eſt,quia†exemptio nō fit, niſi cum magna deli-
beratiōe.Vnde præſumitur,ꝙ Papa oīa ſciuerit, & de alterius poſ
ſeſſione,& de aliis,niſi ꝯriū probetur.ar.xxxv. q.ix.apł̄icæ.& c.ſen-
tentiam,Collatio vero,maxime noualium,& laborum proprio-
rum, ſiue priuilegii conceſſio cum minori difficultate concedi-
tur,nec ita diſtricte examinatur,& ideo non videtur Papa hæc ex
certa ſcientia conceſſiſſe,ſi ab alio poſſidebantur, & de hoc nihil
fecerint mentionem,vt hic,in hoc tamen caſu poſſet diſtingui,

vtrum priuilegiatus,tpe quo agitur,reperiatur in poſſeſſione deci
marũ bona fide,& tunc primo domino incũbit probatio,ꝙ ipſe
tpe impetrationis priuilegij poſſideret. Aut dñs, tpe quo agit̃,repe
riatur in poſſeſſione, & tunc priuilegiato incumbit probatio, ꝙ
dñs tpe impetrati priuilegij nõ poſſidebat.ar.ff.ſi vſuſf.pe. vti frui.
in prin.ff.ſi ſer.ven.l.ſicuti.§.ſed ſi quæritur ꝑm d. n. & C. de libe.
cau.lite.ff.de lib.cau.ordinata.ſi vero neuter poſſidet, prima facie
priuilegio vr̃ eſſe ſtãdũ.ſ̃m d.n.ar.s̃.e.porro.& c.dilecti. Sed & in
exemptione monaſterij cum capellis diſtinguunt aliqui , vtrum
capellæ ſint nominatim expreſſæ,aut non.Si nominatim expreſ
ſæ ſint,vt ſi dicatur eximimus tale monaſterium cum omnibus
capellis ſuis.ſ.tali & tali.& ſic de ſingulis . tunc videntur exẽptæ.
ar.ff.ſi quis cautio.ſed & ſi quis.§.quæſitum.ff.communia prædi.
in tradendis.Si autem ſpecialiter non ſint exemptæ,ſed in gene
re,ſic dicitur eximimus tale monaſterium cum capellis,ſuis,tũc
non videntur exemptæ illæ,quæ ab aliis poſſidẽtur,vel quas Prin
ceps ex aliqua cauſa latenti nõ eſſet de facili exempturus. argu.
in eo,quod legitur,& not.s̃.de offi.lega.quod tranſlationem . qa
nec veriſimile eſt,ꝙ Papa velit alicui graue præiudicium afferre.
Quid ergo ſi ita dicatur,eximimus tale moñ.cum talibus, & tali-
bus eccleſiis ſuis? Reſpon.intelligendum eſt,ſi ſunt ſuæ . quia per
hęc verba non intelligitur dare proprietatem.Item intelligendũ
eſt,ſi alius non ſit in poſſeſſione earum bona fide.ar.hic.Itẽ intel-
ligẽdum eſt,ſi alii non fit inde graue præiudicium , vt in iuribus
ſupradictis. hoc ideo , quia in hoc caſu eccleſiæ ponuntur quaſi
acceſſorię,in anteceſſoriis nõ fit tanta examinatio,quãta in prin
cipali.ſ̃m.d.n.Aliqui tamen dicunt,ꝙ ſola profeſſio nõ impedit
priuilegium,immo requiritur,ꝙ is,qui poſſidet,habeat proprie-
tatẽ iuris.Nec obſtat,qđ hic dicitur , ideo enim de ſola poſſeſſio-
ne fecit mentionem,& non de proprietate, qa de ipſa certũ erat,
ꝙ ad aliquem pertinebat,ſiue ꝑ priuilegium,ſiue per præſcriptio
nẽ,ſiue per ius cõmune . Alii vero dicunt , ꝙ ſola poſſeſſio bonæ
fidei impedit vires priuilegii.ſ̃m.d.n.qđ puto verius, vt no.s̃.e.rñ.
j.& s̃.ea.gl.in prin.& j̃.ver.j.De poſſeſſione aũt malæfidei certum
eſt,ꝙ non impediret.ꝑm.d.n.arg.s̃.de reſti.ſpo.grauis. s̃.de p̃ſcrip.
c.fi.s̃.de dona.inter vir.& vxo.& ſi neceſſe.cũ ſuis concor. & adde
qđ no.de hac materia.s̃.eo.cum olim. ij.§.ij.ver.& ꝙ nulla.[Fue-
runt a parte altera].ſ.monialium. [Non debere].ver.[Per eas].ſ.
indulgentias.[De hoc].ſcilicet ꝙ lis penderet,& prior & conuẽ-
tus dictas decimas poſſiderent.[Mentionẽ]. vnde nec valuerunt
tanq̃ per ſubreptionẽ obtẽtæ.ff.de nata.reſti.l.ij.s̃.de reſcrip. ſuper
lr̃is.Sic nec valet ſcđm priuilegiũ , niſi de primo faciat mẽtionẽ.
s̃.de p̃ſcrip.veniens.D.tñ.n.dicit hoc priuilegium valere, etiam ſi
decimæ aliis debeantur de iure, dũmodo eis ſolutæ nõ fuerint,
nec ipſarum poſſeſſionẽ habuerint,& tñ credit,ꝙ moniales ma-
le detinebãt decimas iſtas,cũ & eſſent aliis debitæ,& ꝙ monachi
ad fructus decimarũ ꝓ tpe p̃cedente priuilegiũ habeãt actionẽ,
quas & ſi moniales condẽnatę ſoluerent, non propter hoc mo-
7 nachi aliquã poſſeſſionẽ acquirerent,qa † nunq̃ per id,qđ ſequit̃,
& ſoluitur,ex condẽnatione acquiritur poſſeſſio alicuius rei , vel
iuris,niſi is,qui obtinuit,in poſſeſſionẽ alias inducat̃.ꝑm.d.n.Vel
lem videre ius,quod nõ inducit,nec ſuppleo aliqđ, nec occurrit,
8 cum.n.† poſſeſſio facti ſit.ff.de acq.poſ.l.j.in prin.& ꝑ violentiam
acqrat̃,vnde & prædo reſtituit̃.s̃.de reſti ſpo.in literis. in fi.licet ꝯ
ius.& ſpreto iudice poſſeſſionẽ ipſam acquiſierit , non video ra-
tionem,quare ille, cui ex vi ſniæ aliquid traditur , non acquirat
poſſeſſionem,immo potius contrarium eſt exp̃ſſum.ff.de acqui-
ren.poſ.iuſte poſſidet.& s̃.de re iudi.cum aliquibus.Sed & ſecun-
9 dũ.d.n.illud teneas,† ꝙ per priuilegium facilius tollitur ius,cuius
poſſeſſio non habetur,q̃ ipſa poſſeſſio.ꝑm.d.n.

*S V M M A R I V M.*

1 *Receptio ſola non ſufficit,niſi ſequatur plena translatio .*
2 *Militum ex numero quis non dicitur eſſe,priusquam fuerit receptus.*
3 *Poſſeſsio ſola non facit incolam .*

CAP. XXXII.

Q Vidam. [Recepti].noo tñ tranſlati, immo in
propriis domibus remanẽt,vt.j̃. ſequi
tur.[De iuribus ep̃alibus].puta, vt citati corã ep̃o ve-
niãt,& iuri ſtẽt.s̃.e.cũ & plãtare.§. de ꝯfratribus.cano
nicã portionẽ decimarũ, & mortuariorũ reddãt.s̃.de of.or.con-
querẽte.§.j.vbi & multa alia exẽpla poteris reperire. ¶[Verum].
1 ij.pars.[Morã in domibus]. & ita non † ſufficit ſola receptio,niſi
ſequat̃ plena translatio.arg.xxj.q.ij.ſi quis iam translatus . Sic nõ
2 dicitur quis † eſſe de numero militum,priuſq̃ receptus fuerit in-
3 ter eos.ff.de teſta.mili.ex eo tpe.Sic ſola poſſeſſio nõ facit incolã.
ff.ad municip.libertus.§.ſola.Sic miles cõmeatu accepto,q̃diu in
domo ſua remanet priuilegiũ nõ hẽt.ff.qbus ex cau. maio.l.mi-
les.Argu.ꝯ.quia priuilegiũ militis hẽt ẽt is,q nõdũ ꝑuenit ad mi
lites.vt.ff.de bo.poſ.ex teſta.mili.l.vnica.in fi.[Suis].nec habitum
mutuauerũt ,nec bona ſua monaſterio cõtulerũt,al's ꝯ.s̃.e.vt pri
uilegia.§.i.ver.hoc aũt.Vel illud locũ hẽt quo ad q̃dã priuilegia,
de qbus ibi loquit̃,ſed nunq̃ ꝑꝑ hoc,niſi oĩno trãſeãt a iuriſditio-
ne ep̃i eximũtur,vt hic,& s̃.eo.cũ & plãtare.§.de ꝯfratrib.& hoc
vltimũ teneas.[Fecerint].ergo a ꝯrio hoc nõ põt , poſtq̃ trãſiti
fuerint,ſicut nec alios ꝯfratres ſuos , q de noualibus hãc canoni-
cã p̃ſtare nõ debẽt.extra.d.n.de ver.ſigni.veniẽs.§.penul.qa poſtea
eodẽ priuilegio gaudẽt, dũmodo & eãdẽ vitã ducãt , alioqn ꝯ.s̃.
de ſta.mona.recolentes.j.& ij.qđ dic,vt ibi no.[Perſoluenda.]ſic.
s̃.e.vt priuilegia.§.j.& c.ex parte.ij.& c.tuarum.in fi.& ca. cum &
plantare.§.penul.

*S V M M A R I V M.*

1 *Nouale ex quo ſemel fiat,ſemper erit nouale .*
2 *Principium conſiderandum eſt.*
3 *Priuilegia perpetua ſunt.*
4 *Indulgentia non debet afferre diſpendium,ſed compendium .*

CAP. XXXIII.

C Onſultationi veſtræ. [Memoria].
ſic.j̃.de ver.ſi-
gni.qd ꝑ nouale.extra.d.no.de ver.ſig.veniẽs.§.j.& ſe-
quẽtibus.lib.vj.[Perpetuo].videbat̃,ꝙ vltra.xl.annos
non debẽt cẽſeri iure noualiũ,cũ tãto tpe,tã priuilegiũ, q̃ ipſa res
eccleſiaſtica p̃ſcribat̃,vt patet in eo,qđ le.& not.s̃.e.accedẽtibus.s̃.
de p̃ſcrip.c.de quarta.ſed ꝯtrariũ rñdet̃. Et eſt ratio , vt le.& not.j̃.
1 co.§.vnico.& ſic † ex quo ſemel fuit nouale,ſemꝑ erit nouale,qa
qđ ſemel verũ,ſemꝑ verũ.ff.de min.ait prętor.alias & ſi ſine.§.pe.
2 in fi.C.de proba.ſiue poſſidetis.& eſt ar. ꝙ † principiũ ꝯſiderandũ
eſt,ſic.s̃.de cen.ſcientes.s̃.de ele.dudũ.j.& ii.vbi de hoc.Itẽ ar. ꝙ ex
3 quo ſemel res eſt priuilegiata, ſemper eſt priuilegiata,† priuilegia
enim perpetua ſunt.xxv.q.ii.c.i.& ii.niſi perdantur ꝑꝑ culpã, vel
negligentiam non vtentis,vt no.s̃.e.accedentib.vel niſi ab illo,q ꝯ
ceſſit,reuocentur,& maxime ex cã.s̃.de deci.ſuggeſtum. lxiiii di.§.
verũ.ſed & mutato dñio mutatur q̃nq; natura rei. qđ dic , vt no.
s̃.e.porro.[Noualis]alias noualium. [ Cenſeri ] dũmodo de iure
primitiuo poſſit liquere,alioquin nõ deficit ius, ſed probatio.ar.
ff.de teſt.tu.duo.ideo conſiliũ eſt,ꝙ hoc publicetur.ſ̃m id qđ le.&
no.s̃.de teſti.ſignificauit.& c.Albericus . & põt hoc probari. ꝑm
quod le.& no.j̃.de ver.ſig.quid per nouale.§.j. ¶[Cum alias] ii.ps.
ſubaudi niſi ſic intelligeretur.[Nonnunq̃]quia nõ ſemꝑ, vel dic
immo ſemper[Contingeret].i.ꝯtingere poſſet [Diſpendii] puta
iſti priuilegiati fecerunt graues expenſas,vt terrã poſſent redigere
ad culturã,ſperãtes,ꝙ ſemꝑ deberent cenſeri iure noualiũ, & ſic
exinde perpetuo vtilitatem ſentirent,& adeo graues, ꝙ excedunt
valorẽ oĩm fructuum infra quinquaginta annos percipiẽdorũ.
Verbi gratia,expenderunt mille marchas , oẽs fructus non vale-
bant quingentas ſi ergo diceremus,ꝙ hæc indulgentia nõ dura-
ret,niſi vſque ad xl.annos reperiretur vltra dimidiã iuſti pretij ſe
deceptos,qđ nõ eſt ſentiendũ,tñ ne doleant ſe operã dediſſe agri-
colturæ in detrimentũ ſuũ.ar.C.de allu.& palu.l.fi.s̃.de reb.eccle.
4 non alie.ad aures.s̃.de in integ.reſt.c.j.tum quia † indulgentia nõ
debet afferre diſpendium,ſed compẽdium,vt hic, & patet in eo,
quod le.& no.s̃.eo.in his.ver. fi.

De purgatione canonica . Rubr.

*S V M M A R I V M.*

1 *Ingenuus quis proprie dicatur.*
2 *Infamis,& vilis quis præſumitur ex vita antecedenti .*
3 *Infamis eſt qui condemnatur de furto .*
4 *Periurus ad iurandum non admittitur.*
5 *Nobilitas propter monachatum amittitur.*
6 *Ingenui priuilegio gaudere non debet, qui ingenui mores abiicit .*
7 *Purgatio vulgaris abrogata eſt .*

CAP. PRIMVM.

N Obilis homo. [Ingenuus]. i.nobi
lis.ſic.n.accipit̃ hic
argu.s̃.de p̃bẽ.venerabilis.§.j.al's autẽ proprie
1 † ingenuus eſt , qui ſtatim, vt naſcit̃,liber eſt.
Inſtit.de ingenu.in prin.s̃.de ſer.nõ or.c.i.s̃.de
elect.innotuit . rñ.j.ver. qdã autẽ. & ſ̃m hoc.
hæc noĩa nobilis & ingenuꝰ ſinonima ſunt,&
dẽt exponi,vel pro.i.ſiue pro &,ff.de ver.ſign.ſæpe.& hic eſt verus
intellectus. Alii dicunt, ꝙ diuerſa ſignificãt , & eſt ſenſus nobilis
homo nobilitate .ſ.ſ'gnis.vel ingenuus. i.liber a natiuitate & ſi no
bilis nõ ſit. & ꝑm hũc intellectũ tot cõpurgatores reqrũtur in li-
bero ruſtico,quot & in libero nobili,qđ non placet,qa in maiori
& nobiliori ſemꝑ eſt maior numerꝰ reqrẽdus, licet finaliter hoc
torũ arbitrariũ ſit,vt patet in eo,qđ legit̃,& no.j̃.e.ſuꝑ verbo.duo
decim.& c.ex tuarũ.s̃.de ſimo.inſinuatũ.[ Accuſatus].ſubaudi,&
infamatus hoc enim purgationem inducit,vt patet in eo , quod
legit̃,& no.j̃.eo.cũ.P.Manconella.in fi.s̃. de homici. ex literis . j.
§.fi.[Negauerit].nec conuinci potuerit , alioquin non indicere-
tur purgatio.j̃.e.moniales. immo confeſſus , vel conuictus puni-
retur.ſupra de ſimo. de hoc . reſpon.i.& c.inſinuatum. §.i.[Si fi-
delem]ideſt fide dignum,veracem,iuſtum, famæ bonæ . j̃.e.nos
inter alios,qui de facili non deieraret,alioquin contra.j̃. e.§.vni-
co[Sciuerit].ſ.ſinodus,vel ſinodo præſidens.s̃.de iud.ca.i.s̃.de lib.
ob.c.i.& dic ſciuerit,vel crediderit,qđ tñ credere dẽt,niſi ꝯriũ pro
betur.s̃.de præſump c.fi. [Duodecim] vel plurib.vel pauciorib.ſi-
cut iudici videbitur,hoc.n.arbitrariũ eſt,vt no.s̃.e. c.in prin. & s̃.
de accuſa.inquiſitionis.§.pen.in fi.[Expurget] quod qualiter fieri
debeat,& quales debeant eſſe ꝯpurgatores,dic,vt le.& no.j̃.e.quo
ties.§.fi.& c.ꝯſtitutus.¶[Si aũt]ii.pars[Antea]per quod præſumit̃,
2 ꝙ adhuc † vilis ſit,& infamis ex mala vita antecedenti.ar.ii. q.j.in
primis.in fi.ff.de re mili.non oĩs.§ a barbaris.s̃.de præſump.man
data.cũ ſuis ꝯcordantiis.& ff.de eden.ſi quis ex argentariis. §.j. &
3 ii.& ff.de accu.ſi cui.§.j.ver.ſi tñ aliquo crimine[In furto]qui† ꝯ-
dẽnatus de furto infamis eſt.ff.de his qui no.infa.athletas.§. fi.&
l.qm̃.& l.furti.§.j.rñ.j. & §. pactus. quare vlterius non admittitur
ad iurandũ ꝑꝑ timorẽ periurij.ar.in eo.quod le.& no.s̃.de cohab.
cle.& mu.clericos.& idẽ vr̃ , ſi notorius ſit de facto,vt hic p̃cedit ,
ibi deprehenſus,quod no.notoriũ facti.s̃.de coha.cler.& mu.c.fi.
4 Periurio] † Periurus.n.non admittitur ad iurandũ.xxii.q.v.paruu
li.s̃.de teſti.ex ꝑte Adæ.& c. fi. [Falſo teſtimonio]nam & iſte piu
rus eſt,& fortiꝰ repelli dẽt,q̃ periurus ſimplr̃,cũ in trib. delinquat.
s̃.de cri.fal.c.j.[Ingenuus non eſt] arg.ꝙ ꝑꝑ crimen perditur no-
5 mẽ dignitatis,& priuilegium,ſic † ꝑꝑ monachatum amittit qs no
6 bilitatẽ. 7.q.ii.ſcripſit.vnde † nec priuilegio ingenui gaudere dẽt ,
qui ingenui mores abiicit,vt patet hic,& in eo,quod le.& no.s̃.ti.
j.ex parte.iii.s̃.de apoſtati.c.j.s̃.ne cle.vel mo.c.ii.Expurgabit ergo
ſe non quaſi nobilis,ſed ſicut ſeruus,ſiue libertinus,vel infamis,&
vilis ad arbitriũ iudicis,& alr̃ , q̃ ingenuus. ſ̃m B. Sed d.n.ſcripſit
hic, ꝙ talis purgari non debebat purgatione vulgari ,ideo q̃tum
7 ad partem iſtam non tenet hoc.c.vel ſimilia,quia † abrogata eſt
vulgaris purgatio,vt patet.j̃.e.ex tuarum.j̃.ca.j.per totum.ii. q.iiii.
ꝯſuluiſti.& c.monomachiam. Vel forte eſt ſenſus ꝙ talis purget
ſe,ſicut ſeruus,vel liber homo ſuſpectus,qui in q̃onib.eſt ponen-
dus,nec aliter ei creditur.ff.de quæſtionib.ex libero . & per totũ .
C.de q̃onib.per totum.& ſi clericus ſit,dũmodo caueat iudex, ꝙ
religioſe torqueatur.i.ꝙ vitet periculum mortis,vel debilitationẽ
corporis,& membrorum.xlv.di.cũ beatus.vj.q.j.§.porro.v.q.v.illi
qui xiiii.q.vj.ſi res.& le.& no.s̃.de depoſiti.c.j.§.fi.ſicut & no. ſimi
le de flagellis,& charactere.s̃.de rap.i archiepiſcopatu. s̃.de cri.fal.
c.iii.Si vero exinde moreretur,vel membrũ amitteret,ẽt mandã
tes,& exequentes, & ꝯſentientes irregularitatẽ incurrerent, vt pa-
tet in eo,quod le.& no.s̃.de cler.pugnan.in duello. c. ii.in fi. s̃.ne
cle.vel mona.clerici.& c.ſententiam .

*S V M M A R I V M.*

1 *Famam qui ſuam negligit crudelis eſt .*
2 *Purgatio quando infamato indicitur.*
3 *Ordine quo ſit procedendum contra infamatam.*
4 *Scandalum etiam puſillorum vitandum eſt.*

CAP. II.

S I quis presbiter. [Vitæ ſuæ] .i. famæ.s̃.
de exceſ.prælatorum.
1 Vnde † crudelis eſt,ex quo famam ſuã negligit.xii.q.j.
nolo.xi.q.iii.non ſunt[Permiſerit].i.talia fecerit,qua
re aliqui ſecus poſſint de ipſo merito ſuſpicari[Iuramento]ſic.s̃.
de ap.ꝯſtitutis.ii.in prin.s̃.de teſti.cog.præterea. 5.q.vj.ep̃s.in ſino
do[Seu bãno chriſtianitatis].i.ſub pœna fidei,& animæ ſuæ. ꝑm
T.Vel.i.ſub pœna excõicationis,& ſic põt intelligi.xv.q.iiii.placi
ta[Defuerint]nam ſi apparẽt,audirent̃, & probationes reciperẽ-
2 tur,nec indiceretur purgatio,quib.deficientib.ipſa purgatio † indi
citur infamato,vt hic.& j̃.c.j.& c.nos inter alios.& c.inter ſolici
tudines.rñ.j.& c.cũ dilectis.§.fi.¶[Admoneatur]ii.pars. ad hoc.ii.
q.j.ſi peccauerit.quod dic,vt no.s̃.de iud.nouit.rñ.j [Emendaue-
rit].i.non vitauerit ea,vnde infamia oritur.ꝑm d.n.Vel dic,emẽ
dauerit.ſ.negligentiam ſe in operib. bonorũ actuum exercendo,
vt ſic primam ſuſpicionem expellat.ſ̃m Laur.j̃.e.inter ſolicitudi
nes.§.pe.s̃ de pręſump.ex ſtudiis.& c.literas.§.fi.ver.diſcretam[Pu
blica].i.coram omnib.¶[Si vero]iii.pars[Suſpendatur]Hic eſt.n.
3 † ordo qualiter ſit procedendũ ꝯ infamatum, non.n.incipiendũ
eſt a q̃onib.nec a ſuſpenſione.ff.de q̃onib.l.j.in prin.ſicut quidam
faciunt ſuam ſtatim ſententiam fulminantes.quod prohibetur.
s̃.de exceſſ.præla.nimis praua.§ j.ver.j. Immo ordo iſtius capitu-
li eſt ſeruandus,vt primo admoneatur ſeorſum ab ep̃o.Secundo
ſub duob.vel trib.teſtib.Tertio ei publice cõminetur, & ſi in pri-
ma,ſecunda,vel tertia admonitione ſe emẽdauerit, bene quidẽ ,
alioquin ſuſpenditur,vt hic dicit.ad idẽ. 74. di.honoratus. ii. q. j.
nomen.23.q.iiii.forte.& no.j̃.e.inter ſolicitudines.rñ.j. & plenius
no.s̃.de iudi. cum non ab homine [ Congruã ſatisfactionem ].i.
quouſque purgauerit ſe ad arbitrium iudicis,ex quo crimen pro
bari non põt,alioquin ꝯ s̃.de proba.ad noſtram.& no. s̃. rñ j. ſuꝑ
4 ver.defecerunt[Scandalum]quod † ſemper vitandũ eſt ẽt puſillo
rum.s̃.de no.ope.nun.c.ii.§.pen.ver.fi.quod dic, vt no.s̃.de renũ.
niſi cum pridem.§ pro graui quoque ſcandalo.& eſt ſi.ar.j̃.eo.in-
ter ſolicitudines.§.pen.



*S V M M A R I V M.*

1 *Purgationi locus non eſt,quando quis conuinci poteſt .*

CAP. III.

M Oniales. [Libidinib.]quib.& multæ mulieres
inſeruiunt.27.q.j.c.j.ad fi. & c.nuptia-
rum.s̃.de eo qui cogno.conſanguineam vxo.ſuæ.Ior
danæ.in Auth.de reſti. & ea quæ parit. in xi.menſe.§.
vnum ſi quidem.coll.iiii.[Accuſentur]vel alias fuerint infama-
tæ.s̃.de vi.& ho.cle.monaſteria[Detegi]per teſtes,vel ẽt per aſpe-
ctum corporis.27.q.j.nec aliqua.s̃.de proba.cãm [Nõ valuerint]
1 hoc ideo dicit,† quia ſi poſſent ꝯuinci,non eſſet locus purgationi,
vt no.s̃.c.prox.rñ.j.ſuper ver.defuerint [Erga] .i.iuxta [Tenorem
regulæ]hoc eſt pro quantitate infamiæ.ii.q.v.oĩb.ſ̃m d. n. Vel.i.
iuxta regulam.ſ.ꝑm quod cõtinetur in regula.quod dic, vt plene
no.s̃.de regularib.c.fi.reſpon.j.in fi.[Purgare]vt ſic.de infamia cõ
grue ſatisfiat.s̃.c.prox.§.fi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Clericus in minoribus ordinibus conſtitutus irregularis fit , & degradari põt.*
2 *Conſentiens quandoque punitur ut faciens.*
3 *Crimina qui corrigere poteſt,& non corrigit, ipſe committit .*
4 *Infamatus poteſt poni ad rationem , & cogi vt veritatem dicat de quo eſt in
famatus .*
5 *Delictum occulte ſacerdoti confitens in iudicio non punitur .*
6 *Degradatur facilius,qui in ſacris non eſt.*
7 *Suſpicio temeraria repellitur.*

CAP. IIII

S I quis de gradu. Ideſt in gradu ſubau-
di conſtitutus.[Eccle
1 ſiaſtico].quocunque ſiue maiori, ſiue minori . Et eſt
argu. ꝙ † clericus in minoribus ordinibus cõſtitutus
irregularis fit,vnde & degradari põt,vt hic,& s̃.de iudi.cum non
ab hoĩe.§.j.vbi de hoc.& xj.q.iij.presbiter vel diaconus.quod dic,
vt not.s̃.de cler.ex.mi.c.ij.& adde qđ not.s̃.e.ſuꝑ verbo, a proprio
gradu.[Sponſarum].vel aliarum rerum . nam q̃nque rapiuntur
res,q̃nque corpora , vt patet.s̃.de rap.c j.iij. & iiij.& c.penul.& fi.
2 [Conſenſorem.]qui † enim conſentit,q̃nque punitur , vt faciẽs.
j̃.de ſen.ex.quanto.xvij.q.iiij.oẽs eccleſiæ.lxxxvi.diſt.facientis . Et
3 qui † crimina,quæ corrigere põt,nõ corrigit,ipſe committit.23.
q.viii.præterea.qđ dic, vt not.s̃.de hæreti.c.ij.s̃.de offi.dele.c.j.[Ma
4 nifeſte]. Argu.hic ꝙ † infamatus põt poni ad rõnem,& cogi , vt
veritatẽ dicat de crimine,de quo eſt infamatus.qđ dic,vt no.s̃ de
accuſa.ſi cõſtiterit.§.j.[Prodiderit]ẽt extra iudicium publice glo-
riando.s̃.de exceſſ.pręla.q̃ ſit graue . ſ̃m d. n. Vel dic,prodiderit.i.
in iudicio timore probationis confeſſus fuerit,nam ſi ſponte,mi
tius ageretur,vt patet in eo,qđ le.& no.ſupra,de cle.ex.mi.illud.§.
5 j.in prin.& §.fi.item ſi occulte † hoc ſacerdoti ꝯfiteretur,ꝑꝑ talẽ ꝯ-
feſſionẽ in iudicio non puniretur,vt patet in eo,qđ le.& no.ſupra
de exceſſ.pręla.dilectus.s̃.de ſimo.ex tuæ[A proprio gradu] .ſ.ſa-
cro.de illo.n.vr̃ hic loqui.ſicut & s̃.de vi.& hon.cle.clericus ſi ton
ſura.ſed idem multo fortius,& ſi in inferiori gradu ſit,nam & ta-
6 lis † degradatur ẽt facilius,q̃ is,qui in ſacris eſt,vt patet.xi.q.iii§.ex.
his datur intelligi & c. ep̃s.& xv.q.vii.fęlix.& c.ſi aũt.& ſeq.& no.
7 ſupra eo.c.in prin.[Veriſimilib.]qa † ſuſpicio temeraria repellit̃ .
ii.q.i.primo.vi.q.j.oues.veriſimilis vero purgationem inducit,vt
hic,ſed violenta ad ſententiam ſufficit.32.q.j.dixit.[Propulſatus]
i.infamatus]Canonice]non vulgariter.j̃.e.ex tuarum[Expurget]
ne populus &c.s̃.e.c.ii.in fi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Accuſare plures an ſimul poſſunt de eodem crimine .*
2 *Accuſator non admittitur ſine inſcriptione .*
3 *Denuntians ſi non probat extraordinarie puniendus eſt .*
4 *Accuſator licet in probatione deficiat, eſt tamẽ infamato purgatio indicenda.*
5 *Epiſcopatus eſt ordo.*
6 *Licitum quod non eſt per ſe,nec per alium.*
7 *Epiſcopi quomodo iurant.*

CAP. V.

Q Voties. [Impetitus ſit].i.accuſatus,ſiue denun-
tiatus,vt ſequitur,eo ꝙ eccleſiam beati
Petri &c.j̃.e.reſpon.in fi.[Vos]ar.s̃.de præſump.quoſ
dam.& c.quanto[Sed accuſatores]& ſic vr̃, ꝙ plures
1 † accuſare ſimul poſſunt de eodẽ crimine, vt hic,& ſupra de col-
lu.dete.c.j.quod verum eſt,non tamen proſequi.immo iudex eli
get magis idoneum.ff.de accuſa.ſi plures.& no. ſupra, de accuſa.
licet.Vel expone accuſatores.i.delatores,ſiue denuntiatores.ſupra
de accuſa.cum oporteat.& c.olim.I.V.& P.§.j. nam ſi eſſent veri
accuſatores,punirentur pœna talionis, ex quo in probatione de
2 ficiunt.ſupra,de calum.c.j.ſupra,de ſimo. licet Heli. nec ſine † in-
ſcriptione admittitur accuſator,vt ibi.& ſupra,de accuſa. inquiſi
3 tionis.ſed & † denuntians,ſi non probat,eſt extraordinarie puniẽ
dus.ſupra,de calum.c.ii.[ꝑm formam canonum] quia forte, vel
ꝑꝑ ætatem,vel crimen,ſeu infamiam,ſeu aliam iuſtam cãm ꝑm
canones repelli poterãt.ſupra,de teſti.ex parte Adæ.& c.fi. Vel nõ

ſufficienter probabant,ſiue ſufficientem cauſam teſtimonij non
reddebant.s̄.de teſti.c. de teſtib.& c.cū cām quæ.rñ.j.& c.pſētata.
4 §.fi.& no.ꝙ licet accuſator † in probatione deficiat, eſt tñ infama
to purgatio indicenda,vt hic ſequitur,& probatur.s̄.eo.c.monia-
les.& le.& no.s̄.de accuſa.cū P.Manconella.in fi.[Nequiuerunt]
ſuper hoc videlicet,ꝙ eccleſiā & c.vt ſequitur[Quod eccleſiā]ver.
[Pro quatuor modiis]idē eſſet,ſi pro vno,qa nullū tpale dandum
eſt pro aliquo ſpūali adipiſcendo,vel remittendo,alioquin ſimo
nia cōmitteretur,vt hic patet,& in eo,qd̄ le.& no.s̄.de ſim.q̄relā.
¶Cōi fratrū nr̄orum]ii. pars.ſine quib. non debent talia expedi-
ri.ar.s̄.de his quę fi.a præla.nouit.& in eo,qd̄ no.s̄.ti.j.antiqua.rñ.
j.ver.ita ꝙ.ſuper ver.fidelitatis & obedientiæ[Cōſilio] .ſ.cōicato.
s̄.de arb.cū olim[Tertia manu]ergo hoc arbitrariū eſt, alioquin
purgaret ſe cū duodena,vt no.s̄.de ſim.inſinuatū.ar. s̄.e.c.j.vbi de
5 hoc[Sui ordinis.ſ.epiſcopoſū,ſicut & ipſe eps̄ eſt,ergo † ordo epi-
ſcopalis ordo eſt.xxi.di.cleros.89 di.ad hoc.quod dic,vt no.s̄.de ꝯ
ſecra.eccle.aqua.s̄.de æta.& qual.cū ꝯtingat [Religioſorū]i.bo-
næ opinionis,& honeſtorū.tales.n.debēt eſſe ꝯpurgatores, vt nō
ſit veriſimile illos velle ꝓ aliquo peierare,& ꝙ ab eccleſia tolerēt,
& q ꝯuerſationē purgādi agnoſcāt.vt.j̄.e.cū P.& c.ꝯſtitutus.& c.
inter ſolicitudines.§.ipſū igit.¶ Porro]iii.pars[Sup ſancta]ꝙ ſpā-
6 le eſt hic,vt eps̄ euangelia tangat.j.q.vii.quoties.alias n.† iurat eps̄
propoſitis corā eo ſacroſāctis euangeliis,ſed non tactis. C. de epi.
& cle.auth.ſed iudex.xi.q.j.Imperator.alias incipit.nec honore. ii.
q.iiii.quæ de cā.xiiii.q.ii.q̄q̄.[Quòd pro eccleſia] ver. Hic incipit
forma,ſub qua dēt aliquis ſe purgare,& de eadē legitur.ii.q.iiii.au
7 ditū eſt[Submiſſam]non.n.licet † mihi per aliū , qd̄ ꝑ me non li-
cet.46.di.ſicut non ſuo.j.q.vii.ſancimus.ff.de adm. re. ad ciui. per.
l.ii. ff.ad Macedo.filium habeo.nā & facere vr̄,q ꝑ aliū facit.j̄.de
ſent.ex.mulieres.in fi.cū ſuis ꝯcordantiis[Sciente]nā ſi eo ignorā
te de hoc non tenetur p̄ciſe iurare,cū alienū factū ſit,& ſic poſſet
incurrere anceps periurium,vt no.j̄.e.ſuper ver credunt. iurat er-
go in hoc caſu de ſua conſcientia tm̄ , & eadē rōne admittenda
eſt ſimilis purgatio qñcunq;,non de ꝓprio facto purgādo, ſed de
alieno quæritur,vt patet in eo, qd̄ le.& no.j̄.e.accedens.Sed ſi ipſo
ignorante aliquid datū fuit,non punitur tanq̄ ſimoniacus , q̄uis
renuntiare teneatur is , pro quo data eſt pecunia,tanq̄ ſimoniace
ꝓmotus,vt patet in eo,qd̄ le.& no.s̄.de ſimo.de ſimoniacę.& c.de
regularib.& ſeq.ſubaudi.nec poſtea ratificante,vt patet.s̄.de ſimo
nia.ſicut nobis.alias ſicut tuis.§.q̄uis.aūt[Pretium]vel aliud qd̄ lo
co pretij haberetur.ar.C.de ꝯſt.pec.receptitia.ante fi.& xiiii. q.iii.
c.j.ii.& iii.& q.iiii.ſi quis oblitus.& j.q.iii.per totum. Vbi nomen
pecuniæ omnia temporalia comprehendit[Deinde] ver.in quo
ponitur forma iuramenti compurgatoris , & de hac le.& no.j̄.e.
ꝯſtitutus.§.j.[Credunt]ſic.j̄.e.de teſtib.& c.fi.in fi.vbi de hoc.s̄.de
teſtib.quoties.Alias.n.ſi præciſe de alieno facto iurarent,periuriū
anceps ſubirent.ff.rerum amo.Marcellus.§.iurare. ff.de in lit. iur.
videamus.poſt principium.

*SVMMARIVM.*

1 *Purgatio etiam laico per epiſcopum indici poteſt.*
2 *Eccleſia de quibus criminibus habeat cognitionem.*
3 *Cognitio, examinatio,& correctio,de quolibet peccato mortali ad epiſcopum ſpectat.*
4 *Purgatio publice indicenda eſt,quando quis apud bonos & graues diffamatus eſt.*

## CAP. VI.

NOs inter alios & infra. Sicut & debuit. s̄. q fil.
ſint le.per venerabilem.§.rationib.[Parochianū ſuū]
1 No.non ſolum clerico,† ſed laico per epm̄ purgatio-
nem poſſe indici,vt hic.& s̄.e.c.j. qd̄ eſt intelligendū de crimine ,
cuius cognitio ad eccleſiā pertinet,qd̄ patet ex eo,qa purgatio nū
q̄ indicitur,niſi deficiente ꝓbatione,vt no.s̄.e.ſi qs p̄sbiter.rñ.j.ī fi.
Si ergo ad epm̄ nō ſpectat cognitio,ꝑ ꝯñs nec coram eo fiet pro
batio,nec ꝑ ipſū indicetur purgatio.ſm̄ d.n.ar.s̄.de iud. at ſi cleri-
2 ci.Spectat † autem ad eccleſiā cognoſcere , & purgationē indice-
re,qñ q̄ritur de certis criminib.puta de hæreſi. s̄.de hær.excōic. §.
adiicimus.de adulterio,de inceſtu,& de aliis,de quib. no. s̄.de fo.
ꝯpe.cū ſit gñale.& vbi tpalē iuriſdōnem hēt de oīb. Alias ꝯ̄.s̄.de
iudæis.poſtulaſti.s̄.de ap.ſi duob.s̄.de fi.inſtr.cum Ioānes. s̄.de fo.
ꝯpe.licet.ſm̄ oēs.s̄.q fil.ſint le.cām quæ.ii. §.nos attendentes . qd̄
& intelligas quantū ad tpalē pœnā imponendā . Nā gñaliter † de
quolibet mortali peccato ſpectat cognitio,& examinatio,& cor-
rectio ad epm̄.Vnde & ſi quis infamatus ſit,inquiret.s̄. de offi.or.
c.j.& per ꝯñs ſi probari non poſſit,purgationē indicet,vt hic ſeq̄t,
& s̄.c.j.Nempe & in ipſo laico locū hēt illa rō , ne populus fide-
liū &c.vt s̄.eo. c.ii.in fi.& de quolibet peccato mortali ſpectat ad
eccleſiam corrigere peccatorem.s̄.de iud.nouit.§.j.¶Cōſultatio-
ni]ii.pars.[Deficientib.] Alias non apparentib.in hoc enim , ex
4 quo † aliquis diffamatus eſt apud bonos & graues,eſt publice pur-
gatio indicenda.ii.q.v.ſi mala.& no.s̄.e.ſi quis presbiter. rñ.j. in fi.

[Eſt].ſ.ipſe parochianus infamatus[Niſi forte]ver. [Appellādū]
Ex cā rōnabili,puta,quia dicit ſe non eſſe infamatum.Vel qa eps̄
non vult recipere teſtes,inter quos ꝯuerſatus eſt,vt patet in eo, qd̄
le.& no.s̄.de elec.poſtq̄ is.quos offert ad probādum famā ſuā bo-
nam,quod pōt facere,& in hoc audiendus eſt, vt patet in eo , qd̄
no.s̄.de accu.cū oporteat.§.fi. Eps̄ vero non admittit , ſed recipit
alios extraneos & ignotos . Vel forte inimicos ſuos , vel viles &
abiectos,vnde grauat ipſū,vt patet in eo,quod leg.& no.j̄.c.j.& in
prædicto.c.cum oporteat.Vel quia nimiam inquiſitionē facit cir
ca qualitatē ꝯpurgatorū,vel nimis immoderatam purgationem
indicit.j̄.e.ꝯſtitutus.Vel alias grauat ipſum, alioquin a correctio-
ne appellari non poſſet.s̄.de offi.or.licet in corrigendis. s̄. de app.
ad noſtram.& c.peruenit.j.& c.conſuluit.j.¶ Sane]iii. pars [Pare-
bit]Hoc enim regulare eſt.s̄.de app.vt debitus.Niſi & iterum ap-
pelletur ad aliū ſuperiorem prox.qd̄ tamen tertio non licebit ap
pellare ſuper eodem articulo,vt patet in eo,quod le.& no.s̄.de ap
pel.directe.§.fi.& c.ſua nobis. §.finali.

*SVMMARIVM.*

1 *Purgatio quæ datur militib.noſtri temporis, cum inquiſiti ſunt de homicidio.*
2 *Purgatio quando,& propter quæ ſit indicenda.*

## CAP. VII.

CVm P. Manconella presbiter.& infra. Pars.s̄. de accu.cum P. Manconella.& hæc ꝯtinuatur illi.ibi.n.
dicitur in fi.ꝙ dēt ſe purgare,hic aūt dr̄ quales debent eſſe ꝯpurga
1 tores,vt ſequitur.& no.ꝙ hanc purgationem frequenter † p̄ſtant
milites noſtri tpis edicendo ſe de crimine ſibi impoſito,& maxi-
me de homicidio tota die[Opinionis]ſic.s̄.e.quoties.j̄.e.conſtitu
tus[Conuerſationem]tam præteritā,q̄ modernam. j̄.e.inter ſoli
citudines.§.ipſum igitur.[Deficiētem]ii.pars.in qua ponitur pœ-
na deficientis in purgatione[Priuare]Hoc teneas pro conſtanti,
2 ꝙ ſuperior ſemper poteſt † purgationē indicere ſubdito,qñ eſt de
aliquo crimine publice infamatus.Vel rōne ſcādali,vel pp vehe-
mentē ſuſpitionem,quorū per ſe ſufficit vnumquodque,vt appa
ret in eo,quod le.& no.j̄.e.inter ſolicitudines. §. j. rñ.j. Et ſi nulla
inquiſitio p̄mittatur,vt no.j̄.e.dilectis.rñ.j.ver.maxime cū de ince
ſtu.Sed ſi purgationem præſtare renuit, vel negligit,nō priuatur,
ſed ab officio tm̄,& non a beneficio ſuſpenditur vſque ad condi-
gnam ſatisfactionem.i.quouſque ſe purgauerit.s̄.e.c.ii.§.fin.s̄.de
hær.excōicamus.i.§.j.j̄.e.c.j. Sinautem ipſā p̄ſtare attentet , & in
ipſa præſtanda deficiat,tunc punitur,ac ſi ꝯuictus eſſet.s̄.de ſimo.
de hoc & c.inſinuatū.& ſic qñq; officio & beneficio,qñ.ſ.crimē,
de quo infamatus erat,hoc exigit,priuatur perpetuo,vt hic & j̄.e.
inter ſolicitudines. §.fi. vbi de hoc.Idem eſt ſm̄ quoſdā ſi nō pur-
get ſe infra terminū ſibi perēptorie aſſignatū ad purgandū,niſi in
terim appelletur.s̄.de re iud.quod ad ꝯſultationē.ar.s̄. q fil.ſint le.
lator.& qui ma.accu.poſſ.c.fi. Alii ꝯ̄,ſed dicūt,ꝙ dēt excōicari,vt
s̄.de hær.excōic j.§.j.Vel illud ſpāle eſt in illo caſu,ne qs de tanto
crimine ex tali p̄ſūptione ꝯdēnetur.ar.s̄.de p̄ſum. lr̄as. §.fi.qd̄ ve-
rius eſt,vt patet in eo,qd̄ no.j̄.e.inter.§.fi.[Probato aūt criminē in
modū inquiſitionis punitur , non tñ pœna ſemper ordinaria, ſi-
cut ſi directe accuſaretur:quod dic,vt no.s̄.de accu.inquiſitionis.
Qñq; ēt pendente purgatione,non ſolum ab officio,ſed ēt bene-
ficio ſuſpenditur pp immanitatem criminis. j̄.e.inter ſolicitudi-
nes.rñ.j.vbi de hoc.¶ Præcauens]iii.pars. [Purgando].i. ei qui ſe
vult,& intendit purgare[Maliuolētiam]ar.xcv.di. eſto ſubiectus.
lxxxvi.diſt.quanto.ff.de offi.præſi.obſeruandum.

*SVMMARIVM.*

1 *Suſpenditur quis ſtatim a beneficio propter immanitatem delicti.*
2 *Clericus non debet in quibuſdam purgationibus ritū benedictionis impendere.*
3 *Purgatio reprobata fidem non facit.*
4 *Sententia quę nulla eſt,non lædit aliquem.*
5 *Compurgatorum numerus arbitrarius eſt.*
6 *Infamiam facti omnino remouere,ſolius Dei eſt.*
7 *Abſolutus quia ſe purgauit,an poſſit iterum de eodem crimine accuſari.*
8 *Iuſiurando idem conſequitur , quod ſententia.*
9 *Prætor iuſiurandum tuetur.*
10 *Iuſiurandum,ſolum Deum habet vltorem.*
11 *Malam fidem qui allegat ipſam probare debet.*

## CAP. VIII.

8 *Epiſcopus omnem odium & rancorem remittere debet.*
9 *Iniuria an remittatur diſſimulatione.*
10 *Prælatus, ſiue priuatus iniuriã paſſus non cogitur ſatisfactionem remittere.*
11 *Odium nemo debet animo retinere.*
12 *Læſus etſi teneatur parcere quãtum ad odium, lædens tñ tenetur ſatisfacere.*

CAP. VII.

Olim. De damnis & iniuriis.] ſi. j̃. de ſent. excommu. nouerit. & c. grauem. [Idem.] verſic. ſ. Mutinen. epiſcopus. [Lite non conteſtata.] & male. ut ſequitur. ¶ Quare nos.] ij. pars. [Reuocato.] quia
1 † proceſſus lite non conteſtata habitus regulariter nullus eſt. s̃. vt lite non conteſt. accedens. s̃. de lit. conteſt. c. vnico. s̃. de elec. dudũ ij. §. licet. Non enim in modum inquiſitionis, ſicut forſan putabat Mutinen. eps̃. ſed in modum commiſſionis fuit ei negotium delegatum. ſicut alias. s̃. de iud. exhibita. §. j. & §. fi. & tamẽ in hoc caſu conteſtatur quandoque, vt patet in eo, quod legi. & not. s̃. de purg. can. cum dilectus. §. dictus vero. [Commune] ver. [Florentin.] taxatione iurõ &c. vt j̃. eod. §. taxatione. [Quia banniuerat]
2 &c. vt hic ſequitur, & † bannum de iure nullum fuit tanquam a non ſuo iudice habitum. 96. diſt. bene quidem. xvj. q. vij. non placuit
3 † nullus enim laicus poteſt habere iuriſdictionem in perſonam clerici, vt ibi leg. & no. s̃. de maio. & obe. ſolitæ. § j. s̃. de iudi. at ſi clerici. & c. clerici. vnde & ſi talia attentet, eſt ſicut ſacrilegus puniendus. xvj. q. vii. ſi quis Principum. & leg. & not. s̃. de foro cõ-
4 pe. conqueſtus. & quia talis † iudex, immo non iudex offendit eccleſiaſticam libertatem, punitur, vt ſequitur. [Propter iniuriam] ver. [Expenſas, & damna.] ſic. s̃. e. c. j. ¶ Taxatione] 3. pars. [Iurõ.] interueniente: cum nec aliter de facili poſſet fieri probatio, vt patet in eo, quod leg. & no. s̃. de homi. ſignificaſti. j. §. fi. in prin. [Præmiſſo] Debet ergo iudex primo taxare expenſas, & damna in iutio petita, & poſtea ſequitur iur̃m, vt hic & 3. q. 3. offeratur. verſic. quod fieri. C. vnde vi. ſi quando. ii. q. j. in primis. s̃. de procur. conſtitutis. quod dic, vt plene no. s̃. quod me. cauſa. c. fi. [Vſualis monetæ.] hoc intelligebatur dictum, & ſi non fuiſſet expreſſum. ff. de ꝯh. empt. Imperatores. & arg. ff. de leg. j. ſi ſeruus plurium. §. fin. s̃. de maledictiis. cap. ij. §. per temporalem. vbi de hoc. Et ſi diuerſæ ſunt, de minori intelligitur. ff. de le. 3. nummis. ff. de reg. iur. ſemper. s̃. de cenſi. ex parte. vbi de hoc. [Condemnandum.] Poteſt er-
5 go † eps̃ agere ad ſatisfactionem iniuriæ ſibi illatæ, vt hic. & 17. q. 4. ſi quis deinceps. C. de iniuriis. atrocem. quod verum eſt quo ad pœnam ciuilem, ſiue pecuniariam, capitalem enim remittere ei ſanctitatis gloria dereliquit, & ſic etiã non contradicit. C. de epiſ. & cleri. ſi quis in hoc genus. Sed quid, ſi iniuriantem ſibi viua voce per literas ſalutauerit, nunquid videtur in totum iniuriam re-
6 miſiſſe? Ita videtur, nam hæc † actio diſſimulatione tollitur. Inſti. de iniur. §. fi. ff. e. tit. l. non ſolum. §. j. & per ſalutem fit indignantis
7 † reconciliatio. 63. diſt. cum Adrianus. Sed ꝯ, quia etiam expreſſe ſibi factam remittere non poteſt. 63. diſt. Salonitanę, j̃. de ſen. ex-
8 com. cum non ab homine. in fi. † Item eps̃ tenetus rancorẽ omnem, & odium remittere, ita ꝙ nec ſignum rancoris retineat, nõ eſt ergo ei imputandum, ſi ſalutauerit iniuriantem, vel etiam cũ eo comederit, vel celebrauerit, cum ad hoc ex officio aſtringatur quod nemini debet eſſe damnoſum, vt no. s̃. de renun. ſane. §. fin.
9 Sol. Actio iniuriarum † ab initio diſſimulatione aboletur. i. ſi is, qui iniuriam recepit. non iraſcatur, nec moueatur, porro ſi exinde ſemel motus & turbatus fuerit, & ſic iniuriam ſtatim ad animum reuocauerit, & iniuriantem citari fecerit, non tollitur, niſi expreſſe renuntietur, vel tranſigatur, vel paciſcatur, & ſic intellige ff. eo. non ſolum. §. j. & ff. de pactis. ſi tibi. §. quędam. & l. ſi vnus. §. pactus. verſi. ſed ſi pactum. Cæterum iniuria prælato, vel clerico irrogata quãtum ad perſonam tolli poteſt tacite, & expreſſe, ſed quantum ad eccleſiam nullo modo, & ſic intellige dicta ca. Salonitanæ. & cum non ab homine. in fi. & 23. q. 4. ſi is qui pręlatus
10 eſt. † Siue autem prælatus, ſiue priuatus ſit is, cui iniuria eſt irrogata, nunquam cogitur ſatisfactionem remittere. xc. diſt. ſi quis cõtriſtatus. 23. q. 4. ſi illic. 45. diſt. & qui emendat. 93. q. v. de occidendis. Sed & ex quo litis conteſtatio facta eſt, nec per ſalutationem dicam ipſam remitti, nec per pacis oſculum in eccleſia datũ, ſed
11 ſolum odium, quod nemo † debet animo retinere, vt patet. 23. q. 4. cum in lege. & xi. q. 3. inter verba. & ſic intellige. 63. diſt. cum Adrianus. de conſecra. diſt. ij. pacem. & idem videtur ſ̃m ca. & ſi ſola citatio facta ſit. arg. in eo quod legitur, & no. s̃. de offi. del. relatum. & c. gratum. hæc autem non de facili concederent oẽs doctores legum. † Læſus igitur, & ſi teneatur parcere q̃tum ad odiũ, lædens tamen tenetur ſatisfacere, vt expreſſe probatur. de pœ. di. v. c. fi. ad fi. niſi enim ſic intelligeres illam literam, ꝯdiceret ſibi ipſi hic, & ſi nouus videatur in aliquibus, eſt tñ rationabilis intellectus. & adde quod no j̃. de ſent. excom. ea noſcitur. & c. conqueſti. §. vnico. & s̃. de arbitris. dilecti. ad finem.

*SVMMARIVM.*

1 *Vniuerſitas non tenetur de delicto ſingulorum ſicut non econtra.*
2 *Incolæ noui non tenentur de antiquis debitis aliorum.*
3 *Damna data, & expenſæ factæ differunt.*
4 *Damnum quoddam, eſt circa rem, & quoddam extra rem.*
5 *Epenſæ, quæ dicantur.*
6 *Contributio fit pro communi ſtatu, vel communi negotio.*
7 *Multa pro bono pacis fiunt, quæ alias fieri non deberent.*
8 *Verbum moderandum, potius diminutionem ſignificat quam exceſſum.*

CAP. VIII.

In noſtra. Brixienſes.] Forte ita erat. cũ olim eſſet diſcordia inter populũ & milites Brixienſes, multa ſibi damna adinuicem intulerunt, multi etiam ex ipſis multas expenſas pro partib. ſuis fecerũt, tandem facta pace, cum damnificati ex vtraq; parte ſibi peterent ab altera damna reſtitui. cõmune videns ex hoc periculum imminere, vel hoc nimis ſibi periculoſum eſſe, ſtatuit, ꝙ nullus ſuper damnis agere poſſet, & hoc ſinguli iurauerunt: verum, cum poſtea peterent expenſas, obiiciebatur eis huiuſmodi iuramentum, ſed hic ſequitur, ꝙ non poteſt. ſ̃m d. n. [Reſtitutionibus.] alias reſtaurationibus, & eſt melior litera, vt patet j̃. verſi. j. [Statutum] alias editum, & eſt melior litera. [Reſtaurationes.] Per hoc apparet, ꝙ. s̃. debet habere reſtaurationibus, & non reſtitutionibus. [A cõi.] hoc non determinat gerundiuum recipiendo, ſed participium editum. Vel dic, ꝙ determinat gerundium: commune enim in pace, quæ facta fuit Ad dãna & expenſas ſe obligaret, ſed propter periculum, quod inde eueniebat, vel quia communi nimis oneroſum erat, idem commune contrarium ſtatuit ſuper damnis. Si quæras, qũo hoc fieri potuit in præiudicium ſingulorum? Reſpon. quia in hoc ſinguli ſingulariter conſenſerunt. Vel hoc potuerunt ſtatuere in eorum præiudicium, vt no. s̃. de conſti. q̃ in eccleſiarum. nam cum commune Brixię tã populi, quam militum ſimul iunctum ad damna reſarcienda, q̃ nec dederat, nec dari mandauerat, nec eſſet etiam naturaliter obligatum, licet pars militum per ſe, & pars populi per ſe poſſet de aliquibus conueniri, in quibus ex ſuis culpis, vel negligentiis erãt naturaliter obligati, ſicut ſuo ſtatuto generali ſe obligauerant ad damna reſarcienda, ita ſtatuto generali contrario per illos tantum, per quos regitur ciuitas, obligationem tollere potuerunt in-
1 fra de reg. iur. c. j. ſ̃m. d. n. alias autem † vniuerſitas non tenetur de delicto ſingulorum, ſicut nec econtra. ar. ff. quod cuiuſque vni-
2 uer. l. ſicut municipium. §. j. nec † noui incolæ tenentur de antiquis debitis aliorum. C. de decur. prouidendum. li. x. nec abſentes de obligatione præſentium. ff. de magiſtris conuen. l. j. reſpon. j. & eſt hoc verum quo ad priuatum, & proprium intereſſe, nam inquantum aliquis eſt de vniuerſitate, & quo ad executionem in rebus vniuerſitatis faciendam, præiudicat eis. ar. ff. ad municip. quòd maior pars. ff quòd cuiuſque vniuer. l. nulli. & l. ſeq. & adde quod not. infra de ſenten. excom. grauem. §. j. ver. j. & ſupra de ſimo. dilectus. ij. §. abbatibus. & de elec. ſcriptum. §. fi. ſuper verbo, omnes aut maior. in fi. ¶ Cum igitur]. ij. pars. [Aliud ſit damno-
3 rum reſtauratio. [Eſt † ergo differentia inter damna data, & expenſas factas, vt hic colligitur. & ar. ſupra c. proxi. ſupra de of. deleg. cum olim abbas. ſicut & inter ſatisfactionem iniuriæ & damnorum, vt colligitur. infra de ſenten. excom. conqueſti. §. vnico. Ad dãna pertinet, ſi forſan proponitur diſcordiam domus aliqua deſtructa fuit, vel poſſeſſio aliqua inculta remanſit, vel quia aliquis ciuium mercatorum negotiari non potuit hæc damna
4 & ſimilia remiſſa ſunt, & iuramento firmata. Circa quod † notandum, quòd quoddam dãnũ, ſiue intereſſe dicitur circa rem, quoddam extra rem. Circa rem dicitur, quando ſubtraxiſti mihi inſtrumenta. per quæ poteram probare, qualiter poſſeſſio aliqua fuerat acquiſita per me vel predeceſſores meos, ſi ergo tractus in cauſam non potui probare defenſionem meam propter ſubtractionem inſtrumentorum, & iam ſuccubui, teneris mihi de intereſſe illo. ff. de act. emp. & ven. Iulianus. reſpon. j. xij. q. ij. ſi quis de clericis. Intereſſe vero extra rem, vbi debes mihi frumentum, & non reddis tempore ſuo, & ideo familia mea famę periit, iſtud intereſſe non ſemper poteſt peti. ſed prętium frumenti tantum. ff. de act. empt. & vend. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. Ideo autem dixi non ſemper, quia in arbitraria actione venit, puta, quãdo certa die & certo loco promiſiſti ipſum mihi reddere, vt no. ſupra de fo. cõpe. dilecti. ſupra de plus peti. c. vnico. In hoc enim caſu nedum damni, ſed etiam lucri habetur ratio. ff. de eo quod
5 cer. lo. da. opor. l. ſi vt certo. §. fi. Expenſæ † vero dicuntur, quas qs facit in lite, vel circa aduocatos. C. de iudi. ſancimus. in medicinis, vel circa medicos ſupra. e. c. j. in eundo & redeundo, ſeu nuntios mittendo ſupra de procur. cum pro cauſa. de quibus ſatis no. ſupra de dolo. finem. ſupra vt lit. non conteſt. qm̃. §. in aliis. [Non. debet.] ex vi ſignificationis verborum, vt patet ex præcedentibus
6 Igitur † verbis ſtandum eſt, niſi aliud conſtet. ff. de le. iij. non aliter. ff. de exerci. act. l. j. §. ſi is qui nauem. ver. in re igitur dubia. ¶ Mandamus]. iij. pars. [Iuramento non obſtante.] quod non extenditur ad illa, de quibus non probatur actum, vel cogitatum. ſupra de iureiur. veniens. & ca. Quintauallis. & ca. clericus. ſicut nec trãſactio. ff. de pact. tres fratres. ff. de tranſact. qui cum tutoribus. in fi. [Pro bono.] ſi ſupra de præbend. niſi eſſent. [Concordię.] Sicut er-
7 go † pro communi ſtatu vel communi negotio fit contributio. s̃. de ſta. mo. in ſingulis. §. j. ver. fi. ſupra de cenſibus. procurationes. §. j. & le. & no. s̃. de elec. vt præteritæ. & pro imminenti communi periculo euadendo. ff. ad. l. Rodi. de iac. l. j. & l. ij. §. cum in eod. & l. amiſſæ. † ſic & in caſu iſto æquum eſt fieri contributionem propter bonum pacis & concordiæ, vt maiora pericula euitentur.
8 † Pro bono ergo pacis multa fiunt, quæ alias fieri non deberent, vt hic patet, & in eo, quod le. & no. s̃. de deſpon. impub. c. ij. in fi. [Ad expenſarum.] quia aliud cenſentur eſſe dãna, aliud expenſę, vt dictum eſt. s̃. proxim. §. ſicut & aliud pœna, & aliud mulcta. ff. de verbo. ſig. aliud fraus & l. ſi qua pœna. & no. s̃. de conſti. cognoſcentes. [Arbitrium] Talia enim arbitraria ſunt, vt patet in eo,
9 quod le. & no. s̃. e. c. proxi. §. fi. [Moderandum.] hoc † potius diminutionem ſignificat, quam exceſſum. j̃. de verbo. ſig. c. ſi.

*SVMMARIVM.*

1 *Iniurians vt teneatur quæ requiruntur & in quid nõ tenetur mõ dãnũ dedit.*

2 *Imperi-*

2 *Imperitia culpæ annumeratur.*
3 *Error tollerabilis non eſt,in facto proprio.*
4 *iniuria fit aut re,aut verbis.*
5 *Iniuriarū actione qn̄ quis tenetur ſi aliquē uocauerit, uel ꝓbauerit baſtardū.*
6 *Actio l.Aquiliæ habet locum quando homo liber dat damnum.*
7 *Actio de pauperie habet locum quando animaldamnum dat.*

C A P. IX.

1 SI culpa. No.ad hoc vt teneatur is,†qui damnū
dedit,ſeu iniuriā irrogauit, neceſſe eſt
culpam interuenire,ideo ſi infantes,vel amentes dā-
num dederint,non tenentur:impubes tn̄ doli capax
tenetur.ff.ad l.Aquil.ſed & ſi.§.iniuriarū.& §.igitur. xv. q.j.illa.ſ̄.
ne delic.pue.c.j.vbi de hoc.Sed nec tenetur is, qui defendendo ſe
incontinenti,& eodem modo damnum dedit.vt ff.ad l.Aq. ſcie-
tiam.§.qui cum aliter.ſ̄.de homici.ſignificaſti.ii.§.fi. ver.j.Excu-
ſatur & ille,qui alterius impulſu,vel ventorum violentia damnū
dedit.ff.ad l.Aq.quemadmodum.§.ſi nauis.niſi in culpa reperia
tur ſaltem leuiſſima,quæ in hac lege venit.ff.ad l. Aquil. in lege.
Qualiter autem quis deprehendatur in culpa.dic,vt no.ſ̄.de æta.
& qual.ad aures.[Damnum,vel iniuria]ff.ad l.Aqu.ſed & ſi.§.in-
iuriam.& ſ̄.eo.c.ſi quis aperuerit.[Seu aliis] ff.ad l.Aquil.itē me
la.§.ſi alius tenuit.[Opem.]vel operam,cōſilium,ſiue auxilium,
nam ſi vnus tenuit,& alius interemit,etiam is, qui tenuit,l.Aqu.
tenetur,quaſi cauſam mortis præbuerit.ff.ad l.Aqui. item Mela.
§.ſi alius.& §.item cum eo.ff.de iniuriis.non ſolum. rn̄.j.§. cum
mandato.Sic ope,& conſilio furtum committitur.Inſti.de obli.
quæ ex delicto naſ.§.ope.& homicidium.ſ̄.de homicid.ſicut di-
gnum.§.illi etiam qui.& §.hi qui.& adulterium.ff.de adul. ſi cu-
2 ius.rn̄.j.& §.fin.[Imperitia.] †quæ annumeratur culpæ.Inſti.de l.
Aquil.§.imperitia.ff.de reg.iur.imperitia.ff.locati. ſi quis domū.
alias ſi quis fundum.§.Celſus.[Negligentia.]ergo ſiue culpa,ſiue
imperitia,vel negligentia damnum dederis, vel iniuriā irrogaue
ris,teneris,puta,ſi omiſeris aliquid,quo facto damnum non fuiſ
ſet datum,vt probant præmiſſa iura.& ff.ad l.Aquil.ſi ſeruus ſer-
uum.§.ſi ex plauſtro.& §.ſi calicē.& l.qui occiderit.§.in hac & l.
idem iuris eſt.Negligentia igitur imputatur.j̄.de pœnit.quæſitū.
vbi de hoc. ¶ Nec ignorantia. ] ii.pars.[Excuſat.] ex quo culpa
tua datum eſt damnum.[Sed ſcire.]alias ſi ſcite, ſed prima lite-
ra melior eſt,& comprobatur.ff.ad l.Aqui.ſcientiam.§.pen.[Ex
3 facto tuo.] †in quo non eſt tolerabilis error. quod dic,vt legitur
& no.ſ̄.de reſcrip.ab excommunicato. [Poſſe contingere.] Hic
ergo non excuſatur ignorantia,puta,ſi cum vellem percutere ꝑ
cutientem me,quod licebat percuſſi alium, imputatur mihi. ff.
de iniur.eum qui.§.qui iniuriam.ff.ad l.Aqu.ſcientiam. §. penul.
Eſt tamen ar.contra.ff.de iniuriis.ſi cum ſeruo Sed eſt.ſi.ſ̄.de præ
ſump.c.j.Illud autem certum eſt,ꝙ is,qui nihil omiſit de cōtin-
4 gentibus,non tenetur.vt j̄.eo.c.in fin.Et not.ꝙ† iniuria fit,aut re,
aut verbis.Re, quoties manus infertur.Verbis,quoties conuitiū
dicitur.ff.de iniur.l.j.ſ̄.de re iud.cum te. Actio vero iniuriarum
per diſſimulationem aboletur & anno tollitur.ff.de iniur.non ſo
lum.§.j.C.de iniurijs.ſi non conuitij.quod dic,vt no.ſ̄.eod.olim.
§.fi.Quid ſi aliquis vocat alium latronem,periurum, vel adulte
rum,& verum dicit,nunquid eſt condemnandus?Reſpon.ſi hoc
facit accuſando, vel denuntiando ad puniendum delictum , &
hoc probauerit,nō tenetur,& ſic intellige.ff.de iniuriis.eum qui
nocentem.C.de iniuriis.ſi quidem auiam. ver.ſi. idem eſt ſi hoc
faciat excipiendo,vt repellat eum a teſtimonio.ſ̄. de teſti.ex par-
te Ade.vel ordine,vel beneficio.ſ̄.de accuſ.ſuper his.Hoc enim a
iure conceditur,vt in prædictis iuribus, nec videtur iniuriam fa-
cere,qui vtitur iure ſuo.ff.de iniuriis.iniuriarum.§.j.ff.de reg. iur.
nemo damnum.col.pen.ſ̄.de ele.cum eccleſia Vulterana.§.j. ad
fi.Sinautem hoc dicit ad infamandum tātum,quod patet ex eo,
quia nec dicendi iuſtam cauſam habet, tunc omnino condem-
nandus eſt,& ſic intellige.C.de iniuriis.l.3.& l. ſi quidem auiam
5 rn̄.j.vj.q.j.ex merito.& c. deteriores. Quid ergo †ſi vocet aliquē
cucurbitam,vel baſtardum?Vtique de cucurbita nō occurrit iu-
ſta cauſa,quare hoc dici poſſit, nullus enim plus eo dolet,ſi veri-
tas ſit.vnde Virgilius. Coniuge pro rata non ſolum tangit Atri-
des.Iſte dolor ſoluſque &c. hoc eſt, quod dicit lex, ꝙ non ſolum
Atrides coniuges ſuas amant.ff.de adul.ſi vxor.rn̄.j.& §.j.ſed nec
culpa baſtardi eſt,ꝙ ita fuerit generatus.66.diſt.naſci.Si ergo hoc
dicatur ad infamandum tantum,tenetur dicens, vt ſ̄. ſi vero ad
hoc,vt ipſum ab hæreditate repellat,hoc licet,vt ſ̄.qui fil. ſint le.
cauſam.& c.lator.ergo nō tenetur,dummodo hoc probet,vt di-
ctum eſt.Illud etiam ſcias,ꝙ ſi is,qui damnum dedit, conuenia-
tur,& ipſum damnum neget,& conuincatur,in duplum condē
natur.ff.ad l.Aqui.l.2.& C.eo.ti.ꝯ negantē.¶ Quod ſi animalia.]
3.pars. Et ſumitur hoc ex eo,quod leg.& not.Inſti.de l.Aquil.rn̄.
j.ſ̄.eo.ſi læſerit.& c.ſi bos.[Niſi ea] ſ.animalia.nam ipſa pro dam
no poteſt dare.ff.ſi qua.pau.fe.di.l.j.rn̄.j.& nota.ſ̄.eod. ſi læſerit.&
habet locum hoc in his animalibus, quæ contra naturā mouen
tur,vt puta in boue,ſi cornupeta ſit,vel equo recalcitroſo. vt ff.ſi
qua.pau.fe.di.l.j.& l.Agaſo.ſ̄.eo.ſi bos.Inſti.de l.Aquil.rn̄.j. Sinau
tem feram teneas,quamuis domeſticā,& damnum det, ad æſti-
mationem damni teneris,nec liberaris ipſam dando pro noxa,
ex quo talis eſt,quæ primitiua naturali ſua ferocitate conſidera-
ta damnum committit,quia debuiſti ipſam ſic cuſtodire,ne dā-
num daret,& ideo,quia nō adhibuiſti ipſam ſic cuſtodire,ne dā
num daret,& ideo,quia non adhibuiſti,quam potuiſti.diligentiā
6 obligaris.vt j̄.§.j.cum ſuis concor. Et illud ſcias,ꝙ quando † liber
homo damnum dat, locum habet actio legis Aquil. Vbi vero
7 † quadrupes, ſiue animal, tunc actio de pauperie locum habet.
¶[Quod tamen] 4.pars.ſ.propter ipſa animalia pro noxa tradere.
[Non proficit] ſubaudi,immo inſolidum obligaris. [Si fera ani-
malia.] vt canis,vrſus,& ceruus,panthera, & ſimilia, vt ff. ſi qua.
pau.fe.di.l.j.§.ſed & ſi canis.& §.generaliter.& §.beſtiis.Inſti.de l.
Aqu.§.j.Inſti.de rerum di.§.feræ.¶[Sane] v.pars. [Occaſionem.]
propinquam,non remotam,ſic intellige,quod hic dicit. & ff.ad
l.Aqui. qui occidit.§.in hac actione.ſ̄.eo.ſi quis aperuerit.vbi de
hoc.quod dic,vt leg.& no.ſ̄.de homicid.de cetero.[Dicendum]
vt no.ſ̄.e.ſi egreſſus.[Nil omiſit.] Hic habes ſciſſum notabile,nō
enim ei aliquid imputandum eſt, qui de contingentibus &c. ut
hic,& ff.ad l.Aquil.qui occidit.§.in hac.& l.qui foueas.& l.ſi ob-
ſtetrix.§.fi.& l.diſtin.ſi putator.& legitur,& notatur.ſ̄.de homic.
cap.antepenul.& fin.

## ¶ De pœnis. Rubrica.

*S V M M A R I V M.*

1 *Delinquens toties debet puniri,quoties delinquit.*
2 *Pœna ſoluta arbitrio ſtare quis non cogit.*
3 *Clericus quoties in delicto repertus fuerit,toties exigatur ab eo pœna.*

C A P. PRIMVM.

LA quæ. Frequenti ſn̄ia condemnētur]
ſic.vj.q.j. imitare. & de pœ.di.j.
1 menſuram.& ita † quoties quis delinquit,to-
ties puniri debet,ſic & in contractibus cōſue-
uit dici,vt pœna ſoluta cōtractus maneat in
ſua firmitate.ff.de tranſac.qui fidem, ſed & ar
2 bitrio ſtare quis non cogitur pęna † ſoluta,ni
3 ſi id expreſſe dicatur.ff.de arbi.ſi duo.in fi.Et ſic eſt hic ar.ꝙ†quo
ties clericus in delicto repertus fuerit,toties exigatur ab eo pœna.
& arg.23.diſt.quamquam.in fi.& ff.de verb.obli. ſi ſic ſtipulatus.
B.& etiam ſi ſemel repertus fuerit gloriari.ſ̄.de exceſſ.prælat.quā
ſit graue.quod dic,vt ibi no.

*S V M M A R I V M.*

1 *Lex lombarda pœnalis canonizata.*
2 *Diocœſis tota,parochia dicitur epiſcopi.*
3 *Epiſcopus ſi aliquas pœnas pecuniarias recipiat,non eas lucri facit.*
4 *Epiſcopus eſt in eccleſia,& eccleſia in Epiſcopo.*

C A P. II.

PResbyteri. Compoſitio] i.pœna,ad quā
tenetur homicida.ſm̄ legem
1 lombardam†& eſt ſexcentorum ſol. vbi interficit pſ̄
byterum,vt hic,ſi vero diaconum quadringentorū,
ſi ſubdiaconum trecentorum,ſi epiſcopum nōgentorum, ſi mo
nachum quadrigentorum,& eſt hæc lex canonizata.17.q. 4. qui
ſubdiaconum. & ca.ſeq.præter pœnitentiam,vt ibi,de qua legit.
& no.j̄.ti.j.c.ij.ſed & maiori pœna ſunt tales plectendi, vt patet.
2 j̄.eo.ad aures.vbi de hoc.[Parochiam.] i.de cuius diœc.eſt †tota
enim diocœſis parochia epiſcopi intelligitur eſſe, vt hic, & ſ̄.de
rapto.c.j.cum ſuis concor.[Soluatur]non vt imburſet,ſed vt par
tiatur.vt j̄.leg.& no.ſi.xij.q.j.præcipimus.& c.ſeq.ſ̄.de ſuc.ab inte
ſta.c.ij.ſ̄.de offi.ord.cum uos.[Ita] ver.[Vt medietatem ] ſ.prædi
ctæ cōpoſitionis,ſiue pœnæ.[Eccleſiæ,] Et eſt duplex ratio. Vna,
quia nullus eius hæres &c.vt j̄.eo.ver.quia nullus. Secunda, quia
& ei in perſonam presbyteri intelligitur iniuria irrogata.ſ̄. de ſo.
compe.c.2.ſ̄.de Iudæis.poſtulaſti.j̄.de ſenten.excom.cum deſide
res.in fi.ii.q.7.accuſatio in fi.[Præfuit] ſ.presbyter interfectus.[Di
ſpartiat] i.diſpartiēdam iuſte retineat.ſ.ipſe epiſcopus. vel [Eius]
ſ.presbyteri.hoc eſt pro anima ſua.[Iuſte diſpartiat] ſ.magis egē-
3 ti conferendo.86.di.non ſatis.Et ſic eſt ar.†ꝙ ſi eps̄ aliquas pœnas
pecuniarias recipiat, non ipſas lucri facit, ſed ſunt in vtilitatem
eccleſiæ conuertendæ,vel alias pauperibus erogādæ,vt hic,& di.
j.ius militare.& 6.q.j.c.j.23.q.v.dicat.& not.ſ̄.ſuper verbo,ſoluat.
Prior tamen expoſitio magis placet,nam & de redditibus ꝓpriæ
menſæ verum eſt,ꝙ ſunt in vtilitatem eccleſiæ conuertendi, vel
alias pauperibus erogandi,vt patet.16.q.j.c.fi. & in eo quod legit.
& not.ſ̄.de præben.ratio. & tamen horum diſpoſitionem habet
epiſco-



epiſcopus,& inde viuit,vt patet in eo, quod le.& not. ſ̄. de elec.cū
nobis olim.§ fi.ſ̄.de pecul.cleri. ca.fi.[Quia nullus. ]ver.[Eius].ſ.
præſbiteri interfecti.[Quā]ſubaudi ipſa eccleſia.[Qui].ſ.eps̄. [So
ciauit]baptizādo,& ordinando illum. T.vnde non eſt mirum,ſi
inde ſuam habet portionem Vel dic,quā,ſubaudi eccleſia & epiſ
4 copus.[Qui].ſ.†epiſcopus & eccleſia nā eccleſia eſt in epiſcopo,
& eps̄ in eccleſia.vij.q.j.ſcire. [Sociauit].i. ſociarū eccleſia bapti-
ʒādo,epiſcopus ordinādo,& ideo debent hoc inter ſe diuidere.ar.
ſ̄.de ſuc.ab inteſ.c.ij.& iij.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iuſtitiam vendere inter grauiora crimina numeratur.*
2 *Mulctam non infligit,niſi maior iudex.*
3 *Monitio debet præcedere eccleſiaſticam cenſuram.*

C A P. III.

LIcet iuxta Apoſtolū & infr.
[Pro corrigēdis].i.ſub ſpecie correctionis exceſſuum
& criminum omittendo pęnam certā ſtatutā a ca
none,puta depoſitionem. vel perpetuam ſuſpenſionem,vel aliā,
quod fieri nō debet,vt patet in eo, qđ le.& not.ſ̄. de offi. deleg. de
cauſis.§.illis.& de trānſact.c.fi.§.fi.vel forte hanc pecuniam reci-
piebāt vt criminoſos in ſuis criminibus ſuſtinerent, & ſic vende
1 bant† iuſtitiam,quod inter grauiora crimina numeratur, vt.ſ̄.de
pur. ca. c. fina. §.fi. ver. videlicet . [A clericis & laicis ] quia forte
de ſua iuriſdictione temporali erant ſecundū quoſdā. Alioquin
contra.ſ̄.de maledicis.c.ij.§. per temporalem.ſ̄. de iudæis.poſtu-
laſti.ſ̄.de appel.ſi duobus.Tu dicas,ꝙ hoc poteſt intelligi ſecundū
qđ le. & no..ſ̄.de off.ordi.dilectus.ſ̄. de ſimo.nemo.& c.ad aures.
[Pœnā. ]de radice cupiditatis,vt ſeqt̄.cū aliter meliꝰ poſſent cori
gi,ſecus ſi hoc facerēt ex ʒelo correctiōis,& hāc pęnā nō imbur
ſarēt, ſed pauperibus erogarēt.ar.ſ̄.e.c.ij.quoniā illa pœna,q̄ ma-
gis timetur, & ꝑ quā aliquis melius,& citius corrigitur, ſemper eſt
infligēda.ſecūdū Hug.ar.xxiiij.q.4.ca.vindicta.& q.v.prodeſt.& ſ̄.
vt lit.non cōteſt.c. ſi.§.fi.ſed hāc pęnam nō pōt infligere,niſi is,q
poteſt diſpēſare.ſecūdū Ala.ſicut eſt epiſcopus. ſ̄.de iudicijs. at ſi
2 clerici.§.de adulteriis.Quia nec† mulctā poteſt infligere niſi ma
ior iudex.ff.de iudi.l.ij.§.fi.ſ̄. de rapto.in archiepiſcopatū.niſi vbi
inuenitur in iure expreſſum.ſ̄. de maledicis. c.ij. §. per tēporalē.
vel ratione ſtatuti, ſeu conſuetudinis. quod dic, vt le. & no. ſ̄. de
maledicis.c.ij.& ſ̄.de of.del.de cauſis. & c.præterea.Hæc vero ma-
teria plenius expeditur.ſ̄.de offi.ordi.irrefragabili. §.fi. & ca.cum
dilectus dic,vt ibi no.[Exactione]indebita. alioquin contra.ſ̄.de
his quæ fi.a maio.par.ca.quæſiuit.& eſt hoc primū delictū.quod
committūt.[Perſonas]ver.ſubaudi ſine cauſa.& eſt hoc ſecundū
delictum.[Eccl̄as]ver.tertiū delictū . [Interdicunt] ſolū ad pecu-
niā extorquēdā , vt ſequitur, & probatur. ſ̄.de.ſimo. audiuimus.
[A vicarijs ver. & eſt quartū delictū,nā ſi ꝓ vicaria, cui ordo an-
nexus eſt pecuniam recipiunt, neutrum inemptū delinquūt , &
ſic ſimoniam committūt,j.q. iij.ſi quis obiecerit. & c.ſaluator.ſ̄.
de ſimo.non ſatis.reſpon. j. verſi. nec prioratu. & c. querelā.[Et
alia] verſi. ſubijcit clauſulā generalē præmiſſis ſpecialibus,vt oīa
includat.ſi.ſ̄.de reſcrip.ſedes.& no.ſ̄.de commodato.c.vnico.[Ob
uiant.]ideo ſunt grauiter puniendi, vt patet in eo,quod le.& no.
ſ̄.de maio.& obe.c.ij.& c.illud[Cupiditatis] ecce quare reprobat
factū iſtorū,vt & no.ſ̄.e.ſuper verbo.pęnā.ſic.ſ̄.de præbē.auaritię.
ſ̄.de decimis.c.j.ad fi.ſ̄.de cenſibus. ea quæ.¶[Mandamus] ij.pars.
[Interdictas]ſic.ſ̄.de æta.& qua.c.ij.§.fi.¶[Si autē].iij.pars.[Eccl̄a-
3 ſtica cenſura. ] † quam monitio debet præcedere . j̄. de ſen.ex-
com.ſacro.

*S V M M A R I V M.*

1 *Audacia litigandi refrenanda eſt.*
2 *Litigioſus ordinari prohibetur.*
3 *Ius in facto poſitum eſt.*
4 *Aduocatus an & quando teneatur parti quæ ſuccubuit.*
5 *Calumniantes multis modis puniuntur.*
6 *Calumniari videtur.qui non probat quòd intendit.*
7 *Victus uictori condemnari debet in expenſis.*

C A P. IIII.

CAlumniam. [Temere] quod apparet eo ip
ſo,ꝙ ſuccūbit,vt patet.j̄.§.j.&
ar. optimum.C.de iudi.rem non nouam. & ſic intel
lige.ff.de iudi.eum quē temere.Caueat ergo ſibi vnuſ
quiſque,qualiter faciet vocari aduerſarium ad iudicium , quia
1 refrenāda † eſt audacia litigandi,vt hic & ſ̄.de reſcrip.nonnulli. §.
cum autem.maxime ſi clericus ſit litigator, qui † ſi litigioſus ſit,
2 ordinari prohibetur. xlvj.diſt. §.j.& per totum.exprimat ergo ve
3 ritatem,quia † in facto ius poſitū.eſt.ff.ad.l. Aquil.ſi ex plagis.§.in
cliuo.conſulat peritos.C. de inge. & manu.ſi auiam.alioquin me
lius faceret ſi ſe inanibus ſumptibus non vexaret.arg. ff. de in
off.te.l.j.ad fi.nam eo ipſo,quòd ſuccumbit,in expenſis condem-
nabitur,cum calumnia præſumatur vt dictum eſt, niſi iudex re-
periat,ꝙ probabilem cām habuit litigandi.qđ quidem ſua tene-
tur iudex ſententia promere,vt ſic appareat,quare nō condēnat,
vt in Authen.de iudicibus.§.oportet.coll.6.Alii dicunt,ꝙ quan-
do agitur ciuiliter,non punitur, niſi calūnia probetur, ſed hæc
opinio hic reprobatur expreſſe, vt & j̄.ſequitur, & not. ſ̄.de do-
4 lo & contu.finem.vbi hæc materia copioſe no.† Quid ſi peritos
conſuluit,& reſponderunt ei,ꝙ iuſtam cām habebat, & nihilo-
minus ſuccubuit?Rn̄. Si veritatē facti ſcienter tacuit,de ſe quæra-
tur,ar.ff.de reg.iu.qđ quis culpa ſua dānum patit : ſinaūt ipſam
ignorauit,q̄a latebat,puta,quia alii ſucceſſerat. ff.de reg. iur.qui
in alterius.tunc nec aduocatus,qui al̄s in culpa nō eſt , in aliquo
obligatur.ar.ſ̄.de conſtitu.cognoſcentes.cū ſuis cōcordā.& prin-
cipalis abſoluitur a condēnatione expenſarum ,ex quo reperit
habuiſſe cām probabilē litigandi,vt dictū eſt. Quia ſi totā verita
tē expreſſit,& aduocatus,vt ſalarium habere poſſet, ipſum ſcien-
ter decepit,qđ finis cauſæ manifeſtat.C.de iudi.rem non nouam.
obligatur inſolidum aduocatus,nedū ad dānum,ſed ēt ad intereſ
ſe.ar.C.de admini.tu.ſi bonā.& l.non eſt ignotum.ff.de admi.tu.
quoties . §. ſicut.Idem eſt,ſi bonam cām habebat clientulus,ſed
ꝓp imperitiam , vel negligentiā aduocati ipſam amiſit. arg.ſ̄ de
contra.emp.c.fi.cū ſuis cōcor.ff.de offi.pręſi.illicitas.§.ſicuti.ff.ad
l.Aquil.idē iuris eſt.ff.locati & conduc.cum in plures.§.locator.
ſ̄.de æta. & quali.ad aures . [Et alio . ]modo mulcta pecuniaria,
modo iureiurando mō metu infamię,modo pęna talionis in cri
5 minalibus : † ſed & multis aliis modis de calūnia punitur,vt In-
ſti.de pę.te.liti.rn̄.j.& §.j.C.de calūnia.l.iij.& not.ſ̄.de accu.ſuper
his.rn̄.j.& de calū.ca.j.¶[Quoniam igitur]ii.pars. [Sacris inſtitu-
tis].ſ̄ de calū.ca.i.& ij.ſ̄.de dolo & contu.c.ij.& c. finem ſupra de
reſcriptis c.cæterū.& c.fi.& ij.q.iij. qui non probauerit . & q.viij.
quiſquis.& ca.qui crimen.[Conſonare.]ideo eſt amplexanda ,&
ea vtēdū,ſecus ſi ꝯria eſſet. qđ dic , vt le.& no. ſupra de no.op.nu.
c,j.& de ſol.c.fi.[Præcipimus,vt de cætero]&c. Ex his verbis,& ex
illis,quæ habuiſti ſupra.e.ca.in prin. & mente ipſorum euidenter
6 reprobatur opinio illorum,qui dicebant,ꝙ illa regula † qui non
probat , quod intendit ,calūniari videtur . vt.C.de calum. l.fi.&
C.de accuſa.l.fi.& in concor.ſigna ſupra ſup verbo,ſacris inſtitu-
tis.non habet locum,quando ciuiliter, ſed criminaliter tm̄ agit̄.
q.d.hoc ſcimus,ꝙ olim fuerunt opiniones ſup hac regula, quic-
quid aūt hactenus dictum fuerit,vel ēt obſeruatum,nos tn̄ ꝑcipi-
mus,ergo neceſſitatem importat.xiiij.q.j.quod præcipitur. ſuper
quo vide,quod no.ſupra de treuga & pace.c.j.rn̄ j.in fi.& ca.fi.in
prin.[Vt de cætero]q.d.quod hactenus factū eſt , in ꝯriū medio-
criter toleramus.ar.ſupra de conſecra. ecc.aqua. §.fi.[In cauſis.]
ſubaudi ēt.[Pecuniariis.]de quibus aliqui ꝯriū ſentiebant,licet in
7 criminalibus cōiter cōſentirent [Victus victori.]eo ipſo † ꝙ ſuc-
cumbit.vt.C.de iudi.properandū.§.ſinautem alterutra.& l.ſanci-
mus.Niſi probet ſe habuiſſe cām probabilem litigandi,vt no.ſu-
pra.e.c.in prin [Condemnetur.[ taxatione præmiſſā,& iuro ſecu
to,vt le.& no.ſupra.ti.j.olim.§.fi.& hæc condemnatio modis oī-
bus fiat,alioquin iudex tenet̄ expenſas de burſa propria reſarcire.
C.de iudi.properandum.§.ſinautem alterutra . & l.ſancimus . Et
eſt hoc intelligendum de expēſis oībus,niſi ſn̄ia & c.vt.j̄.§.j.¶Ni-
ſi ſn̄ia]iij.pars.[Pro abſente]ſubaudi,& cōtumacc,in quo quidē
caſu expenſę,quas præſens iurat ſe feciſſe, de condemnatione de
ducūtur.C.dę iudi.properandū.§.& ſi quidē.& § ſinaūt ex geſtis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Incitantes iniuſte ad pugnandum deponendi ſunt.*

C A P. V.

QVod in dubijs & inf. Pars, ſupra de
conſecra. ecc.
ꝙ in dubiis.[Sacerdotes].i.clerici.ſi.ſ̄.de cohabi.cleri.
& muli.c.ij.ſupra de hæreti.in eos.§.denique. Alii ve-
ro hoc intelligunt de p̄latis tm̄.ſed tu teneas , ꝙ in oībus locum
hēt.[Gubernant.]ſi hoc intelligatur de nauibus ſaracenorū, pla-
num eſt,ꝙ illud prohibitū eſt oībus chriſtianis .ſupra de iudęis.
ita quorundā.& c.ad liberandam.[Naues.]primus caſus. [Exer-
cent.]ſecundus caſus.[Incitant.]Tertius caſus.[ Ad pugnādum.]
iniuſte.arg. ſupra de homicid. ſicut dignum. §.qui vero . ff. ad.l.
Aquil.Item Mela.§.item cum eo.ſupra de iureiur.ſicut.& j̄.rn̄.j.
1 tales enim peccant † & ſunt deponendi de rigore iuris.vt j̄.ſequi
tur.& j̄.no.Secus ſi bellum iuſtum ſit, nam illud poſſunt clerici
indicere & perſonaliter, dummō a ſeuis abſtineant ꝓ defenden
dis ſuis , & eccl̄iæ ſibi cōmiſſæ iuribus exercere , & hortari alios
ad pugnandum.xxiij.q.iij.Maximianus . & q.ſi.igitur . & c. ſcire
nos oportet.& c.hortatu & c.vt pridem . & not.extra.d.n.de ſen.
excom.dilecto.§.& quidem. Sed nunquid tales irregulares ſunt?
Rn̄.non.ſi ſe defendendo hoc faciunt,ſuper quo tamen diſſen-
tio eſt,qđ dic,vt le.& no.ſupra de homicid.c.ij. & de cleri. pcuſ.
ca.penul.& fi.alias aūt quantūcūque ſit bellū iuſtum, & ſi liceat
clericis temporalē iuriſdictionē habentibus pro defenſione , vel
recuperatione iurium eccl̄iæ ſuæ bellum indicere, & hortari ad
pugnam,anteq̄ perueniatur ad ipſam,ſi tn̄ clericus , ex quo per-
uenitur

uenitur ad pugnam,ad impugnandũ alios pſonā ſuā exhibeat,&
ex facto,vel verbo ſuo cõtingat homicidiũ,ſeu mutilationē mē-
brorũ ſequi,& ſi nõ deponat,vt ſequit̃,tñ irregularitatē incurret,
vt patet ĩ eo,qđ le.& no.ſ.de homi.ſuſcepimus.& ſ. de cleri.pug.
in duel.ca.ij.§.fi.& de cleri.excõ.mi.c.ij.verũ cũ tali qñq; poterit
diſpēſari.ꝑm ea q̃ no.ſ.de hom.ſicut dignũ.§.fi.&ar.ĩ.t.j.c.iij.§.fi.

*S V M M A R I V M.*

1 *Latro plus eſt quam fur.*
2 *Clericus propter furtum deponendus eſt.*

CAP. VI.

QVæ diſcretionis prudētiam & infra. Latrociniis]Latro† plus,eſt,q̃ fur.ſ.de
homi.c.iij.in fi. Videtur ergo loq hæc
litera de his,q de nocte vadũt, & enormibus ſe ĩmiſcēt.ĩ.de ſent.
excõ.ꝑpēdimus.vñ & ſequit̃.[Vel aliis magnis ſceleribus].q.d.nõ
de furibus ſimplicibus,q nõ ſunt corporaliter coercēdi. vt no.ſ.
de purg.vulg.c.fi.rñ.j.ver.ſed de magnis & inſignibus latronibus
loq intēdimus.ad hoc.ff.e ti.capitaliũ.§.famoſos.& §.craſſatores.
2 & l.aut facta.§.locus.& §.tp̃s . & §.qualitate.† Sed tñ & ꝑp furtũ
eſt clericus deponēdus.ſ.de iudeis.cũ nõ ab homine. [Depħēſi.]
publice in ipſo facto.ita ꝙ nulla tergiuerſatione cælari põt , ta-
lis,n.ſtatim poterit cõdēnari.C.de defen.ciui.l.defenſores.ſ.de co
habi.cleri.& mu.c.fi.& patet in eo,qđ le.& no.ſ.de purg.ca.cum
dilectis.§.his igitur . ver.dr̃.n.ſ. de iureiur.ad noſtrā.iij.ſ.de accu.
euidētia.cũ ſuis cõcor.dũ tñ authoritate iudicis ſui deprehenſio
facta ſit qđ dic,vt le.& no.ĩ.de ſen.excõ.vt famæ.§.laici.aliter aũt
deprehēdētes maxime laici eſſent excõicati,niſi in caſu.ĩ.de ſen.
excõ.c.iij.§.penul.& fi.nec ex tali deprehēſione cõdēnaret̃ cleri-
cus,niſi & aliter cõuinceret̃.qđ dic,vt le.& no.ſ.de iudi.at ſi cleri
ci.& c.cũ nõ ab hoĩe.¶Rñdemus].ij.pars. [Detrudi]& ibi ſuſtē-
tari,ſi obedire voluerũt.l.diſ.ſtudeat.& ca.ſi ille.xvj.q.vj.de lapſis.
alioqn ſi obedire noluerint,ſuſpēduntur , excõicant̃, & tandem
ꝑtāti ſeculari tradunt̃.qđ dic,vt le.& no.ſ.de iudi.cũ non ab hoĩe.

*S V M M A R I V M.*

1 *Confeſſio in iure facta præiudicat.*
2 *Mora vltima ſemper nocet.*
3 *Pœna compenſatur,ſicut delictum cum delicto.*

CAP. VII.

COnſtitutus in præſentia noſtra & infra. Pars.ſ.de relig.do.conſtitutus.
[In inſtrõ.]continente cõpoſi
tionē inter partes factam, ꝙ monaſteriũ noĩe ꝓcurationis face-
ret quādā penſionē epõ annuatim ,& ꝙ ep̃s occaſione ꝓcuratio
nis nihil vltra deberet exigere, & fuit hinc & inde pœna ꝓmiſſa,
ſicut innuũt ſequētia . [Solueret obſeruātj.]ſed hic vtraque pars
cõtrauenerat,vt ſequitur.[Cũ tñ].ver [Vtraque pars]&c.vt.ĩ.ver.
1 j.[Contra illũ].ſ.ↄ̃ctũ.[Ex confeſſione. † quæ in iure facta ꝑiudi-
cat.ſ.de trāſact.ꝑterea.ſ.de cõfeſſis.cũ ſup,& c. fi. qđ dic,vt ibi no.
[Cũ & pars veſtra].ver.[Penſionē.[ſicut ęconomus &c.[Et ep̃s.]
ſicut & œconomus ſuus confeſſus fuit.[Procurationē.]rõne cõ-
ſuetudinis,vel priuilegii,vel pacti cõpetentē.de quo dic, vt no.ſ.
de cenſibus.procurationes , nā ſup illa,q̃ rõne viſitationis debet̃,
non poſſet fieri cõpoſitio.ꝑm quoſdā.ar.ſ.de cenſibus.cũ venera-
bilis.ſ.de dona.paſtoralis.Tu dicas,ꝙ ēt & de illa,q̃ rõne viſitatio
nis debet̃,loquit̃ hic,vt patet.ſ.de relig do. cõſtitutus . [Vtranque
partē].ſ.veſtrā & epĩ.ſed videt̃,ꝙ ep̃s non inciderit in pœnā,cum
enim pars monachorũ ei ſubtraheret penſionē , recte potuit ab
eis petere procurationē,qa nõ ſeruāti fidē &c.ſ. de iureiurā. ꝑue-
nit.ij.& licitũ eſt ad priorē actionē redire,qñ pacto ex parte alte
ra nõ paretur,vt le.& no.ſ.de pactis.cum pridē.ſ.de elec.cũ inter.
R.ſeniorē.Sed ↄ̃,qa potius dēt illi præiudicare,qui vltimo in pœ-
2 nā incidit,† nā ſemp vltima mora nocet.ff.de pericu.& cõ.rei vē.
3 illud.Rñ.Hic pœna † cõpenſat̃ cũ pęna , ſicut & delictũ cũ deli-
cto.ff.de reg.iur. cũ par.ſ. de adulte.c. pe. & fi.xxxij.q.vj.nihil ini-
quius.ff.ſo.ma.viro.& dolus cũ dolo.ff.de dolo.ſi duo.& culpa cũ
culpa.ff.de cõpen.ſi ambo.ſed nec ep̃s debebat exigere ꝓcuratio-
nē,& ſi monachi ceſſaſſent ſoluere penſionē, immo ad pęnā ꝓ-
miſſam,vel ceſſante pęnę ſtipulatione ad intereſſe poterat agere.
ſine dolo,ſi ſub hac cõuentione fuerat remiſſa procuratio,vt da-
retur cenſus.ff.de præſcrip.ver.naturalis.§.ꝙ ſi faciā.verũ ſi ep̃s ꝓ-
miſit ſub pęna ſe nõ exacturũ procurationē, & ipſam nihilomi
nus exegit,violēter in optione abbatis eſt,vel procurationē remiſ
ſam reddere,vel ab epõ pęnā exigere,vt tñ altero ſit contentus.ff.
de pact.reſcriptum.§.ſi pacto. Sed qd ſi abbas procurationē ſim-
pliciter pet itā extra iudicium ſine cõpulſione aliqua gratis & li-
beraliter ſoluit?Tunc non vr̃,ꝙ ep̃s in pęnā inciderit. ar.ff.ſi quis
cau.l.ij.circa prin.ſinautē ipſam exegiſſet,& recepiſſet , & abbas
ſoluiſſet vt debitā,nec reddidit penſionē,quid erit?Hæc quæſiuit
d.n.nec reſpondit,vr̃ tñ,ꝙ vterque in pęnam inciderit ep̃s. ſ.quia
procurationē exegit.Itē & abbas,qa penſionē non ſoluit,licet ꝓ-
curationem fecerit,fiat igit̃ cõpenſatio hinc & inde.ar.ff.de pac.
reſcriptum.§.ſi pacto.& adde qđ no.ĩ.e.ſuā. ſup verbo.perſolutis

*S V M M A R I V M.*

1 *Pœnæ genus per ſe non infamat,niſi ſententia præcedat.*
2 *Detentio pœna non eſt,ſed cuſtodia.*

CAP. VIII.

SVper his. Pars.ſ.de accuſ.ſup his.[Pro eo,ꝙ va
riauerat.]iõ non fuit ei credendum,
iiij.q.iij.itē qui falſo.ſ.vt benefi. ecc.c. vnico. §.oĩbus.
al.iurauerat,[Et vacillauerat]ꝑp qđ , & dictum teſtis
reprobat̃.ſ.de cā.poſ.cum eccl̃ia.§.nos igit̃ vbi de hoc.[Infamiā.]
1 qa genus † pęnę per ſe non infamat , niſi ſententia ꝓcedat. C.ex
qui.cau. infa.irro. l.j. & l. nullam ff.de his qui no.infa.actus. nec
2 † detentio pęna eſt,ſed cuſtodia.ff.e.aut damnum. §.ſolent.

*S V M M A R I V M.*

1 *Epiſcopus cum ſortem accepit pœnam remiſiſſe videtur.*
2 *Vſuras futuri temporis qui accepit,videtur terminum prorogaſſe.*
3 *Ditari quis non debet cum aliena iactura.*
4 *Eccleſiaſticus homo nemini debet nocere.*
5 *Factum duplex.*
6 *Promittentes plures aliquid quando quilibet pro rata ſoluendo liberatur.*
7 *Aequitas eſt rigori ſcripto præferenda.*
8 *Anima omnibus eſt præferenda.*

CAP. IX.

SVam. [Quia cum tibi. ] Loquit̃ epõ Spoletano.
[Eſſet].ver. [Trigintatribus in termino.]
cũ nec plus tunc poſſent ſoluere.vnde videntur excu
ſati.ar.ſupra de ſol.Odoardus.ſupra de iureiur.breui.
alioquin ſi plus poſſent ſoluere,& non ſoluerent,in pęnam inci-
derent,& ſic põt ſolui.ſ,de arbitris.dilecti.qđ dic,vt ibi no.[Perſo
1 lutis.]vnde eoipſo,† ꝙ ſortē accepit ep̃s,pęnā remiſiſſe vr̃.ff.de eo
2 qđ certo lo.l.fi.in fi.ff.de lege cõmis.poſt diē.ſicut & ſi vſuras † fu
turi tēporis accipias,videris terminũ prorogaſſe. ff.de excep.doli
palā.§.non male.& ita videtur,ꝙ per hoc,qđ hic dic iur,ꝙ pęnā
vlterius nõ poſſit petere,niſi aliter ↄuenerit inter eos,puta,qa for
te ſoluta pęna nihilominus peti poſſit.ar.ff.de trāſac. qui fidem
C.de tranſac.cũ ꝓponas.ff.ſi qs.cau.l.ii.Sic & videt̃ hic,ꝙ nõ ↄmi.
tatur pęna cũ effectu in totũ,licet ſors in totũ ſoluta nõ ſit.ſed ↄ̃
ff.de uerbo.ob. ſtipulationũ.§.ſi ſortē.Sol. Sup hoc diſtinguit̃ ſic.
Aut enim illud,qđ ꝓmititur, ſub pęna cõſiſtit, in dādo,aut in fa
ciēdo.Si cõſiſtit in dādo,licet in partē ſatisfactũ ſit , pęna tamen
in totũ cõmittit̃,vt in ↄ̃.ff.de verbo.ob. ſtipulationũ. §. ſi ſortē.&
l.in executionibus. §.itē.ſi ita.ff.fam̃.herc. hęredes.§.in illa.& ar.
ff.de pig.ſed an viæ.ꝑm Io. ſed ſecundũ.M.oppoſita exceptiõe do
li repellit pœnā petēs ꝓ rata ſolutæ partis.ar.ff.de ſolu.ſi ſeruus.§.j.
ff.de verbo.ob.l.ij.§.fi.ad fi.& l.in excepitionibus. §.in ſolidũ.ff.de
poſiti.ſi duo hæredes.& hāc opinionē videt̃ hic Inno. apꝓbare ex
3 illa æquitate naturali,qua nõ debet quis† cũ aliena iactura ditari.
xxij. q.ij.primũ. ff.de cõdi.inde. nā hoc natura. vnde Ezech.xxij.
c.Vſurā & abũdantiā accepiſti, & auare ꝓximos tuos calũniaris.
ad idē.ſ. de decimis . c.j. in fi. cũ ſui cõcor. Debet ergo ſufficere
4 hoĩ eccl̃iaſtico , qui † nemini dēt nocere.ſ. de poſtul.c. fi.in prin.
vt intereſſe ſuum ↄſequatur,& lucrum amarum vitet in proximi
detrimentum , vt patet in eo, quod le.& no. ſ. de dolo & contu.
c.j.& hoc eſt, quod tāgit̃.ĩ. eo.§.j.vbi de hoc. Si vero id quod pro
5 miſſum eſt ſub pęna,ↄſiſtit in facto† Aut factũ eſt,indiuiduũ.aut
diuiduũ.Si ſit ĩdiuiduũ,tũc idē eſt,quod in primo caſu.ſ.ꝙ in totũ
committitur pęna.ff.fam̃.her.hæredes.§.an ea ſtipulatio.ff.de ver
bo.ob.eadem.§.Cato.reſpõ.j.ibi,ab omnibus factũ &c.& l.in exe
cutionibꝰ.§.ij.Quod ſi factũ ſit diuiduũ, ꝓ parte tātũ commit.ff.
rē ra.ha.ſi ꝓcurator.& ar.ff.de ver.ob.eadē.§.Cato.ibi ſi de eo cau
tũ &c.ſed ↄ̃.ff.ſi quis caut.ſi ſeruus.vbi factũ videt̃ diuiduũ , & tñ
pęna in totũ committitur,licet ꝓ alia parte detur exceptio:ſed con
ſueuit dici, ꝙ illud ſpeciale eſt in iudicio,in quo mora purgatur.
ff.ſi quis cau. & ſi poſt tres.ſed in pęna ſtipulationis dies interpel-
lat ꝓ homine nec purgatur . C. de ↄtrahen.ſtip. magnā.ſ. de lo-
6 cato.c.fi. Vbi† vero plures aliqd ꝓmittũt,aut ꝓmiſerũt pecuniā,&
tũc vnusquiſque ſoluendo partē ſuam liberatur.ff.de cõdi.indeb.
cum duo. Aut ſpeciem:& tunc non liberatur.ff.de verbo.ob.l.ij.
§.quędā.& .l.in executionibus.§.ꝓ parte. Aut factũ,& tũc ab om-
nibus cõpleri dēt.ff.de manu.teſ.ſi ita fuit ſeruus. Sed & iniuriarũ
poteſt prælatus agere.quod dic,vt le.& no.ſ.de iniurijs.olim.& c.
in noſtra. [Veritate]quia tacuit ſolutionē,maxime in tanta quā
titate factā. [Condemnari]cum ergo non inueniam ab hac ſen-
tentia appellatum , tranſiuit in rem iudicatam , & ſi contra ius
litigatoris lata fuerit. ſupra , de re iudi. cum inter vos.§.fina. & c.
ꝙ ad cõſultationē.§. j. Quomodo ergo audiũt monachi?Reſpõ.
Quia deficit iuriſdictio cum literę , vt præmiſit , veritate tacita
fuerint impetratę.& ſecundum hoc eſt hic caſus expreſſus,ꝙ per
tales literas non tribuitur iuriſdictio,qđ dic , vt plene not. ſ.de re-
ſcrip.dilectus.j.in fi. Alii tamen conſentiunt , ad quorum opinio
nem ſoluendam potes reſpondere,ꝙ hic puro & mero Papę of-
ficio ſubuenitur ex mente illius clauſulæ, ſi qua iuſta mihi cā vi-
debitur,ſicut no.ſi.ſ.de reſti.in integ.ex literis.Vel dic, vt no.ĩ.c.c.
in fi.



in fi.¶Quia igitur].ii.pars.[Non decet]. q.d. quamuis ſecundum
rigorem iuris hoc tibi liceat,& forſan burſæ tuæ expediat, tamen
non expedit animæ,vt innuunt ſequentia, & no.ĩ.e. ſuper verbo,
aliena iactura,nec decet te vt hic , hoc prætextu monaſteriũ ag-
grauare,hæc.n. tria ſemper ſunt attedenda.quod dic,vt le.& no.ſ.
de voto.magnę.§.j.ſecundũ hoc etiam poteſt ſolui . ſupra.de arbi.
dilecti.[Intantum]ſicut laicum,vel alium in feriorem clericum,
multa enim eos decerent, quæ te non decent. [Pontificalis in-
duſtrię]alias modeſtię. & eſt melior litera, ſic videtur eſſe in epiſ-
copo ſpeciale , ſed idem eſt & in alijs. ar. ſupra, de dolo & cõtu.
c.j.[Inhoneſtis] inhoneſti sunt, ex quo in grauamen alterius, nā
& ſi dicamus, ꝙ malum non ſit , ad minus eſt ſpecies mali:ergo
ſecundum Apoſtolum abſtinendum eſt.ſupra, de vita & honeſt.
cleri.cum ab omni.cum ſuis concor. [Anhelando] ſubaudi cũ
monachi contumaces,nec culpabiles valeant iudicari, alioquin
contra.ſ.de arbi.dilecti.Vel illud de rigore,hoc honeſtate,vt.ſ.&
de æquitate.vt ſequitur[Aliena iactura]quod naturali non cõue
7 nit æquitati,vt hic,& ff.de condict.inde.nam hoc natura † quę eq
tas eſt rigori ſcripto in hoc caſu merito (maxime ſecundum ius
canonicum)præferenda.C.de iudi.placuit.ſupra, de tranſac.ca.fi.
[Ditari] in quo caſu & ſi repleatur , burſa de facili tamen poteſt
8 euacuari.& lędi anima,quæ† omnibus eſt pręferenda.C.de ſacro
ſan. ec.ſancimus.& xij. q.j. præcipimus [Mandamus]& non dicit
præcipimus. quod dic , vt in ſe.glo. [Non moleſtes]ad quod mo
netur,& hortatur epiſcopus,vnde & ſi ei ſimpliciter hoc mande
tur,nihil tamē ei præcipitur.Si ergo ei acquieſcere voluerit , bene
erit,alioquin non punietur per iudicem, minus tamen boni adi
piſcetur.xiiii.q. j.quiſquis.& c.ſeq quod præcipitur. & ſecundum
hoc non cõtradicit.ſupra, de arbi.dilecti.Nec etiam obſtat,quod
dicatur ſupradicta ſententia in rem iudicatam tranſiuiſſe, vt no.
ſupra,e.c.reſpon.j.in fi.quia hoc mandatum nullam neceſſitatē
iuris importat,ſed forſan,ſi nõ acquieſceret,poſtea compelli poſ
ſet ad minus de plenitudine poteſtatis

*S V M M A R I V M.*

1 *Delinquens contra eccleſiam eius bona ſunt applicanda ei eccleſiæ contra quam deliquit.*
2 *Pœna in ſucceſſores ampliatur.*

CAP. X.

a ADaures. [a][ſublata]& merito vt patet.ĩ.e.in
quibuſdam.§.ſacri. ¶Qui igitur]ij.
pars.[Maiori]Sed contra,quia ſufficit, ꝙ nongentos
ſolidos ſoluant,vt patet in eo,quod no. ſupra,eo.c.ij.
in prin.Sol.Illud eſt ſecundum. I lombardam. ſed nec prohibet,
quin grauiori pęna puniātur vt hic , & quandoque ex eodem fa-
cto pęnis diuerſis & pluribus quis punitur , vt patet in eo , quod
le.& not.ſupra,de maledici.ca.ij.extra.do.no.de re iudi.cũ æterni.
§.j.li.vj. vnde & iſti maiori pęna ſunt percellendi , vt hic dicit. quia
1 omnia † bona ſua debent eccleſię cui facta eſt iniuria , perpetuo.
applicari , & anathematizari debent xvij .q. iiij. ſi quis deinceps.
licet iam excommunicati ſint,vt.e.q.ſuadente.ſed & ſi qui ciues
ſuum epiſcopum interficiāt,dignitate epiſcopali priuari poſſunt
2 xxv.q.ii.ita nos† Ampliatur etiam pęna in ſucceſſores, vt ſeq.glo
in quibus magis puniuntur quandoque,quam in ſeipſis.ff.quod
metus cauſa.iſti quidem. [Hæredibus] immo nec vſque ad quar-
tam generationem eſt poſteritas talium in clericorum collegiũ
admittenda.ĩ.eo.in quibuſdam. §.ſacri.[De nouo.] hoc nunquā
licet ſine licentia,licet aliud ſit in antiquo.quod dic, vt leg.& no.
ſ.de feudis.c.ij.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iudices ſunt honorandi.*
2 *Relationi iudicium creditur.*
3 *Iudex in cauſa propria nemo idoneus eſt.*
4 *Iniuria delegati eſt potius delegantis quam ſua.*
5 *Litigans ſi iniurietur iudici,non ab ipſo iudice ſed a ſuperiore punitur.*
6 *Archiepiſcopi & epiſcopi hodie puniunt iniurias ſibi illatas.*
7 *Calumniator punitur in expenſis.*

CAP. XI.

DIlectus filius. [Euaneſcat.]ſic.ſ. de of.del.
conſuluit.§.i.ver.fi.No.ergo
contra dilationes petentes & fugientes.vt hic,& ſ.de
præſump.nullus dubitat.cũ ſuis concor. & contra iu
1 dices contēnentes, qui † tñ sunt potius honorandi.ſ.de appel.vt
debitus.& ↄ̃ eludentes iudici,& edictis ipſius,de quo legit,& no.ſ.
de poſtul ꝓla.bonæ.ij.§.nec nocebat.ſ.de ali.iu.mu.cā fac.c.i.[Cõ
ſtiterit.]cõuinci ergo dēt . [Temere prorũpentis.]qa iudex verũ
aſſerit,& litigator falſum qđ probatur per acta , vel alia legitima
documēta nā & ſolis verbis iudicis nõ crederetur,vt hic patet,qa
litigator conuicendus eſt,vt præmiſit.quod dic,vt le.& plene no.
ſ.de proba.quoniam.contra falſam.ſupra, de teſtibus.cum a no-
2 bis.Relationi † etiam iudicum creditur,quod dic,vt le. not.ſ. de
purg.ca.cum dilectis.§. his[Superioris]ad quem eſt forſitā appel
latũ.ſupra,de pur.ca.nos inter alios.in fi. Sic prorumpit quando-
que aliquis in verba, vt hic.& §. de appel. ſuper eo.j.in fi. vbi de
hoc.quandoque in facta,quod peius eſt vt.ĩ.ca.i.reſpon.i.in fi.vbi
hoc.Et eſt no.ꝙ ſi litigator iniuriam dicat iudici , nõ puniet ipſe,
3 ſed ſuperior,vt hic dicit.Et eſt ratio,quia † nemo idoneus iudex eſt
in cauſa propia.C.ne quis in ſua cauſa iudi.l.vnica. niſi inquan-
tum iniuria tangit eccleſiam.ij.q.vij.ſi quis ab epiſcopo. xxiii. q.
iiji.ſi illic.de hoc no.ĩ.de verbo.ſig.ex parte & hoc in ordinario.de
legatus enim neque partem , neque extraneum puniet propter
iniuriam ſibi factam , & hoc eadem ratione,quia nõ debet eſſe
4 iudex in cauſa ſua.ſecundum. d.n.Vel alia.ſ. quia † iniuria potius
eſt delegantis,qua ſua.ſ.de offi.deleg.cum olim magiſter.niſi tur
baret quis iuriſdictionem ſuā,quia tunc poteſt.ſ.de offi.deleg.c.i.
ad fi.ſecundum. do.no. Sic etiam ſi pedaneus iudex ſit.C.de peda.
iudi.l.penul.ad fi.Poteſt etiam ordinarius punire delinquentes in
ſibi commiſſo officio coram ipſo , puta aduocatos , ſcriptores,
bidellos,& teſtes.quinimo & partes , ſi ſibi ad inuicem conuitia
dicāt,vel ſe percutiant.ar.ff de off.proconſul. nec quicquam . §.j.
& ſequentibus.ff.de of.præſi.obſeruandum.Inſti.de iniur.§. atrox.
& de oblig.quæ ex quaſi maleficio naſcuntur . reſpon. i. ff. ſi.quis
ius di.non obtempe.l.vnica.C.de poſtul.quiſquis.ff.de pęnis. mor
5 tis.C.de teſti.nullum.ff.de teſtibus.quæſitum ſcio. † Delegatus ve
ro hoc faciet puniri per ordinarium.in Aut.de teſtribus.§.ſi vero
ignoranti.coll.vij.Sed quid,ſi aliquis extraneus poſſeſſiõe, de qua
agitur , citatũ & conuentũ ſuper ea ſpoliauerit?Reſpon. Si com-
miſſo ſpecialis erat,nihil de hoc ad delegatum.ar.ſ.de of.del.P.&
G. Ordinarius vero hoc poſſet in melius reformare , vt patet in
eo,quod le.& no.ſ.de apel.cum teneamur Si vero delegatio gene
ralis erat, & perpetua,puta,quando mandatur ſic, facias tali epi-
ſcopo a ſuis ſubditis reuerentiam exhiberi,vel inducas in poſſeſ-
ſionē talis rei,& in ductum defendas, tunc poſſet ſe intromittere
delegatus.ar. ſ.de fil.pręſbi. veniens. ſ.de maio. & obe.inter qua-
tuor.ſecundum.do.no.ĩ.de ſimo.querelam.quia,ex quo commi
titur iuriſdictio commiſſa intelliguntur,& omnia,ſine quibus ex
pediri nõ poteſt.ff.de iuris. om. iudi. l. ij. ſecundum.do.no.cuius
eſt quaſi hæc tota glo. & le.& no.ſ. de of.del.præterea.Hodie† ve-
ro & archiepiſcopi & epiſcopi puniunt iniurias ſibi , & ſuæ fa-
miliæ irrogatas.ſecundum.quod le.& no.extra.do. no.eo.tit. Ro-
mana li.vj.[Digna]puta mulcta pecuniaria , ſi proprium habeat
xvi.q.vj.§ fi.ſupra,de appel.reprehenſibilis.§ ſi autē. ſ.de of. ordi.
dilectus.ſupra, de rapto. in archiepiſcopatum. vel alia arbitraria,
ex quo certa non exprimatur . ſupra, de of. del. cauſis. §. vnico
6 Item.& punitur calũniator in expenſis.ĩ. de ſen. excom.ſacro.&
ar.ſupra.e.calũniam . Sicut ergo illa conſtitutio. ſacro.ĩ. de ſent.
excom.inter.alia.ſ.de prob.quoniam. refrenat prælatos,& defen
dit ſubditos, ſic & iſta & illa ſupra, de app. cum ſpeciali. refrenat
ſubditos,& defendit prælatos , vt ibi no. Caueat ergo ſibi vnuſqſ-
que , ne contra veram aſſertionem iudicis prorumpat temere,
alioquin pęnā huius ↄſtitutionis poterit nõ inmerito formidare.

*S V M M A R I V M.*

1 *Laici potius deberēt viris eccleſiaſticis obedire,quam præcipere.*
2 *Verbum prorumpere,in vitium ſonat.*
3 *Patroni dati eccleſiis ad defendendum,non debent eas impugnare.*
4 *Epiſcopus non debet a ſubditis plus exigere,quam a iure permiſſum ſit.*
5 *Varia nomina pœnarum eccleſiaſticarum*
6 *Bona damnatorum regulariter deuoluuntur ad hęredes.*
7 *Vaſallus feudum amittit propter feloniam.*
8 *Donatio propter ingratitudinem reuocatur.*
9 *Filij & nepotes ex filio & filia pęnę huic ſubijciuntur.*
10 *Appellatione filiorum quando continentur nepotes.*
11 *Filiorum nomine nepotes continentur quando agitur de fauore.*
12 *Natus de legitimis nuptijs ſequitur patrem,& non matrem.*
13 *Filij ſequuntur agnationem patris,& non matris.*
14 *Filius quando punitur pro delicto patris.*
15 *Pœna eſt duplex temporalis,& æterna.*
16 *Pœna corporali non punitur vnus pro alio.*
17 *Villa communis comburitur, & arbuſta ſucciduntur pro contumacia ſocij, et parciarij.*
18 *Bona omnia fiſco principis applicantur in crimine læſæ maieſtatis.*
19 *Confiſcare alicui non licet ſine licentia ſpeciali principis.*
20 *Princeps in omni fidelitate excipitur.*
ei omnino credēdum videtur.vt.ſ̃.qui ma.accuſa. poſ.c.iij. §.qui
enim melius.ſatis poteſt dici,ꝙ talis eſt in cōſcientia nimis fortis
quod dic,vt legitur,& not.ſ̃.de ſimo.per tuas. ij. [Denegari].hoc
mirum eſt, ꝙ durāte ſuppoſitione per quā fraudantur conſangui
nei debita ſucceſſione hæc mulier pœnitere poteſt.contra illud
Auguſt.non dimittitur peccatum.&c.xiiii.q.vi.ſi res . de pę.diſt.
iij.pœnitentes.ſed ipſa non poteſt detegere ſuppoſitionem , quia
5 ei non crederetur obſtante præſumptione † quæ habetur pro
matrimonio.ff.de in ius vocan.quia mater.ſ̃.qui fil.ſint legiti.per
7 tuas † nam & ſi ex concubinatu concepiſſet, & vni dediſſet,non
poſtea dare alteri.ſ̃.de proba.per tuas . ſed nec iſta pœnitentia eſt
ei fructuoſa quo ad vitam æternam, vt patet in eo,quod legitur,
8 & not.ſ̃.co.ꝙ quidam.ſm Io.Vel dic,ꝙ in caſu iſto † ſufficit cō-
tritio cum pęnitentia,ſi non habet,vnde ſatisfaciat.quod dic , vt
no.j̃.co.§.fi.[Maxime].ver. ergo idem qualitercunque intelliga-
tur,ſed maius eſt peccatum in vno , q̄ in reliquo.vt patet , in eo,
quod no.ſ̃.eo.ca.rñ.j.ſuper verbo.ad alios. [Alienos].ad quos ab
inteſtato non deuolueret hæreditas,ſi.n.aliqui tales ſint,puta,alii
filii legitimi,vel nepotes ex filio,vel alii vlteriores,qui tñ ꝓximio
res



res ſunt,exhęredari nō debēt,ſiue ſucceſſione ab inteſtato ſibi cō
petēti fruſtrari.vt.C.de ſuis & le.hæredi.auth in ſucceſſione.& ad.
ſenatuſcōſul.tertul.Auth.defuncto.& de legiti.hære.auth.ceſſan-
te.& auth.poſt fratres . ſed & ſi tales nō ſupſint , adhuc tñ peccat
impediēdo liberā teſtīfactionē.C.ſi quis aliquā teſta.prohi.l.j.& ij
vnde & hic dicit maxime.ſecundum Vin.¶[Sed competens.]iij.
pars.ſecundum quod poteſt & cauta,ne denudet ſe. de pœniten.
diſt. j. non tibi dico. [Satisfactio.] debet enim tantum dare ſuo,
quantum valet id,quod habuiſſent venientes ab inteſtato, vel ex
teſtamento,ſi habet vnde ſuum , & veriſimiliter opinari poteſt,
quos inſtituiſſet,ſi hoc non fuiſſet,ar.xiiij.q.vj.ſi res. & ſi non po-
teſt hoc probabiliter opinari,det pauperibus. ſecundum id quod
legitur,& no.ſ̃.de vſur.cum tu.§.j.& illud etiam, quod eſt alij re-
ſtituendum,tradat epiſcopo in pœnitentia,qui exinde ſatisfaciat
ita ꝙ neſciatur,vnde veniat. Quid ſi non habet , vnde ſatisfaciat?
Tenetur,ſi poteſt,ſine periculo fraudem huiuſmodi reuelare, ita
ꝙ & de ipſa fidem faciat,alioquin conteratur,& pœniteat. Quid
ergo ſi non poteſt hoc reuelare ſine graui periculo homicidiorū
indubitanter,vel veriſimiliter imminenti? Reſpon.conteratur,&
tacet,arg.xxij.q.ij. ne quis. nam in hoc caſu cum ex vna parte ſit
damnum tantum rerum,ſi taceat, ex altera vero periculum ani-
marum,& corporum,ſi probationes inducat,cum vtrunque vita
re nō poſſit,inter hæc duo mala tenetur eligere,quod minus ma
lum eſt,vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ̃.de pigno.c.i.Sed con-
9 tra.quia † vtilius ſcandalum naſci permittitur &c.j̃.de regu.iu.c.
iij.Sol.in hac taciturnitate non perit veritas iuſtitiæ: quia hęc mu
lier nec iudex eſt,nec teſtis eſſe poteſt, in quibus & ſimilibus illa
authoritas locum habet,ſed eſt tantum accuſatrix,vel denuntia-
trix,quę ſi probationes paratas non habet,ſilere debet.ij.q.vij.ple
runque.ſecundum.d.n.quinimo & ſi probationes habeat inuita
accuſare &c.C.vt nemo inuitus in rubro,& in nigro.maxime cū
ſcandalo.ſ̃.de præſumptionibus.nihil. & de hac materia plenius
no.in Summa.eo.tit.§. quibus & qualiter.ſub.§. quid de muliere.
[Diſcretum.]ſi.ſ̃ e.c.proxi.reſpon.j.cum ſuis concor.

*SVMMARIVM.*

1 *Diaconiſſę in matutinis forte legere poſſunt.*
2 *Mulier nec prædicare,nec docere debet,nec ſacra vaſa contingere.*
3 *Nec etiam laici maſculi hoc officium poſſunt exercere.*
4 *Mulieres ab officijs virilibus ſunt excluſæ.*

CAP. X.

NOua quædam. [Moniales.]ver.[Bñdicūt]
ecce prima abuſio. [Ipſa-
rum.]ver.i.monialium.[Audiunt.] ecce ſecunda abu
ſio.[Et legentes.]ver.ſubaudi. in miſſarum ſolennijs,
1 in matutinis enim ipſum forte regere poſſunt. vnde & † diaco-
niſſę appellātur.xxvij.q.j.diaconiſſam.[Euangelium.] ecce tertia
abuſio.& ſequitur.ſtatim quarta.alias legem euangelij.& ſic non
ſunt,niſi tres abuſiones.nec debet ſignari.ver.vſque ad §.j. & ſecū
dum hanc literam eſt arg. ꝙ etiam is ad quem ſpectat ex officio
debet tantum de lege euangelij prædicare: quod intelligas largo
modo hoc eſt de his quæ continentur in nouo vel veteri teſta-
mento.xxxvij.diſt.relatum.non ergo de grammatica.vel fabulis.
xxxvij.diſt.ſi quis grammaticam.lxxxvj.diſt. cum multa. [Præſu-
mūt.]ver.[Puplice.]q.d.ſi priuatim in capitulo ſolis monialibus.
ſuis regulam exponeret,vel ad inſtructionem morum aliqua exē
pla bona vel alia ſimplicia verba proponeret hoc non reprobare
tur. [Prædicare.] & hæc eſt quarta abuſio ſecundum vnam lite-
2 ram.vt no. in præceden.ver.mulier † enim nec prædicare,nec do
cere debet,nec etiam ſacra vaſa contingere.xxiij.diſt.ſacratas.& c.
3 mulier.xxxiij.q.v.mulierem.quia nec etiam † maſculi laici hoc
poſſunt officium exercere.ſ̃.de hæreti.cum ex iniuncto.& c.ſicut
in vno.& patet in eo quod no.j̃.e.in ſeq.gl.¶[Cum igitur.] ij.pars.
[Id abſonum ſit.] imo hæc quæ præmiſſa ſunt,& quæ officia vi
4 rilia cenſentur a quibus † mulieres regulariter ſunt excluſę.vt pa-
tet.ff.de reg.iur.l.ij.& legitur & no.ſ̃.de arbi.dilecti.§.j.in prin.vn-
de nec poſſunt etiam proprias moniales velare.xx.q ij.ſtatuim9.
nec abſoluere.j̃.titu. j. de monialibus.nec iudicare.nec arbitrium
ſuſcipere. niſi forte aliqua nobilis hoc habeat ex ſucceſſione vel
conſuetudine.quod dic,vt plene no.ſ̃.de arbi.dilecti.ſed nec poſ-
ſunt inſtituere vel ſuſpendere.quod dic,vt plene no.ſ̃.de maio. &
obedien. dilecta. [Inhibere.] ſubaudi. Nec obſtat ꝙ poſſet obijci
ipſas mulieres potius debere hanc poteſtatem habere quam ho-
mines cum beata Maria dignior fuerit apoſtolis. & ſic continua
tur ſequens ver.[Quia licet.]ver.[Non tamen illi.] ſ.beatæ Marię.
[Sed iſtis.] ſ.apoſtolis. [Claues.] vnam.ſ.fori contentioſi iudicia-
lis.ſ̃.de exceſ.præla.tanta.ſ̃.tit.j.c.fi.ſ̃.qui fil.ſint legi.per venerabi-
lem.§.rationibus. Aliam fori voluntarij pęnitentialis. j̃.e.omnis.
j̃.titu.j. a nobis. ij. & ſic poteſt intelligi quod de clauibus hic dici-
tur in plurali.& xxj.diſt.c.j.ad fi.& c.in nouo.& de hoc no.ſpacio
ſius in Summa.eo.titu.ſub rubrica.de remiſſionibus.§. j. [Com-
miſit.]vniuerſis.vt p̄miſit.non ergo ſoli Petro.vt & no.ſ̃.de pęnis.
c.fi.reſpon.j.ſuper verbo,claues eccleſiæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Pœnitentia morientium tempore interdicti non eſt prohibita.*
2 *Corpus Chriſti quare viaticum appellatur.*
3 *Pro ſepultura nihil eſt exigendum.*
4 *Campanæ tempore interdicti pulſari non debent.*
5 *Horæ canonicæ ſeptem ſunt.*
6 *Cruce ſignati ſine neceſſitatis periculo ad pœnitentiam admittuntur.*
7 *Eccleſia nemini claudit gremium.*
8 *Officia aliqua alicui contra formam non ſunt celebranda.*
9 *Pœnitentia nemini deneganda eſt.*

CAP. XI.

a QVod in te.[a] & infra. [Morientibus] tē-
pore generalis in-
terdicti ſunt prohibita omnia ſacramenta eccleſiaſti
1 ca excepta † pœnitentia morientium.j̃.de ſenten.ex-
com.permittimus.ſub qua comprehenditur viaticum,vt dicitur
hic,& ibi.& excepto baptiſmate paruulorum ſub quo compre-
henditur & confirmatio.vt j̃.e.tit.j.reſpon. ſicut hoc totum legit̃
& no.ſ̃.de ſpon.non eſt vobis.quod dic,vt ibi plene no.[Viaticū]
3 ideſt corpus Chriſti † quod dicitur viaticum quaſi a via quia illis
qui ſunt in via recedendi de hac vita datur.vel quia ſi digne ſumi
tur per viam ſalutis ducit ad vitam.¶[Licet autem.] ij. pars. [Ge-
nerale interdictum.] quod nedum Papa quando pronuntiat ſed
etiam quando villa vel caſtrum interdicitur locum habet. j̃. de
ver.ſigni.cum in partibus.[Vnctio.] ſ.extrema.[Sepultura.]pro
3 † qua nihil eſt exigendum.quod dic,vt legitur & no. ſ̃.de ſepult.
abolendę.& de priuilegijs.vt priuilegia.§.j.ver. qui tamen ſepeliā-
tur.& c.ꝙ nonnullis.[Concedimus.]ver.[Ex gratia.] ergo nullus
alius hoc propria temeritate vſurpare præſumat, niſi ſibi per con
ſimile priuilegium concedatur,vt patet in eo,quod legitur,& no.
ſ̃.de priuile.ſane.& c.ꝙ nonnullis.ſecūdum Io.[Seruauerint.]nec
ei cauſam dederint,nec fraudem adhibuerint.ſ̃.de priuilegijs. qđ
4 nonnullis.§.vnico.[Pulſatione.]No.ꝙ tempore interdicti † non
debent pulſari campanæ,vt hic.& j̃ eo.ver.cum & regularibus. ſ̃.
de priuile.ꝙ nonnullis.& arg.ſ̃.de conſue.cum inter vos.§.j.[So-
lennitatibus.]q.d.ſine miſſa ſolenni vel alia quaſi occulte nō pu-
blicę.[Et in conuentualibus.]ver.non ergo in capellis licet recto
ri dicere horas canonicas cum ſocio infra eccleſiam tempore
generalis interdicti.ergo a contrario extra in camera ſua poterit
ipſas dicere cum ſocio,& infra eccleſiam ſolus,arg.ſ̃. de præſum.
nonne.cum ſuis concordantiis.& ſ̃.de his quæ fi.a præl. cum apo
ſtolica.§.penul.cum ſuis concordantijs. [Horas canonicas.] quæ
5 † ſeptem ſunt.ſ.prima & ſexta & tertia &c vt ſ̃.de cele.mi.c.j.[Et
voce ita demiſſa ꝙ exterius &c.]Hic habes expreſſum ꝙ excom-
municatis & interdictis etiam extra eccleſiam ſtantibus non li-
cet miſſam audire.nec clericis celebrare,ita ꝙ ab eis de foris audi
re poſſint.alioquin laici ligati non ſeruant ſententiam ſed contē
nunt cum ſe ingerant.quod dic,vt legitur,& no.ſ̃.de cle. excom.
mi.c.illud.§.illud.& clerici vident interdictū ecclīaſticū violare:
vnde,& pœnas pñt metuere de quibus leg.& no.ſ̃.de cle.exc. mi.
c.ij. & ca.poſtulaſtis.§.quæſiuiſtis.& de exceſ.præla. tanta eſt cla-
uis.reſpon.j.in quibus de hac materia plene no. [Cum & regula
ribus.]ver.q.d.ſatis poſſumus hanc gratiam facere clericis de ſe-
pultura,& legendis a binis ſimul,vel trinis in eccleſijs conuentua
libus horis canonicis,vt pręmiſſum eſt: quia & regularibus indul
getur eodem modo,ꝙ poſſint etiam diuina celebrare,vt ſequitur
& probatur. ſ̃. de priuile. ꝙ nonnullis. Quinimo & a quibus hoc
conceditur generalius,vt ibi no.ſ̃. de priuile. cum & plantare. §.
excommunicatos.[Suppreſſa voce.] & ita demiſſa,ꝙ audiri non
poſſint.quod dic,vt le.& no.ſ̃.ver.proxi.¶[Recipientibus.]iij.pars.
qui interdictum ſeruauerunt,nec ei cauſam dederunt.ſ̃.e.c. pe.§.
proxi.ver. j.[Signum Crucis.] hoc eſt vnum de priuilegijs cruce
ſignatorum terræ Sanctæ.ſunt & quædam alia.quod dic,vt leg.&
no.ſ̃.de iudæis.ad liberandam.in gl.deciſionis.[Pœnitentia.]hoc
6 eſt ſpeciale in iſtis perſonis,vt † ſine neceſſitatis periculo ad pœ-
nitentiam admittantur,ſunt tamē quaſi in via periculi: quia hoc
eis non conceditur,niſi proficiſcantur ſecundum quoſdam.con
tradicit tamen hæc litera ſequens. [Cum poſtulauerint.] nam ſe
cundum ꝙ alij intelligunt hoc priuilegium nullum aut modicū
redderetur.contra id,quod leg.& no.ſ̃.de priuile.in his.vnde ſuffi-
cit,ꝙ ſignum crucis receperint,dummodo in mora non ſint.De
peregrinis autem poteſt intelligi, ꝙ dixerunt, de quibus ſequitur.
j̃.vt ſ.tranſeuntibus pœnitentia non negetur. ſicut nec negatur
his,qui ſunt in neceſſitatis articulo conſtituti.quod dic, vt leg.&
plene no.ſ̃.de offi.ord.paſtoralis.§.pręterea. Vel dic hoc eſſe intel-
ligendum de parochianis loci interdicti,qui beati Iacobi,aut San
ctorum Apoſtolorum Petri & Pauli,aut aliorum,a quibus mul-
tum diſtant, habent limina viſitare, nam & iſtis periculum im-
minet,& eorum deuotioni debet miſericorditer condeſcendi,qđ
magis placet. Sed quid ſi tempore generalis interdicti aliqui vo-
lunt

ADDITIO.

a ¶Pro materia & intellectu huius.c.vide bo.tex.in c.alma.de ſen.excom.lib.vj.

ſunt redire ad eccleſiam,nunquid ſunt admittendi? T.dixit,ꝙ ſic
7 & facit pro ipſo,ꝙ † eccleſia nemini claudit gremium.j.q.vii.quo
ties. C.d e ſumma Trin.l.fi.in Auth.vt non luxuri. contra natu.
reſpon.j.colla.vj.Io.contra dicit, & bene, ne rigor eccleſiæ diſſol-
uatur,arg.ſ̃.de priuile.vt priuilegia.§.j.ver.pen.& §.fi.& ſ̃.de con-
8 ſue.cum inter vos.& quia † contra formam non ſunt alicui ali-
qua officia celebranda,vt ĩ.titu. j.reſponſo.j.& quia iſtæ perſonæ
ſpecialiter priuilegiantur,& clerici, qui non deliquerunt, vt hic,
& ſ̃.e.§.j.reſtat ergo,ꝙ laici non priuilegiati quantuncunque ſint
inculpabiles,neceſſe habent interdictum ſeruare: quia quod de
iſtis conceditur,de alijs prohiberi videtur.ſ̃. de præſump. nonne.
cum ſuis concor.Nec ob.ſi dicas,ꝙ ſine culpa ſunt.ſ̃. de conſtit.
cognoſcentes.nam & hæc pœna propter delictum alterius infli-
gitur.vt xxiiij.q.iij.ſi habes.& no.ſ̃.titu.1.in quibuſdam.§.fi. verſi.
pen. Aliqui tamen indiſtincte ſenſerunt,ꝙ † pœnitentia nemini
neganda eſt,cõtra hoc,& omnia alia iura.quod dic, vt plene no.
ſ̃.de ſpon.non eſt vobis.§.fi.

## *SVMMARIVM.*

1 *Infans quicquid videt ignorat.*
2 *Annorum diſcretionis ſunt tria genera.*
3 *Dictio Saligia dat ſeptem vitia.*
4 *Venialia peccata an ſint de neceſsitate confitenda.*
5 *Venialia multis modis delentur.*
6 *Peccatũ nullũ eſt celandũ de ſuis peccatis,alias nõ eſſet pœnitentia fructuoſa.*
7 *Peccator ſolus ſoli presbitero debet peccata ſua confiteri.*
8 *Pœnitentia publica eſt agenda de peccatis publicis.*
9 *Peccator occultus non debet prodere ſe.*
10 *Confitendum ſępius eſt,cum ſępius cadat homo.*
11 *Sacerdos proprius, quis dicatur.*
12 *Confiteri ſe debet quilibet ſemel in anno.*
13 *Animarum cura, quid ſit.*
14 *Animarum malam curam habentes Deo obligantur.*
15 *Non dormit,neque dormitat qui impugnat Iſrael.*
16 *Seculare brachium quandoque eſt inuocandum.*
17 *Parochiarum limites extendi, & reſtringi ex cauſa poſſunt ex diſpoſitione epiſcoporum.*
17 *Cura poteſt per conſuetudinem,& per præſcriptionem acquiri.*
19 *Conſuetudo non proficit,niſi ſit præſcripta,& rationabilss.*
20 *Excommunicatus per annum ſi ſteterit,reddit ſe ſuſpectum de hæreſi.*
21 *Animarum inductum pro ſalute non eſt negligendum,nec præſcribi poteſt contra ipſum.*
22 *Papa,& epiſcopus eſt proprius ſacerdos immediate.*
23 *Scolares,& mercenarij cui confiteri debeant.*
24 *Confeſſor deberet potius de miſericordia,quam de crudelitate rõnem reddere.*
25 *In peccato luxuriæ valde caute ambulandum eſt.*
26 *Medicus imperitus vno collirio omnium oculos vult curare.*
27 *Sacerdos vtrum poſſit reuelare confeſsionem, vt mors hominis euitetur.*
28 *Confeſſorem oportet eſſe diſcretum,& cautum.*
29 *Contritio quanta eſſe debeat.*
30 *Suſtinere,quilibet tenetur potius omnia mala quam malo conſentire.*
31 *Quid in contritione requiratur.*
32 *Confeſſio qualis eſſe debeat.*
33 *Confeſſio frequens valet ad multa.*
34 *Contritio ſine confeſsione nihil prodeſt.*
35 *Satisfactio eſt arbitrio ſacerdotis imponenda.*
36 *Doloris miſura plus valet apud Deum quam temporis.*
37 *Et mortificatio vitiorum,quam abſtinentia ciborum.*
38 *Sacerdos in pœnitentia imponenda debet eſſe miſericors & beniuolos.*
39 *Deus facit omnia in pondere,numero,& menſura.*
40 *Deus non ſoluit illos de quibus putamus, ſed illos in quibus opus miſericordiæ, & iuſtitiæ exercamus.*
41 *Laicus in confeſſione iudex eſſe non poteſt.*
42 *Sacerdos extra iudicium pœnitentiale iudex eſſe non poteſt.*
43 *Sacerdotis eſt nemini nocere.*
44 *Vnum ius ſuppletur per aliud.*

## CAP. XII.

OMnis cuiuſque. Alias vtriuſque.& eſt
communior litera.[Sexus.] ſ.tam maſculus,quam fœmina.[Fidelis.]igitur
ſi quis hoc ſalubre ſtatutum non adimpleat, ſed cõ-
temnat,ſe imperitum,& maliuolum,ſeu etiam infidelem,vel nõ
catholicum,ſed hæreticum comprobabit,ar.hic.& xxiiij.q.j. hęc
eſt fides quod dic,vt no.ſ̃.tit.1.c.fi.§.1.[Ad annos diſcretionis.] ſ.
minoris.nedum maioris.i. cum eſt doli capax, ex quo videlicet
ſcit diſcernere inter bonum & malum, vnde & iam peccare po-
teſt.C.ſi aduer.delic.l.1.C.ſi minor ſe. ma. diſt. 50. iij. ſecus de in-
1 fante,qui non diſcernit,& † cuius ætas quid videat ignorat.C.de
falſa mo.l.1.de conſe.diſt.iiij.eos.quod dic vt le.& no.ſ̃. de delic.
pu.c.j.Multo fortius ſi ſit mediæ diſcretionis,vt quia iam pro par-
te perfectæ ætatis eſt,& per ſe poteſt adminiſtrare,contrahere, di-
2 ſponere iuxta votum,puta.xxv.annorum eſt.ff.de minori.l.1.† An
norum igitur diſcretionis ſunt tria genera.Primum quoad con-
feſſionem faciendam,& pœnitentiam recipiendam,vt hic.Secũ
dum,quo ad votum emittendum,vel matrimonium contrahẽ-
dum,vt ſ̃.e.gl.ver.multo fortius.Tertium,quo ad adminiſtrandũ
vt ſ̃.e.gl.ver.ſed & fortius.ad idem.ſ̃.de æta.& quali.c.ij.& iij. ſ̃.de
elect.cum in cunctis.§. inferiora. [Omnia.] non originale: quia
illud in baptiſmo deletur, ſi infans ſit indiſtincte, ſi adultus cum
contritione.de pœ.diſt.1.tres actiones.ſ̃.de baptiſmo. maiores.§.
caute.& §.cæterum.& §.verum.ver.hic vero dicimus. ſed morta-
3 lia confitenda ſunt omnia.De quibus. ver. † Dat ſeptem vitia di-
ctio ſaligia.i.dictio ſaligia habet ſeptem literas,quarum vnum vi
tium exprimitur vnaqueque,videlicet.S.i.ſuperbiam. A.i.accidiã.
L.i.luxuriam.I.i.inuidiam.B.i.gulam.I.i.iram. A.i.auariciam. ad
hoc.xxxij.q.vij.non ſolum.& de pę.diſt.iij.inter hæc hyrcum.Sed
& alia plura enumerat Aug.xxv.diſt.§.alias.ver.& quamuis Apo
4 ſtolus &c.† Necnon & venialia ſaltem conſuetudinaria,vel inue
terata confiteri oportet,ſi ſacerdotis copia habeatur.de pœni. di.
iij.de quotidianis.& ar.ſ̃.de iureiuran.& ſi Chriſtus.§.quædam.&
xxv.diſt.§.criminis.& ſeq.vbi dicit beatus Aug.Nullum peccatũ
adeo eſt veniale,quod non fiat criminale,dum placet.Idem quid
intereſt ad naufragium,vtrum vno grãdi fluctu nauis operiatur,
an paulatim ſubrepens aqua in ſentinã per negligentiam dereli-
cta impleat nauem,atque ſubmergat.De his dicitur,vitaſti gran-
dia,vide ne obruaris arena,ad hoc.de con.diſt.iiij.agat.& c.ne q̃d
5 abſit.& c.ſine pœnitentia.† Alia vero minuta [a] venialia,atque re
a centia multis modis delentur.Primo modo per generalem con-
feſſionem.vt de pœ.diſt.iij. de quotidianis. Secundo per dignam
euchariſtiæ ſumptionem.de con.diſt.ii.cum omne crimen. & c.
ſi quocunque.Tertio per aquæ benedictæ aſperſionem,quæ coin
quinatos ſanctificat,& purgat,& cuncta bona multiplicat,& in-
ſidias diaboli auertit,& a fantaſmatis verſutijs homines defendit.
de conſe.diſt.iij.aquam.Quarto per ieiunia & eleemoſinas.lxxxij.
diſt.presbiter.de pœ.diſ.ij. medicina.& c.quamobrem.& diſt.ij.ſa-
ne cauendum.Quinto per orationem dominicam.de pœ.diſt.iij.
de quotidianis. Sexto per deuotam pectoris tonſionem. de pœ.
diſt.j.tres actiones. & diſt. ij. ſicut inquit. Septimo per extremam
vnctionem.ſ̃.de ſacra vnc.c.vnico.§.j.de prima.Octauo per ſuſce
ptam cum deuotione epiſcopalem benedictionem.vnde Nume.
vj.g.Dixit dominus ad Moyſen, loquere Aaron & filijs eius: ſic
benedicetis filijs Iſrael,benedicat tibi dominus,& cuſtodiat te, o-
ſtendat tibi dominus faciem ſuam, & miſereatur tui. Conuertat
dominus vultum ſuum ad te,& det tibi pacem. Inuocabunt no-
men meum ſuper filios Iſrael,& ego benedicam eis.j.q.j.dictum.
& arg.j.q.j.maledicam.& §.& c.ſequentibus.ad hoc.de pœ. diſt.j.
quamobrem,xij.q.ij.gloria.de pœ.diſt.vj.§.1. hæc tamen materia
copioſius diffinitur in Summa.eo.tit.§.de quibus peccatis.[Sua.]
q.d.ſeipſum accuſet,non alium.de pœ.diſt.j.quamuis. niſi forſan
in hęreſi.vel vbi quis cognouit matrem ſuam filiam, vel etiam
vxorem propriam contra naturam,vel aliud quodcunque pec-
catum commiſit,propter cuius circunſtantias neceſſe ſit alium
nominare,nam & circunſtantiæ conſiderantur,vt ĩ.eo. §. ſacer-
dos.& de hoc no. in Summa. eod. titu.§.qualis.& ſub.§.diſcreta.
& §. in quo tenetur. verſicu. caueat autem. & ſequen. De ſuis
6 † autem peccatis nullum eſt cęlandum,alioquin non eſſet pœni
tentia fructuoſa.quod dic,vt no.ſ̃.e.ꝙ quidam.[Solus.] q.d. ſolus
7 † peccator ſoli presbitero debet peccata ſua confiteri, quod ideo
dicitur,vt liberius confiteatur.ſi.ſ̃.de elec. quia propter. ibi qui ſe-
creto & ſigillatim &c.ſ̃.de accuſa.inquiſitionis.§.j.ver.& an fides.
vbi de hoc.Quod eſt intelligendum de peccatis occultis,& etiam
8 manifeſtis,quamuis † de publicis publica pœnitentia ſit agenda,
9 vt le.& no.ſ̃.e.c.j.Sed & quamuis occultus † peccator non tenea-
tur prodere ſe.de pœni.diſt.j.non tibi dico.niſi vbi periculum im
minet,puta in hæreſi.læſæ maieſtatis crimine, proditione patrię,
homicidio perpetrando,& ſimilibus,in quibus,& ſi non cogatur
inducendus tamen eſt,ꝙ reuelet,ad hoc vt ipſum periculum eui
tetur,tamen & ſi ſe prodere voluerit,hoc poteſt facere, vt patet.ſ̃.
de diuor.ex literis. Sed & ſacerdotem poteſt, ſi voluerit in teſtem
inducere,cui ſoli creditur,cum & ei ſoli confiteatur, vt hic, qui
& cauere debet omnino,ꝙ verum teſtimonium ferat. quod dic,
vt le.& no.ſ̃.de exceſ.pręla.dilectus.ſ̃.de ſimo.nemo. Sed & in iu-
dicio interrogatus tenetur de manifeſtis dicere veritatem, vt no.
ſ̃.de accuſa.ſi conſtiterit.verum nemo debet ſe prodere, maxime
ſi clericus ſit,gloriando.vt ſ̃.de exceſ.pręla.quam ſit graue.[Saltẽ
10 ſemel.]hoc ideo dicit: † quia cum ſępius cadat homo,eſſet ſępius
cõfitendũ. de pę.diſt.iij.§.ꝙ autem.& c. ſepties.& ſequentibus.ſed
11 ad minus † ſemel in anno hoc debet facere quilibet Chriſtianus.
niſi de hęreſi velit reddere ſe ſuſpectum,vt patet in eo,quod no.ſ̃.
eo.ſuper verbo,fidelis.vnde & ſequitur pœna contra talem. ĩ. eo.
verſi.alioquin.[Fideliter.] quod dic,vt no.in Summa.eo.tit.§.qua
lis.quod intelligitur de eo,qui loqui poteſt.quod dic,vt no. in Sũ-
ma.

ADDITIO.

a ¶Adde gl.in ſalutatione libro.vj.



ma.e.tit.§.quando confitendum.ver. fi. [Proprio.] † Proprius ſa-
12 cerdos dr̃ ille.cui cura parochialis ecclia͠e eſt cõmiſſa,ſit perſona,
ſiue vicarius,qui tenetur reſidentiam facere,& ad illum,quem cu
ra requirit ordinem ſe facere promoueri, vt probatur. ſ̃. de offi.
vica.c.j.& fi.& de cleri.non reſi.quia nonnulli.§.cum igitur.& de
13 præben.extirpandæ.§.qui vero.& ſeq. † Sed quid eſt cura? Et qui-
dem poteſt magiſtraliter ſic deſcribi.Cura eſt vigil & oneroſa ac
ſolicita cuſtodia animarum commiſſa alicui,vt curet,ne pereãt,
ſed ſaluentur,quæ competit ex lege, vel commiſſione canonica,
aut conſuetudine,ſeu præſcriptione per ſedem apoſtolicam non
improbata,hæc autem ex diuerſis iuribus colliguntur. vnde. Cu-
ra eſt vigil & oneroſa ac ſolicita cuſtodia animarum,vt colligitur
in eo,quod legitur,& no.ſ̃.de æta.& quali.intelleximus.§.fi.& ex-
tra.d.n.de homici.pro humani.§.j.ſ̃.de offi.archi.cap.j. & de offi.
archipresbi.c.fi.& de offi.primice.c.vnico.viij.q.j. qui epiſcopatũ.
& in ſequenti expoſitione.Commiſſa alicui, vt curet, ne pereant
&c.inſtruendo ſibi commiſſos in fide,& moribus, necnon & vi-
tijs fugiendis,ac virtutibus,& bonis operibus exercendis, vt patet.
x.q.j.placuit.& in eo,quod le.& no.ſ̃.de vi.& ho.cle. vt quiſque p̃-
sbiter.& c.vt clericorũ mores.& ſ̃.e.Deus qui.§. apoſtoli. Ex quo
14 ſequitur,ꝙ ſi male,† vel negligenter curet,obligatur Deo,arg. In-
ſti.de inuti. ſtipu. §. ſi quis alium. cui & exinde tenetur rationem
reddere.ſ̃.de offi.ord.irrefragabili.reſpon.j. & de ſta. mo. cum ad
monaſterium.§.abbas.Hoc autem debet curare prædictis modis,
necnon viſitando,corrigendo,puniendo,ſacramenta eccleſiaſti-
ca exhibendo.ſ̃.de elec.dudum.ij.§.tandem.& de tranſac.veniẽs.
reſpon.j.& ĩ.eo.c.§.ſacerdos.& c.cum infirmitas.Caueat igitur,ꝙ
ſemper obligationem hanc præoculis habeat, ne reperiatur ne-
gligens dormiens,vel dormitans.pſal.Non dormitabit, neq; dor
miet, qui cuſtodit Iſrael. Nec mirum: q̃a ſicut dicit beatus Berñ.
15 † Non dormit,neque dormitat,qui impugnat Iſrael.Ideo & incu
rato dicitur Prouer.vj.a.Defixiſti apud extraneum manum tuã,
& illaqueatus es verbo oris tui,& ſequitur te ipſum libera,diſcur-
re,feſtina,ſuſcita amicum tuum.Ne dederis ſomnum oculis tuis,
nec dormitent palpebræ tuæ.Quòd ſi hæc deligenter ſeruauerit,
eſto ꝙ propter duritiam plebis non proficiat,tutus erit, vt proba-
16 tur.xliij. diſt. ſit rector. & c. Epheſijs. † Sed non omittat ſeculare
brachium inuocare, eſto ꝙ peccatores ſine effuſione ſanguinis
nequeant coarctari.ſ̃.de homici.poſtulaſti. Quæ comperit ex le-
ge ſcripta,ſiue iure communi,ſicut patet in epiſcopis.ſ̃.de offi.or.
conquerente.& prælatis qui per electionem creantur,& etiam re
ctoribus eccleſiarum parochialium,ex quo ſunt authoritate ſui
iudicis inſtituti,vt hic patet,& in eo,quod le.& no.ſ̃.de cle. pere-
gri.c.fi.& de offi.archi.cum ſatis.ſ̃.de off.ord.ſi ſacerdos.& c.cum
ad eccleſiarum.& c.ad reprimendam.& ĩ.tit.j.nuper. §. in ſecun-
do.& §.fi.in fi.& in Summa.e.tit.§.cui confitendum ſit.reſpon.j.
& de ſen.excom.§.quis poſſit excommunicare.ſub.§. fi. qui inci-
pit nedum autem. Et notandum,ꝙ hæc cura extenditur ad om-
nes habitantes infra limites prædictorum,qua ratione & prouen
tus ſpirituales exinde prouenientes percipiunt in vſus neceſſarios
conuertendos.ſ̃.de his quæ fiunt a præla. paſtoralis. ſ̃. de paroch.
ſuper eo.Niſi in aliquibus conſuetudo obſtet.ſ̃. de deci. cum ſint
17 homines.& c.ad apoſtolicæ.† Hi autem limites quantum ad pa-
rochias per diſpoſitionem epiſcoporum extendi poſſunt ex cau
ſa,& reſtringi,prout legitur,& no.ſ̃.de exceſ.præla. ſicut vnire. &
de eccleſijs edi.ad audientiam.j.quibus de hac cura tenentur incu
rati reddere rationem,ſicut le.& no.ſ̃.de priuile.c.iij.§.in eccleſijs
& de præben.in Lateranenſi.Vel commiſſione canonica ab epi-
ſcopo generaliter, vel ſpecialiter facta, ſicut patet in archidiaco-
no.ſ̃.de offi.archid.c.j.& in archipresbitero.ſ̃. de off. archipresbi.
c.fi.& per totum.& in officiali ſuo.vt patet in eo,quod le.& no. ſ̃.
de inſti.c.iij.& extra.d.n.de ap.Romana.reſpon.j. & in vicarijs ec-
cleſiarum perpetuis.ſ̃.de off.vica.ad hęc.& etiam ex cauſa ad tem
pus conſtitutis.ſ̃.de ap.peruenit.ſ̃.de offi.ord.cum vos. vel a Papa
per priuilegium generale,vel ſpeciale,vt patet.xxij.diſt.c.j.& xxvj.
q.ij.c.j.& ſequentibus.& in eo,quod legitur,& no.ſ̃.de tranſla.epi.
c.ij.§.ſed neque.ver.præſertim.& de hæreti.excommunicamus.j.
§.quia vero.& de exceſ.præla.accedentibus.ad fi.vel per compoſi
tionem ex certa ſcientia confirmatam.ſ̃.de tranſac.veniens.§.fi.
18 Aut † conſuetudine,ſeu præſcriptione.nam & Metropolitani in
ſua & etiam aliena prouincia,& epiſcopi in alienis diœceſibus,
& etiam abbates archidiaconi,& capitula,& ſimiles, iura epiſco-
palia,& parochialia, curam, & ad hæc pertinentia, inquantum
iſta poſſunt in eos cadere,& per cõſuetudinem,& per præſcriptio
nem acquirunt,ſicut de conſuetudine probatur in eo,quod le.&
no.ſ̃.de elec.dudum.ij.§.tandem.ſ̃.de off.ord.quanto.& c. duo ſi
mul.& c.irrefragabili.§.exceſſus.& de fo.comp.licet.§.j.& c. cum
contingat.& extra.d.n.de off.ordi.Romana.& de ap.Romana.Et
de præſcriptione probatur in eo,quod le.& no. ſ̃. de præſcrip. ex
trãſmiſſa.& c.auditis.& c.cum olim.& c.veniens.& de reli.domi.
conſtitutus.& c.cum venerabilis.& c.cum dilectus. Aliqui tamẽ
dicunt,ꝙ per conſuetudinem non acquiritur cura,niſi ſit per ſe-
dem apoſtolicam approbata, quibus non aſſentimus: quia ex-
preſſe contradicunt iura.ſ̃.de elec.dudum.ij.§.tandem.& alia pręallegata,arg.tamen pro ipſis.xciij.diſt.illud.& ix.q.ij.§.j.& ſequen-
tibus.& q.iij.antiquis regulis.Per ſedem apoſtolicam non impro
19 bata.hoc ideo dicitur: quia † conſuetudo non proficit,niſi ſit prę
ſcripta,& rationabilis.ſ̃.de conſue.c.fi.Irrationabilis autem iudi-
catur per ſedem apoſtolicam,ſi ex ea limites confundantur.ſ̃.de
deci.cum ſint homines.in fi.vel ſi exinde alij graue præiudicium
paretur,arg.in eo quod le.& no.ſ̃.de deci.ſuggeſtum. & de maio.
& obe.cum inferior.& de conſue.cum olim.ſed quantum ad per
ſonam priuatam reprobatur,vt nec curam acquirat ex conſuetu
dine,nec ſibi eligat confeſſorem, vt colligitur in eo, quod no.in
Summa.e.tit.§.cui confitendum ſit.ſub.§.cui Imperator.reſpon.
j.In præſcriptione vero talium bona fides, & iuſtus titulus requi-
runtur,alioquin expreſſe per ſedem apoſtolicam reprobatur. q̃d
dic,vt le.& no.ſ̃.de deci.dudum.& de præſcrip.ſi diligenti.& adde,
quod no.ſ̃.de off.or.conquerente.§.j.& de maio.& obe.inter qua
tuor.& de off.archid.c.fi.& de reſti.ſpo.olim.j.& iij.& ſ̃.de cle. nõ
reſi.quia nonnulli.reſpon.j.& ne prelati vices ſuas.c.ij.ver.ꝙ ſi q̃s.
[Sacerdoti.]vel ſi ſit minus ſufficiẽs,vel ex alia iuſta cauſa alij de li
centia ſua,vt ĩ.e.§.j.vbi de hoc.Quis autem dicatur ſacerdos pro-
prius,dic,vt plene no.in Summa.eo.tit.§.cui confitendum ſit. &
in præced.glo.& ĩ.§.j. ſuper verbo.a proprio ſacerdote. [Et iniun-
ctam.]ver.ſiue conſiſtat in eleemoſinis,ſiue in diſciplinis,oratio-
nibus, ieiunijs, vigilijs, vel alijs quibuſcunque. quod dic,vt no.in
Summa.e.tit.§. quis ſit effectus. [Viribus.] nam vltra poſſe nihil.
ſ̃.de pac.c.fi.ff.de re.iur.impoſſibilium.[Studeat.] ergo non negli
gat.[Adimplere.] ad quod,ſi neceſſe fuerit, eſt per cenſuram ec-
cleſiaſticam compellendus,vt patet in eo,quod le.& no.ſ̃. de ſpõ.
ad audientiam.in fi.& tandem ad requiſitionem eccleſiæ per bra
chium ſeculare,vt patet in eo,quod le.& no. ſ̃. de iudæis. ita quo-
rundam.§.pen. & de hæreticis.excommunicamus.§. ſi vero do-
minus temporalis.Quod intelligas,quando peccatum publicum
eſt,vt ibi,ſecus in occulto.vj.q̃. j. ſi omnia. ſ̃. de ſimo. ſicut nobis.
alias ſicut tuis.in fi.[Suſcipiẽs.]ver.[Ad minus in Paſcha.] & hoc
ideo dicit: quia & in alijs feſtiuitatibus conſuetis hoc fieri debet,
vt ſ̃.e.Deus qui.ver.fi.Sed ad minus in Paſcha hoc neceſſe eſt, vt
hic.& de conſe.diſt.ij.& ſi non frequentius.Quod ſi contempſe-
rit,fidelem ſe non oſtendit,vt patet in eo,quod no.ſ̃.e.in prin.ſup
verbo.fidelis.& pœnam ſequitur.ĩ. ver.j. [De proprij ſacerdotis.]
non ergo extranei,& in hoc plerique frequentius ſe ſeducunt: q̃a
extraneus non habet ſe de his,vel ſimilibus intromittere,vt patet
in eo,quod le.& no.ſ̃.eo.ꝙ autem.§.vnico.& ĩ.eo.§.j.[Cauſam.]
puta: quia non vere pœnitet dicens, ꝙ a peccatis abſtinere non
poteſt.ſ̃.e.ꝙ quidam [Alioquin.]ver.ſ.ſi ſaltem ſemel in anno nõ
confiteatur peccata ſua, vel confitetur, ſed euchariſtiam non re-
cipit,nec de licentia proprij ſacerdotis abſtinet.[Ab ingreſſu.] ip-
ſo facto & ipſo iure ſecundum quoſdam,qui & contrarium ſcri-
pſerunt quaſi in conſimili caſu.ĩ.eo.c.j.quod eſt contra id, quod
le.ſ̃.de ſepul.ex parte.in fi.vbi de hoc.ſed iſtud nec veritatem con
tinet,nec ſeruatur,vnde dic.[Arceatur.] ſubaudi per ſententiam,
ſi monitus ſe non correxerit,& ſi hac pœna inflicta ſe adhuc nõ
emendauerit,poterit excommunicari,ſicut & no ſi.ſ̃.de vſur. cũ
20 tu.reſpon.j.& c.prætereà.§.fi. & ſi ſic excommunicatus † per an
num in contumacia ſua permãſerit,omnino reddet ſe ſuſpectũ
de hęreſi in hoc caſu.quod dic,vt plene no.ſ̃.ti.j.c.fi.[Vnde hoc.]
21 ver [Salutare.] i.† pro ſalute animarum inductum, ergo non eſt
negligendum,nec contra ipſum præſcribi poteſt,arg. ſ̃. de cõſue.
c.fi.ſic & no.ſi.ĩ.c.j.reſpon.j.ver.j. [Publicetur, ne quiſquam.] &c.
ſi.ĩ.c.proxi.ſ̃.de ſimo.quoniam.§.fi. ſ̃. de iudęis. ita quorundam.
§.fi.cum ſuis concor.¶[Si quis autem.] ii.pars.[Iuſta de cauſa.]pu
ta: quia ſacerdos proprius particeps eſt delicti:exemplum.ĩ.tit.p-
xi.ſi concubinæ.& arg. C.ne quis in ſua cauſa iud. in rubro & in
nigro.ſ̃.de teſti.veniens.j. §. fi.vel quia aliqua latens ſimulatio eſt,
inter ipſos & parentes ipſorum,arg.ſ̃.de accu.repellantur.& ſ̃.de
off.dele. ſuſpitionis. vel quia eſt nimis ſimplex, nam diſcretum
oportet querere confeſſorem,vt ſ̃.e.officij.in fi.& c.Deus qui.rñ.j.
& de pœ.diſt.vj.§.j.& c.placuit.ſ̃.de ſimo.ex diligenti.§.j.ver.fi.q̃d
dic,vt ibi no.[Prius poſtulet.] niſi ſit priuilegiatus a ſede apoſtoli-
ca,vel a iure.ĩ.eo.c.fi.vel dic,vt no ĩ. ſuper verbo, a proprio ſacer-
dote.in prin.[Obtineat.] non ſufficit ergo licentiam petere, imo
ipſam neceſſe eſt obtinere.ſi.ſ̃.de regula.licet. §. illa. Quid ergo ſi
non vult dare licentiam,& omnino expedit peccatori, ꝙ confi-
teatur alij? Rñ. habeatur recurſus ad ſuperiorem. ſ̃. de iure patro.
nulli.ſ̃.de offi.or.duo ſimul.ix.q.iij. conqueſtus. Quid ſi periculũ
neceſſitatis inſtet,quare non poteſt haberi recurſus ad ſuperiorẽ?
Rñ.confiteatur alij ſacerdoti,arg.xvij.q.iiij.ſi quis ſuadente. Quid
ſi non inueniatur alius ſacerdos? Rñ.ſi aliquo modo poteſt inue
niri in conſcientia,ꝙ proprio confiteatur ſacerdoti,tunc tenetur
ei confiteri non obſtante inſufficientia,dummodo ab eccleſia to
leretur,arg.ſ̃.de cohabi.cle.& mu. veſtra. Si vero conſcientia ſibi
dictat contrarium,puta: quia probabiliter ſentit,ꝙ ex hoc poſſet
graue peccatum,ſcandalum, & periculum prouenire, confiteat̃
ei generaliter peccatum,& circunſtantias, quibus expreſſis ceſſat
periculum,

periculum, periculoſas vero omnino riticeat, alioquin confitea-
tur cuicunque poterit,arg.j.eo.c.fi. ſecundum id, quod no.ſ. de
offi.ord.paſtoralis.§.præterea.ver.ad quod dicimus. Et ſi finaliter
nullum poteſt inuenire alium,ſoli Deo,arg.ſ.de ſup. ne præla.c.
j.& j.tit.j.a nobis.ij.ſecundum.d.n.cuius eſt mens totius huius gl.
[A proprio ſacerdote.] non ſolum eſt ergo intelligendum hoc
22 de parochiali & incurato,ſed ēt de Papa & epiſcopo,nam † vnuſ-
quiſque iſtorum ſacerdos proprius immediate dicitur,vt no.ſ.de
offi.archidia.c. iij. §. confeſſiones. ergo ſi ab altero iſtorum obti-
neat quis licentiam,ſufficit,arg.op.in eo quod leg.& no.j.e.c.j.rñ.
j.& ſ.de hæreti.excommunicamus.j.§.quia vero nonnulli.Et idē
eſt de legato ſedis apoſtolicæ generali, & eorum pœnitentiarijs,
argumen.ſ.de offi.lega.capit. j. Et idem videtur de generali vica-
rio epiſcopi,argumen.ff.de iudi.cum prætor.ſupra,de offi ord.in-
ter cætera.extra do.noſt.de appel.Romana.& no.ſ.eo.c. reſpon j.
ſuper verbo,proprio.& ſuper verbo,ſacerdote. Quid ergo,ſi aliqs
confiteatur alicui iſtorum,vel de licentia eorum alii abſque cō-
ſcientia parochialis proprii ſacerdotis? & quidem tenet cōfeſſio,
& abſolutio,tanquam ſuo, & a ſuo iudice facta, vt patet ex præ-
miſſis. Verūtñ ſacerdoti parochiali, ꝗ ſpecialiter habet oues ſuas
cognoſcere,facienda eſt inde fides, alioquin poterit non confitē
ti ſibi,nec de ſua licentia pœnam infligere ſupradictā, nec enim
ſufficit dicere,niſi & probetur,vt le.& no.ſ.de conceſſ.preben.cū
ſuper & maxime in hoc caſu.ar.ſ.de ſchiſmati.c.ii.alioquin da-
retur via figmentis.contra id quod le.& no.ſ.de diuor.quanto.§.
pe.& redderetur illuſorium hoc edictum.contra id quod legi. &
no.ſ.de ali.iu.mu.cau.fac.c.j.reſpon.j.Sed nec putamus, ꝙ quan-
tūcunque ex generali licentia confitenti, vel ſacerdoti data con-
fiteatur,ꝙ præter parochialis proprii ſacerdotis licentiam,ſaltem
quantum ad confeſſionem ſibi ſemel in anno faciendā huic ſta
tuto præiudicari debeat,immo adhuc requirenda eſt licentia ſa-
cerdotis parochialis, niſi hoc exprimatur, ꝙ iſtud liceat ſine ſua
licentia.j.e.c. fi.quod dic,vt ibi not. & eſt multiplex ratio. Prima
quia valde æquum,& rationabile eſt, ꝙ ſacerdos parochialis co-
gnoſcat vultum pecoris ſui non tantum exterius,ſed etiam inte-
rius,cum ei habeat euchariſtiam miniſtrare,vt patet. e.c. reſpon.
j.& per conſequens valde periculoſum eius contrarium. Secun-
da,quia ſi ſentiamus contrarium tali prætextu, poterunt omnes
ſibi ſubtrahi,quod non debet velle ſuperior,ſicut nec vellet,ꝙ idē
ſibi fieret.arg.ſ.de offi. or.cum ab eccleſiarum. cum ſuis concor.
Ex hoc contingeret ɔfundi ordinem eccleſiaſticum,& diſciplinā
eccleſiaſticam vilipendi contra id quod le.xi.q.j.peruenit.ſ.de pri
uile.vt priuilegia.§.j.ver.pe.& §.illud.ver pen.Eſt ergo interpreta-
tio talis licentiæ reſtringenda,vt patet in eo,quod leg.& not. ſ.de
vſu pal.c.antepen.in fi.ſ.de offi.dele.ſuper eo.& ſ.de priuile.paſto
ralis.§.j.Tertia,quia in generali licentia non pſumitur aliquis cō
cedere.quod non eſſet ſpecialiter cōceſſurus,vt patet in e o.quod
le.& no.ſ.de offi.lega.ꝙ tranſlationem. & idem videtur hic ſcri-
pſiſſe.B.dicens, ꝙ per talem indulgentiam non videtur tolli ſpe-
cialis, immo nihilominus reſtat petenda, ſicut & vna ſeruitute
ſublata remanet altera.ff.de ſer.vr.præ.ſi domus tua.& ar. ſ.de re-
ſcrip.c.j.ad fi.cum ſuis concor. Aliud tamen eſt in prædicatione,
23 & dic,vt no.j.c.j.reſpon.j. † Quid de ſcholaribus, & mercenariis?
Reſpon.ex quo per annum ſteterunt in aliqua parochia, illi ſa-
cerdoti cōfiteri debent.ar.xvi.q.j.queſti. Alii dicunt,ꝙ idē,eſt eo-
ipſo ꝙ ſe transferunt,& ſi per annum moram non traxerint.ar.
ſ.de deci.ad apoſtolicæ.ſecundum.d.n.& melius.ſ.de parochi. c.
fi.Et idem eſt de peregrinis & viatoribus,& alijs,qui certam man
ſionem non habent.arg.ſ.e.quod in te.in fi.Idem arg.pro & con
tra.ff.de iudi.hæres abſens.Tutius tamē eſt,vt omnes hi a proprio
ſacerdote licentiam obtineant ſpecialem.ſecundum.d. no.& de
hoc no.in Summa.e.tit.§.cui confitendum ſit.ſub.§. fi. & de pa-
rochi.§.quis intelligatur parochianus.quod dic, vt ibi no. [Cum
aliter.]ver. [Ipſe.] i.ſacerdos alienus.[Soluere,vel ligare.]cum nō
ſit iudex ſuus.j.tit.j.a nobis.j.& le.& no. ſ.eod. ꝙ autem.§.vnico.
¶[Sacerdos autem.] iii.pars.ſubaudi confeſſiones audiens,quicū-
que ſit ille proprius,vel alienus.[Diſcretus.] qui ſciat ſoluere,& li
gare.de pœ.diſt.vj.§.j.ſic.ſ.e.officij.in fi.& ne indifferenter admit
tat ouem alienam ſine licentia,vt patet in eo,quod le. & no. ſ.e.
§.proxi.ſed vires peccatoris attendat, qualiter pœnitentiam poſ-
24 ſit portare,ſic procedens,† vt potius de miſericordia,quam de cru
delitate teneatur reddere rationem,vt xxvj.q.fi.allegant.lxxxvj.di.
non ſatis vltra.medium.xj.q.iij.nemo peritorum.[Et cautus.]ma
xime in interrogationibus faciendis.quod dic,vt plene no. in Sū
ma.eod.tit.§.quæ interrogationes.per totum. & ſpecialiter ſub.
25 §.de luxuria.nam in illo peccato † valde caute ambulandum eſt
vt patet in eo,quod ibi no.[Periti medici.] medicus enim eſt ſpi-
ritualis,vnde & infirmitates ſpirituales ſeruare habet, & traditio-
nes artis canonicæ ſequi,vt hic patet.& j.e.c.j.& le.& no.extra. d.
n.de ſen.excom.cum medicinalis.lib.vj.Caueat ergo,ne deprehē
datur in culpa ante factum,vel in facto,vel poſt factum,ſup quo
vide,quod le.& no.ſ.de æta.& quali.ad aures. ſ. de homici.tua. §.
nos igitur.[Vinum & oleum.] i.rigorem & miſericordiam. q. d.
nec ex toto rigidus ſit,ne peccator terreatur,vel a pęnitentia auer
tatur,nec ex toto miſericors, ne iuſtitia diſſoluatur, ſed vtrunque
miſcendo emplaſtrum ſalubre apponat, vt hic patet. & xlv. diſt.
diſciplina.j.tit.j.a nobis.ij §.vt autem vbi de hoc.[Sauciati.] i.vul
nerati,ſicut fecit pius Samaritanus.Luc.x.f.[Diligenter.]ver.ſub-
audi,& caute,vt no.ſ.e.§.ſuper verbo,& cautus.& in Summa.e.ti.
§.qui interrogationes.rñ.j.ver.ſacerdos autem.& verſi.no.ꝙ dicit
diſcretus,vbi hæc verba ponuntur.[Circunſtantias.] ſic.ſ.e. Deus
qui.rñ.j.vbi de hoc.[Conſilium.] ſ.quando fideliter non confite
tur,vt ſ.e.ſignificauit.[Diuerſis.] verſi [Experimentis.] non ſicut
26 † imperitus medicus, qui vno collirio omnium oculos vult cu-
rare.xxix.diſt.neceſſe.ſed ſicut peritus vtatur. Primo lenitiuis. Se-
cundo attractiuis.Tertio purgatiuis,vt patet in eo,quod le.& no.
j.e.tit.§.fi.ver.ſed & prudentiori.in prin.in ver.gl.ſacerdos autem
in pœnitentia.& ſ.e.c.& c. Deus qui.§.apoſtoli. ſed & nunc blan-
diatur,nunc terreat,nunc conſoletur,nunc comminetur, nunc
arguat,nunc corrigat,nunc condemnet,vt patet.xxiij.q.iiij.forte,
& ca.præceden. & ſequentibus.& in eo,quod leg. & no.ſ.de iudi.
cum non ab homine. & ſ. de ſta. mo. cum ad monaſterium.§.
prior.& c.ea quę.& ſ.de offi.or.licet.& c.irrefragabili.& extra.d.n.
de cenſi.Romana.§ ſane.¶[Caueat autem.] iiij.pars.[Verbo,vel ſi
gno.] quia nihil intereſt, vtrum res certo,& vero vocabulo nun-
cupetur,an digito oſtendatur,aut certa circunſtantia declaretur.
ff.ſi cer.pet.certum eſt,& arg ſ.de conſangui.tua §.j.ad fi. ſ. de te-
ſti.licet ex quadam.§.fi.[Prodat.] i.manifeſtet: quia quaſi quædā
proditio eſt nam in confeſſione peccator omnino ſacerdotis fi-
dei ſe committit multoties, quod nec patri,nec matri aliquādo
reuelaret.vnde ſi ſacerdos ipſum publicet,infideliter agit,& eum
quodāmodo prodit.[Aliquatenus.] nec ſerioſè,nec ludendo,ni-
ſi forſan & ipſe peccator eundem ſacerdotem inducat in teſtem
ſ.de ſimo.nemo vbi de hoc.in quo quidem caſu ſi plures ei con-
feſſi fuerint,idem crimen, quamuis poſſit exprimere illum, qui
ipſum inducit,alios tamen omnino cęlare debet, & ſic loquitur
de adulte.ſignificaſti.Quid ſi confiteatur ſe velle aliquem occide-
re,vel aliud maleficium committere petens conſilium, & dicēs,
ꝙ nō poteſt tentationi reſiſtere? Dicunt quidam,ꝙ ſacerdos hoc
poteſt reuelare illis,qui poſſunt prodeſſe,& non obeſſe,arg.xxij.q.
v.hoc videtur.& q.iiij.ſi aliquid.& c.non ſolum.& c. ſequentibus.
& ij.q.j.ſi peccauerit. Alii dicunt,ꝙ omnino hoc cęlare debet,vt
27 ſ.de off.or.ſi ſacerdos.& ſ.de exce.præla.dilectus.& hic.† Nos autē
concedimus,ꝙ quicquid poterit bono modo circa hoc facere,vt
peccatū impediat ſine expreſſione,pſone,& ſiue pditione ɔfiten-
tis hoc faciat,vt in primis concor.proditionem autem confiten
tis, quantuncunque malum exinde ſequi poſſit, eidem omnino
denegamus,vt in vltimis concor.& arg.j.ver. j. & ſequen. poſſet
tamen dici in prædicto caſu contrarium, nec enim eſt vera con-
feſſio,vbi non confitetur peccatum commiſſum,ſed committē-
dum,de quo nec pœnitentia dari poteſt,& quod quilibet impedi
re tenetur,vt no.ſ.de iureiuran.quemadmodum.§.fi.j. de ſen ex-
com.ſi vere.& c.quātę.ff.de pac.ſi vnus.§.pacta. & adde quod no.
a in ſequen.quæſtione.& dic,vt ibi. Quid ſi aliquis reuelat [a] ſecretū
ſuum amico ſuo dicens,ꝙ hoc dicit ei in confeſſione,vel pœnitē
tia,nonne talis teſtificari cogitur? Sic,quia licet hoc modo dicat,
tamen non poteſt hoc dici tanquam ſacerdoti illi, qui non eſt:
ſed & quamuis hoc ſacerdoti dicatur,non tamen hoc ſemper vi-
detur dicere tanquam ſacerdoti,ſed tanquam amico, vt dictum
eſt,nec talis petit ſibi iniungi pœnitentiam,vel ſe abſolui,ſed alia
intentione hoc refert,cui ſtandum eſt contra verba.j.de verb.ſi-
gni.intelligentia.Veruntamen ſi ſacerdos ſit,hoc omnino celare
expedit,atque decet,ne huic edicto fraus fiat, alioquin quilibet ſa
cerdos hoc reuelans poſſet dicere,ꝙ nihil ſibi in foro pœnitentię
ſed alio modo confeſſus fuit,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ.de di
uor.quanto.§.pen.& j.e.c.ver.fi.ſuper verbo, reuelare. Quid ſi ali-
quis in neceſſitate conſtitutus hoc confiteatur laico in pœniten-
tiali foro,vt de con.diſt.iiij.factum eſt.& no.ſ.de offi.ord.paſtora-
lis.§.præterea.ver.ad quod dicimus? Dicas,ꝙ quamuis talis laicus
clauem non habeat,tamen in hoc Dei miniſter eſt, & omnino
debet cęlare peccatorem, ſicut & ſacerdos. nec ad teſtificandum
debet cogi: quia quaſi eadem ratio eſt,quæ in ſacerdote,arg.ſ.de
conſti.tranſlato.Quid ſi talis peccatorem prodat? Rñ.non poteſt
habere locum pœna ſequēs,cum nec ſacerdos ſit,cum igitur cer
ta pœna ſcripta non ſit contra talem,arbitrarie punietur.ſ.de of.
dele.de cauſis.§.vnico.Quid ſi ſubditus percipit,ꝙ epiſcopus ſuus
de facto ſuo certus eſt,& venit ad ipſum peccata ſua confitens, vt
ipſius correctionem eludat? Rñ. cautus epiſcopus ei reſpondeat,
hoc peccatum non recipio in pœnitentia,nec illud, cum de ip-
ſis ſis publice infamatus, non tamen debet abſolutionem dene-
gare: quia ipſa non obſtante poterit contra ipſum inquirere, &
eundem punire,dūmō non diſpenſet.qđ dic,vt no.ſ.de ſchiſma-
ti.c.ij.& de big.quia circa.Si autem hoc omnino occultum eēt,
hoc

ADDITIO.

a ¶Adde Pano.in c.ſi ſacerdos.ſ.de offi.ord.



hoc omnino in pęnitentia accipere deberet,eſto, ꝙ ipſe ſciret.vj.
q.ij.ſi tantum.& c.placuit.& hoc iungas in Summa.eod. tit.§.in
quo tenetur ſacerdos.reſpon.j.de cæteris dic,vt ibi no.[Sed ſi pru
28 dentiori.]ver.nam † confeſſorem oportet eſſe diſcretum,& cau
tum,vt leg.& no.ſ.e.§.ſacerdos.vnde & ſecundum contritionem
maiorem,vel minorem debet pœnitentia moderari, quæ contri
tio cuilibet peccatori,& adulto,vel doli capaci neceſſaria eſt,quā
tum ad peccata actualia,etiam in baptiſmo.de pœ.diſt.j. tres. de
con.diſt.iiij.omnes qui.& patet in eo,quod no.ſ.e.c.circa prin.ſu
per verbo,ad annos diſcretionis.Sed quanta debet eſſe contritio?
29 † Dicunt quidam,ꝙ tāta requiritur,ꝙ peccator potius vellet om
nem pœnam ſubire,quam peccaſſe,arg.xxxij.q.v.ita ne.Tu dicas
ꝙ ſufficit,ſi doleat: quia Deum offendit, nam ſi doleret, non de
offenſione Dei,ſed forte de infamia,quam incurrit,vel quia pro-
pter hoc honorem ſuum amiſit,talis pœnitentia non eſſet ſuffi-
30 ciens,neque digna.50.diſt.vt conſtitueretur.Sed & quamuis † qui
libet teneatur potius omnia mala ſuſtinere,quam malo conſen-
tire.vt xxxij.q.v.ita ne.nullum tamen obligamus ad hoc, vt tan-
tam contritionem debeat habere,ꝙ potius vellet omnem pœnā
ſuſtinere,quam peccaſſe in præterito, vel peccare in futuro, nam
peccatum commiſſum iam præterijt, vnde contritio tanta præ
ſens cum eo,quod iam factum eſt,veraciter adaptari non poteſt.
Sed nec tenetur homo illius eſſe conſtantiæ, vt credere teneatur,
ꝙ potius ſuſtineret mortem,quam peccaret in futurum,ſi neceſ-
ſitas alterius ſibi incumberet, quamuis, ſi præſens eſſet neceſſitas,
tunc deberet eligere,nec peccare.Quantum etiam ad futurum tē
pus ſperare debet,ꝙ aut illa neceſſitas non veniet,aut ꝙ dominus
dabit cum tentatione prouentum.j.Cor. x. c. Et ſicut humiliatis
eſt timere in talibus,ſic veræ fidei,& ſpei eſt nunquam de Dei po
tentia,vel miſericordia deſperare, vnde & in oratione dominica
petimus,& ne nos inducas in tentationem. Auguſtinus.Proijce
te in Deum,nec enim ita crudelis eſt,vt ſe ſubtrahat, & te cadere
permittat: ſed & diſcretionis eſt,tales tētationes fugere, ſicut Chri
ſtus nos docuit fugiens in Egiptum.Mat.ij.d.viij.q.j.§. cum ergo.
Nec ob.de pœ.diſt.j.nunquid.vbi dicitur,ꝙ Cayn punitus fuit,an
teqnam opus peccati patraret: quia & ſi opus non patrarat,tamē
31 iam cogitatu peccauerat,& conſenſu.Item in † contritione req-
ritur,ꝙ ſit in propoſito vlterius non peccandi.de pę.diſt.j.non po
teſt veram pœnitentiam.& diſt.iij.pœnitentiam agere. & ca. ille
pœnitentiam.& c.pœnitens.& ſeq.& arg.j.c.j.in prin.vbi de hoc.
Poſt contritionem vero ſequitur confeſſio, quam & ſacerdos di-
32 ſcretus debet attendere,qualis eſt,† dēt enim eſſe pura & ſimplex,
diſcreta,& integra.quod dic,vt no.in Summa.e.tit.§,qualis.ſed &
debet eſſe pudibunda,vt ibi no.& probatur de pœ.diſt.j.quam pę-
33 nitet.§.fi.& † frequens: quia ad multa confert,& frequenter cadit,
quare & neceſſe eſt,ꝙ per pœnitentiam frequenter reſurgat: vnde
& ſi poſt pœnitentiam relabatur aliquis in peccatum, iterum cō
fiteri oportet,vt ſ.de ſumma Tri.c.j.§. pen. in quo & attendenda
eſt ipſius ingratitudo.de pœ.diſt.iij.in prin.& per totum.Non pro
34 deſt autem † contritio ſine confeſſione,ſi peccator tempus & co
piam habeat confitendi,arg.de leproſis & de Lazaro.de pœ. di.j.
in quacunque hora.valet enim confeſſio propter erubeſcētiam,
& propter fidem,quam peccator in confeſſione exercet: quia p
hoc oſtendit ſe credere abſoluēdi, & ligandi datam ſacerdotibus
poteſtatem.xxiiij.q.j.quodcunque.Valet & propter humilitatem
& obedientiam,quam exhibet mandatis Dei,dum flectendo ge-
nua,& iungendo manus humiliat ſe peccator coram ſacerdote.
Valet & propter gratiam, quæ ei confertur, maxime per manus
impoſitionem. xxiiij. q. iij. notandum. & quia quaſi impoſſibile
eſt,quin Deus reſpiciat frequenter confitentem. Valet & propter
interdictorum,& amiſſorum recuperationem: quia ſacerdos re-
conciliat diuinæ gratiæ, & reſtituit peccatorem ad ſacramento-
rum participationem.de pœ.diſt.j.multiplex.& c. nonnulli. ſ.de
35 vi.& ho.cle.quoniam.§.fi.Sequitur ſatisfactio, † quæ eſt ſacerdo-
tis arbitrio imponenda.vt le.& no.ſ.e.ſignificauit. Hæc quando-
que conſiſtit in pecunia,quandoque in alijs,vt le.& no.j. e. cū ex
eo.& ſ.e.c.reſpon.j.ver.& iniūctam. Tu tamen ſcias, ꝙ reſtitutio
male acquiſitorum,vel damnorum datorum,ſiue iniuriarum ir
rogatarum omnino facienda eſt lęſis,ſi reperiantur,de quo ſacer
dotes non poſſunt gratiam facere: quia nec dimittitur peccatū
&c.quod dic,vt le.& no.ſ.de vſur.cum tu.§.j.In alijs vero arbitra-
36 ri poteſt ſacerdos contritione conſiderata: quia plus † valet apud
37 Deum menſura doloris, quam temporis, & † mortificatio vitio-
rum,quam abſtinentia ciborum.de pœ.diſt.j.menſuram. Sacer-
38 dos † autem in pœnitentia imponenda debet eſſe miſericors at-
que beniuolus,vt patet.de pœ.diſt.j.ſit ſacerdos.& c. nullus dubi-
tet.& c.non ſufficit.& c.quem pœnitet.& no.ſ.eo.§.ſacerdos.De
bet tamen ei exponere quantum deliquit,& quantam pœniten
tiam deberet agere,& ſi dicat peccator,ꝙ paratus ſit ipſam facere
debet ei iniungere,remittendo tamen de gratia duos,aut tres,aut
plures annos, conſiderata multitudine peccatorum, & numero
annorum iniungendorum,arg.in dictis iuribus.& xxvj. q. fi.alli-
gant.vt poſſit dicere,ſicut Deus,libenter ignoſco,prompte indul-
geo,malo miſericordiam quam ſacrificium.de pœ.diſt.j.ſerpens.
ſicut autem ſacerdos debet eſſe benignus, ſic & peccator ad obe-
diendum ei debet eſſe voluntarius & paratus: quia de nullo pec
cato,ſiue paruo, ſiue magno poteſt plene ſine pœnitentia quis
purgari.de pœ.diſt. iij. productior. ideo debet ſe omnino ponere
iudicio ſacerdotis,nihil ſibi reſeruans ſui,vt omnia eo iubente pa
ratus ſit facere pro recuperanda vita animæ, quecunque faceret,
pro euitanda corporis morte,& hoc cum deſiderio: quia vitam
recuperat infinitam.de pœ.diſt.v.conſideret. ſi vero peccator nō
ſit ita paratus,nihilominus imponat ei ſacerdos pœnitentiā ſal-
tem quantuncunque leuiſſimam,& iniungat,ꝙ omnia bona, q̄
faciet,& mala,quæ tolerabit propter Deum,ſint ei pro pœniten-
tia,& proficiant ad ſalutem,& ſic abſoluat ipſum,inquantum po
teſt,non ſimpliciter,ſicut quidam ſimplices faciunt, ne indiſcre-
te abſoluendo ſeipſum obliget pro eodem: nec eſt multum que-
rendum quantum poſſit ſacerdos dimittere, ſed firmiter creden-
39 dum,ꝙ † Deus facit omnia in numero,pondere,& mēſura. Sap.
xj.f.In multis ſequitur arbitrium ſacerdotis. Nec ob. de pe. diſt.j.
40 quem pęnitet.vbi dicitur,ꝙ † Deus non ſoluit illos,de quibus pu
tamus, ſed illos, in quibus opus miſericordiæ, & iuſtitiæ exerce-
mus,ibi enim loquitur de illis, qui errant in facto, vel in iure di-
uino.In facto: quia nō credunt aliquos eſſe peccatores, qui ſunt.
In iure: quia aliquod peccatum modicum,& leue reputauit, qđ
tamen magnum & graue eſt,tunc ei non ſufficit pœnitentia in-
iuncta: illud autem,ꝙ ſacerdos moderate remittit,dominus ratū
habet.Item non ob.de pœ.diſt.v.fratres: quia ibi loquitur de illis,
qui agunt pœnitentiam.de vno,& non de alio,ſicut & ſ.eo. ꝙ q-
dam.Sed nec ob.de pœ.diſt.v.falſas: quia illud intelligitur de illis,
qui non reſtituunt aliena.ſecundum.d.n.cuius eſt quaſi tota hęc
gl.quo ad mentem.de cæteris dic,vt plene no.in Summa. e.tit.§.
quibus & quot dictis.& §.quæ pœnitentia.& per totum.[Abſque
vlla expreſſione.]vt ſ.e.officij.& ſ.de ſpon.tua.quod dic, vt no.ſ.e.
§.j.reſpon.j.[Quoniam.]ver.[Iudicio.] patet ergo,ꝙ hoc non ha
41 bet locum,vbi quis confitetur laico,quia † iudex eſſe non poteſt,
42 nec † etiam ſacerdoti extra iudicium pœnitentiale. quod dic, vt
vel deficit,quia non ſupereſt.Sic notabis duo.Primum eſt, ꝙ in
1 grauioribus.Scdm ꝙ deficiente† prelato religioſorum eſt ad diocœſanum epm recurrendum. Ad primum accedit quod legi.&
no.ſ.de offi.ord.quanto & de offi.archid.c.fi.[Diocœſani] ſi.ĩ.eo.
cum illorum.§.j.& c.de monialibus,& c.canonica.

*SVMMARIVM.*

1 *Indiſtincte loquens,indiſtincte eſt intelligendum.*
2 *Læſio enormis ſemper excipitur.*
3 *Læſio quantumcunque ſit grauis,ſemper citra ſed.apoſtol.abſoluitur in mortis articulo conſtitutus.*
4 *Excommunicatus non eſt,qui ſe defendendo percutit clericum.*
5 *Pluralis quandoque in ſingularem reſoluitur.*
6 *Excommunicatus an ſit,qui percuſſit clericum pro defenſione alterius.*
7 *Socij iniuria pro pulſanda eſt,non inferenda.*
8 *Occidere licet adulterum incontinenti ſine aliqua pœna.*
9 *Culpa eſt immiſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.*

CAP. III.

SI vero alicuius poteſtatis. Siue
eccleſiaſticæ,ſiue ſecularis,ex quo enim † indiſtincte
1 loquitur indiſtincte eſt intelligendum.arg.ff. de offi.
pręſi.l.3.& ſ de maio.& obe.ſolitæ.[Malignatus] q.d.maligno animo.vel excedendo modum,alias non eſſet excõicatus. quod
2 dic,vt le.& no.ſ.eo.c.j.& ĩ.§.j.ver.fi.[Grauiter] enormis†enim læſio ſemper excipitur,vt no.ĩ.eo.peruenit.& ca. cum illorum.§.j.
3 ver.niſi exceſſus.ſed & † quantumcunque ſit grauis læſio,ſemper
citra ſed.apoſt.abſoluitur in mortis articulo conſtitutus.ĩ.eo. nõ
dubiũ.¶Officialis uero] ii.pars.i.iudex vel apparitor alicuius Principis,vel alius quiuis laicus,vt ſequitur.[Iniectione] vel detentione.ĩ.eo.nuper. quod dic,vt ibi no.[Quia nulli] ver.[Laico] etiã ſi
de mandato prælatorum fiat,vbi clerici aliter comprehendi poſſunt.ĩ.eod.vniuerſitatis.vbi vero prælatis rebellant,nec aliter cõmode comprehendi poſſunt, licet laicis de mandato prælatorũ
ſuorum hoc facere.quod dic,vt legitur,& notatur.ĩ.eodem.vt famæ.§.laici.[Tanta] ut ſ.clericum poſſit capere, vel percutere,vel
aliquam violentiam ſibi inferre:quia nec in perſonam ſuam aliquam iuriſdictionem poteſt habere, quantumcunq; etiam epiſcopus conſentiat,vt patet in eo,quod legitur,& not.ſ.de iud.at ſi
clerici.& c.clerici.& de fo.comp.ſignificaſti.& ſ. de arbi.contingit.Quid igitur ſi clericus venit loricatus,in bello,vel inſultum facit,& is,contra quem venit,ipſum capit.vel lędit,nunquid eſt excõicatus? Dixit d.n.ꝙ ſic,ſi ſcienter hoc fit. Tu dicas, ꝙ ſi hoc fit
ad defenſionem,non eſt excommunicatus,dum tamen ceſſante cauſa defenſionis ipſum libere abire permittat, nã ipſa ceſſante detentio non cenſeretur defenſio,ſed uindicta ad hoc.ĩ.eo.§.
j.quod dic,vt ibi no.Quid ſi officialis talem capiat,& liget authoritate propria,cum periculum inſtet, nec aliter poſſit compeſci
ab iniuria alterius? Non eſt excommunicatus, immo meretur.
23.q.3.fortitudo.& c.ſequentibus.1.q.vii.negligere. v. quæſt.v.ca.
j.ij.



j.ij.& iij.ĩ.eo.quantę.ſm d.n arg.ff.de vſufru.æquiſſimum.ff.de exerci.act.l.j.rñ.j.& in concor.ſigna.ſ.de elec.licet.§ præterea dummodo quam cito poteſt ipſum prælato reſtituat, alioquin cõtra.
ĩ.eo.vt famæ.§.laici.ſ.de ma.& ob.ſolitæ.§.j.ver.fi.vbi de hoc.[Niſi forte] verſi.[Turbam] in qua clericus eſt.[Irruentẽ] in quo caſu idem eſt,quod in hoſtiario.quod dic,vt leg.& no.ſ.e.c.rñ.j.[Ex
deliberatione] hoc eſt ſcienter,vel maligno animo.Quid ſi clericus de tali conqueritur dicens,ꝙ maligne hoc fecit, & alius hoc
negat? Reſpon.clerico incumbit probatio,tum quia actor eſt. vj.
q.ſi.actor.tum quia quilibet præſumitur bonus,niſi probetur malus.ſ de præſũmp.c.ſi. Niſi forſan iudex ex veriſimilib. coniecturis aĩum ſuum aliter informaret ſm d.n.ar.in eo quod le.& no.
ſ.de præſump.tertio.& ca.literis ſ.de reſtib.literas.§.fi.De hoc tñ
dic,vt no.ĩ.eo.cum deſideres.§.ſecundæ.[Fortuito] hoc enim in
aliquo imputari non debet,niſi culpa præcedat caſum,quia nec
præuideri poteſt,vt patet in eo,quod leg.& no ſ. de homi.Ioann.
§.fi.& c.fi.§.fi.ad idem.ff.de admi.rerum.ad ciui.per l.ii.§.ex tempore.ff.de cuſto.reor.l.non eſt.& l. milites. hic ergo tum ratione
caſus fortuiti,tum ratione officii excuſatur, ex quo in nulla culpa reperitur.ſecus ſi in culpa eſſet,vt patet in eo,quod leg. & not.
ſ.de iniur.c.fi.reſpon.j.& §.j.& § fin.¶Si vero clericum] 3 pars.
[Tranſmitti] quia nec j excõicatus eſt,qui ſe defendendo hoc facit,vt patet ex ſeq.& ĩ.e.ex tenore.§.fi.ibi,niſi ſe defendendo. Sed
qualiter eſt hoc intelligendum? Reſpon.ſi clericus percuſſit laicũ
ſemel non intendens amplius percutere, & de hoc ſit certus laicus non debet percutere clericum,alioquin excõmunicatus eſt.
Si vero clericus venit ad percutiendum, vel parat ſe ad repercutiendum.& de hoc laicus probabiliter dubitet, tunc licet laico ꝑcutere clericum ad imminentem violentiã repellendam.arg.ff.
ad l.Aquil.ſcientiam.§.qui cum aliter.& l. ſed & ſi quæcunq;. &
C.qñ licet vnicuiq; ſine iudi.ſe vindi.l.j.C.ad l.Cor.de ſic.l.2. ſm
d.n.23.q.3.non inferenda,& adde quod no.ſ.§.prox.ver.j. [Vim
vi repellat.]ff.de iuſtit.& iur.vt vim.quod dic,vt leg. & plene not.
ſ.de homici.ſignificaſti.ij.§.fi.ver.j.& de reſt.ſpol.olim.§.j. in fi.&
ĩ.eo.perpendimus.[Omnes leges] de hac materia loquentes, ſi-
5 milis expoſitio.ff.qui ſatiſda.cog.inter omnes.ſic & † quandoque
pluralis in ſingularem reſoluitur.vt j.di.omnes leges.ſ.de priuile.
6 vt priuilegia.§.fi.ver.quia licet & ſequ.[Permittat.]† Quid ſi non
ob ſui tuitionem hoc faciat,ſed ob tuitionem patris, vel matris,
vel vxoris,vel filii? Non eſt excommunicatus.ſm d.n.arg.ff.quod
7 met.cau.iſti quidem.§.fi.ff ad Trebel.l.j.§.ſi vir.† nam & ſocii iniuria propulſanda eſt.23.q.3.fortitudo.& c.non inferenda.ſ.de reſti.ſpol.olim.j.ad fi.ĩ.eo.quantæ.Alii dicunt, ꝙ hoc verum eſt de
defenſione illarum perſonarum tantum,per quas intelligitur nobis fieri iniuria,ſicut ſunt vxor filii,& ſerui,vt Inſti.de iniur.§. patitur.de hoc no.extra.d.no.eo.ti.dilecto.§.& quidem.li.vj.ſ.de homi.ſuſcepimus.dic vt ibi no.¶Nec ille].4.pars. [Præuenire] immo omnino immunis eſt.arg.a ꝯrio ſenſu.ĩ.§.j.in fi. [Cum vxo
8 re] nam & lex † permittit talem incontinenti tñ, non ex interuallo occidere ſine pœna.ff.de adul.quod ait lex.§.quod ait.vnde
etiam huic parcit canon in iſto caſu,de quo hic loqtur, qui nec
iuſtum dolorem compeſcere poteſt.C.de adul.Graccus. & idem
videtur in ſponſa de præſenti, nam & talis vice mariti accuſari
põt.ff.de adul.ſi vxor.§.j.[propria] aliud ergo de aliena vt ĩ.§.j. ſed
& hic tantum quatuor perſonæ excipiuntur,vt præcedit. [Turpiter inuentum] ſecus ergo ſi inueniat etiam ſolum cum ſola ſedentem non turpiter conuerſantẽ,niſi forſitan ter monuiſſet eũ
vt in Auth.vt li.ma.& a.§.is quoque.coll.viij.C. de adulte.auth.ſi
quis ei. Vbi vero in ipſo opere reperitur,& monitus,vel ſuſpectus
in domo,vel popina,vel ſuburbanis,& ſi non turpiter conuerſantem,ſedentem tñ,vel confabulãtem cum vxore inuenerit, licet
eum ſm leges perimere,multofortius capere,vel detinere,& cõuocatis teſtibus iudici tradere ſine alia audientia puniendum,ut
ibi.Et poteſt ipſum detinere per xx.horas.& teſtes conuocare, vt
non ſit locus inficiationi,vbi non vult, vel non licet ipſum perimere.ff.de adul.capite.ergo ſp detineat ipſum, quia non licet eũ
perimere in aliquo caſu,ſi aliud fieri poteſt ſm canones.ſ.de pœnis.c.ij.ſ.ti.j.c.ij.ſ.ne cler.vel mon.c.clerici.& c.ſententiam.¶Cæterum] quinta pars.[Proxima] ſicut eſt ſoror ad minus, vt ſ.§.proximo.[Non contingit] quaſi ſua non interſit,vnde† culpa eſt im-
9 miſcere ſe rei ad ſe non pertinenti.ff.de regulis iuris.culpa.Quid
de auia,vel ſuperioribus,vel nepte,& inferioribus? Quidam dicũt
quòd idem quod de matre,vel filia vſque in infinitum.argu.ff.de
in ius vocan.l.4.§.j.verſi.parentem.ff.de verborum ſigni.appellatione.Alii non recedunt a prædictis verbis, nec ipſa extendunt,
quod tutius eſt.Lex tamen addit excipiendo neptem & ſpõſam
in Authen.vt liceat ma.& a.§. quia vero ita comperiuntur. coll.
ix.Quid de matre,vel filia,vel ſorore naturali, & ſi non legitima?
Puto,ꝙ idem ſit omnino,ſecus de adoptiua.arg.ff.de in ius vocã.
l.4.§.parentes.& l.ſequenti.[Immunis] ergo a contrario in tam
proxima linea eſt immunis.quod argum.fortiſſimum eſt, vt patet in eo,quod legitur,& notatur.ſ.de his quæ fiunt.a præla.cum
apoſtolica.§.pen.

*SVMMARIVM.*

1 *Comam clerico nutrire non licet.*
2 *Iniuriarum actio non competit patri,ſi quis percuſſerit filiumfa.credens percutere patrem familias.*
3 *Reo ſemper in dubio deferendum eſt iuramentum.*

CAP. IIII.

1 SI vero aliquis. Nutriẽtem comam] † qđ
non licet,& ideo vr̃ in culpa.quod dic,vt legi.& no.ſ.de vi.& hon.cleri.c.4.& ſequen.ſemper tamen tales quouſq; ter moniti per prę
latum ſe corrigere neglexerint,hoc priuilegium retinent clericale.quod dic,vt le.& no.ĩ.eo.in audientia.[Eſſe clericum] probabiliter.alias ꝯ.ſ.de cleri.excom.mi.apoſtolicæ. cum ſuis concor.
Quid ſi videt tonſuram,ſed nõ credit eum eſſe clericum? Incidit
in ſententiam,dummodo clericus ſit.ff.de iniuriis. eum qui.§. ſi
iniuria.Quid ſi in veritate non erat clericus,tamen percutiẽs credebat ipſum eſſe clericum? Rñ.tenetur propter conſcientiã, niſi
poſtea certificetur de veritate.arg.xj.q.3.qm̃ multos.ſm vnam lecturam.& ſ.de purga.vulg.c.ij.Quid ſi intendit percutere clericũ
& percutit laicum? Dic,vt no.ĩ.eo.in audientia.§.j. Quid ſi credit
percutere Titium laicum,& percutit Martinum clericum errãs
in perſona? Dixit.T.ꝙ non eſt excõicatus.arg.huius literæ. ſola.n.
temeritas & violentia in hoc conſideratur.arg.ſ.eo.c.j. §.pen.ĩ. c.
veniens.ff.de iniuriis.illud.§.fi.& l.ſeq. Ala.vero dixit,ꝙ talis eſt excommunicatus.arg ĩ.eo.ca.pe.ff.de iniur.eum qui.§.ſi iniuria.&
ſ.de iniur.c.fi.Dictum Ala.verius videtur.nam & percutiens iniuriarum tenetur,vt probant iura pro Ala.inducta.& conſtat, ꝙ
manus & violenta eſt & temeraria.Eſt tamen in l.arg.contra. nã
2 & ſi puto † percutere patrem familias.qui filius eſt,patri non cõpetit actio.ff.de iniur.cum qui.§.fin. [Ignorauerit] ſubaudi.ſed ſi
hoc ſciebat,excommunicatus eſt, vt ĩ.§.j. niſi & ipſum ſciret incorrigibilem.ĩ.eo.in audientia.§.fi.[Vel ſi hoc] ver. [Dubiũ fuerit] per negationem,nec percuſſor conuinci poteſt de ſcientia,
C.quibus.ad li.procla.non licet.l.3.& no.ſ. de reſtitu. ſpo.piſanis.
rñ.j.ver.ſuper ea.[Propria manu] cum de ipſius tantum conſciẽtia quæratur,ſi.ar.34.q.3.in lectum.31.q.ii.ſi verum.35.q.3.extraordinaria.xvj.q.3.dilectio.ſ.de excep.paſtoralis.ff.de re mili. non
omnis.§.a Barbaris.ſ.quod met.cau.c.fi.cum ſuis concor. & no.
ſ.de homic.ſignificaſti.j.§.fi.in princi.[Dumtaxat] hoc quando
3 impetitur,nec laborat infamia.& eſt. argu. ꝙ † in dubio ſemper
Reo deferendum eſt iuramẽtum,quod verum intelligas,niſi iudici aliud videretur ex probabilibus coniecturis,quod dic,vt le.&
no.ſ.de iureiur.c.fi.Hic autem defertur iur̃m in dubio,& qñ nullæ aliæ circunſtantiæ occurrunt,alioquin ſi infamia ſuper hoc laboraret,requirentur compurgatores.ar.ſ.de purg. ca.ex tuarum.
& c.accedens,& per totum.& eſt expreſſum.ĩ.eo. cum deſideres.
§.ſecundæ.¶Ab illo autem] ij.pars.de quo ſ.dubium eſt.[Noluerit.] hoc ipſo enim eſt præſumptio contra ipſum,vnde tanquam
excõicatus vitatur, vt ſequitur.ſi.ar.ſ.de hęret.excõicamus.§.qui
autem.& §.adiicimus.ver.fi.ſ.de ſimo.de hoc,& ca.inſinuatum.
[Iur̃m] ſicut ab excommunicato &c. ut ĩ. ſequitur.& eſt ratio.
[Quia violentas] &c.& ſubaudi.& quia conſtat ipſum abſolutũ
non eſſe.ĩ.eo.cum deſideres.rñ.j.ver.& conſtat eum & ſeq.[Conſtat] eo ipſo,ꝙ iurare noluit,vt ſ.no.[Ab excõicato] & ſi in veritate excõicatus non ſit in pœnam contumaciæ ſuæ, & ꝑꝑ ꝓſumptionẽ,q eſt ꝯ ipſum,vt ſ.no.ſi.ſ.de hære.excõicamus. j.§.j. ver.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Conuerſi ſecularium eccleſiarum non habent priuilegium canonis c. non dubium.de ſenten.excommu.*
2 *Hominum genera duo tantum ſunt.*
3 *Religioſus priuatus,an poſſit agere pro iniuria ſibi facta.*
4 *Monaſterium iniuriam factam monacho remittere poteſt.*
5 *Eccleſia non poteſt remittere iniuriam factam clerico ſeculari.*
6 *Excommunicatus in articulo mortis abſolui poteſt a quolibet ſacerdote.*

CAP. V.

NOn dubium. Religionis conuerſos.] ſi.ĩ.
eo.parochianos.& ca.ex tenore.§.fin.rñ.j.& ex hoc,ꝙ dicit,religionis eſt,argu.ꝙ
1 † conuerſi ſecularium eccleſiarum non habent hoc
priuilegium.ad idem.27.q.j.vt lex continentiæ.Sed contra.xii.q.
ij.eccleſiarum ſeruos.& ſ.de offic.archid.c.j.§.j.verſi.fin.cum ſuis
concord.item iſte non cenſetur omnino laicus,ergo cenſetur cle-
2 ticus,quia † duo ſunt tantum hominum genera, ſcilicet laicorũ
& clericorum.xii.quæſtio.prima duo. Sol. Aut eſt conuerſus remanens in domo propria, & tanquam laicus viuens, & tunc
non gaudet hoc priuilegio,vt in primis concordanti, & argum.
ſ.de priuileg.ca.tertio.§.de confratribus.& c.quidam. Aut eſt cõuerſus, qui tradidit ſe & ſua, & eſt tonſuratus, & vadit ad horas
ſuas audiendas,& uiuit honeſte,ſicut & clericus viuere debet, &
talis ex toto in forũ eccleſiæ intelligitur eſſe tranſlatus, & immunitate eccleſiaſtica gaudere debet,& ſic intellige contraria. argu,

17.q.4.quiſquis.& in libro feud.de pri.ſcholarium.l.vnica.& hæc ſo
lutio comprobatur expreſſe.ſ.de priui.vt priuilegia.§.j. verſi. hoc
3 autem.† Et quis religioſus priuatus non poſſit agere ex iniuria ſi
bi facta aget tñ ſindicus monaſterii.ſicut dominus de iniuria ſer
ui.Inſti.de iniu.§.ſeruus.& ſeq.Non obſtante remiſſione mona-
4 chi.ſicut nec patri obſtat remiſſio filii ff.de pact.in perſona.† Mo
naſterium tñ iniuriam factam monacho poteſt remittere. arg.
5 xii.q.i.c.nolo.& c.non dicatis † eccleſia vero non poteſt remitte
re iniuriam factam clerico ſeculari.xvi.qu.4.quiſquis.ſicut nec
clericus iniuriam factam eccleſiæ in perſona ſua.ſ.eo.cum deſi-
deres.§.fi.quod intelligit.do.n.ſ.ꝙ clericus non poteſt remittere
iniuriam,quam etiam in perſona ſua intelligitur percutiens irro
gare eccleſiæ,quo ad hoc quo minus incidat in canonem,ſed a-
ctionem iniuriæ remittere poteſt Tu dicas,verum eſt,ſuam,ſed
competentem eccleſiæ non poteſt,vt ibi no.[Ex conſtitutione]
per interpretationem.nam verba non loquuntur,niſi de clerico
& monacho tantum,vt patet.xvii.q.4.ſi quis ſuadente . ſic quod
dictum erat de monachis,ad canonicos extenditur regulares. ſ.
6 de poſt.ex parte.[Nec niſi] verſi.[In articulo mortis] † in hoc nē
pe caſu quicunque,& ex quacunque cauſa excommunicatus ſit
abſolui poteſt a quolibet ſacerdote,vt hic patet.& ſ.eod.non du
bium.& c.ea noſcitur.§.fi.& c.quod de his.& c. quamuis.ſ.titu.j.
quod in te.in fi.& c.fi.de pœn.diſt.j.quem pœnitet quod dic, vt
legitur,& notatur.ſ.de offi.ord.paſtoralis.§.præterea.Notantur &
quidam alii caſus.ſ.eo.quamuis.

SVMMARIVM.

1 *Mulieribus non currit præſcriptio,donec agere poſſint.*
2 *Mulierum vagatio non eſt ſecura,nec decens,*
3 *Dictio vel.pro & ponitur.*
4 *Excõicatus an ſit,qui clericum percuſſerit de alterius mandato, cuius ſubditus erat.*
5 *Excommunicatus an ſit,qui mandauit clericum percuti ſed poſtea reuocauit mandatum.*
6 *Excommunicatus an ſit,qui mãdauit ſed ante manus iniectionem moriatur*
7 *Ratihabitio in maleficijs retrotrahitur.*

CAP. VI.

Mulieres. Vxoratæ, quæ ſub iugo mariti ſunt
conſtitutæ.33.q.v.eſt ordo.& ca.hæc
1 imago.& c.mulierem.vnde nec eis† currit præſcri-
ptio,donec agere poſſint.C. de iure dot. in fi.ſ.oīs.
C.de an.excep.l.j.in fi.Hoc aūt non extenditur ad res paraferna-
les,in quib.ēt actiones mouere poſſunt per ſe,vel per maritos, vt
patet.C.de pac conuen.l.fi.& C.de procu.maritus.& ſm hanc ex
poſitionem vidua,vel virgo patre carens.tenetur adire ſed.apoſt.
pro abſolutione ſua,de conſuetudine tñ abſoluūtur oēs ,q̃ oino
2 amplectanda eſt.Vtinam enim nunq̃ peregrinarent,† quia nec
vagatio mulierum ſecura eſt,ſed nec decens,vt patet.18.q.ii.pnici-
oſam.C.de proc.maritus.& in eo,quod leg.& no.ſ.de vi.& ho.
cle.c.monaſteria.& de cohab.cler.& mul.c.j.Sed & conſuetudo
hanc ptātem dare pōt ſaltem generalis,& per Papā tacite appro-
bata,vt ſ.de offi.leg.quod tranſlationem.Nec obſt. quod hic dr̄,
quia hæc diſiunctio ſequens,vel non diſiungit hāc dictione mu
lieres,nec illa verba ſui iuris non ſunt,eam determinat.ſed ſeque
tia tm̄.q.d.mulieres & ſi ſui iuris ſunt,necnon & maſculi,qui ſui
iuris non ſunt,& c.et hic ſubaudiendum,necnon & exponendū
3 † vel pro & ,quod & ſæpe accidit in iure.vt ff.de verb.ſig.ſæpe.[Sui
iuris] ſicut ſunt monachi.ſ.eo.monachi.vel ſerui, habita tamē
diſtinctione prout leg.& no.ſ.e.relatum. Quid de filiis familias?
Dicunt,ꝙ tales ad curiā ſunt mittendi.niſi impuberes ſint.ſ. eo.
quis.& c.fi.& hoc tñ ibi expreſſe nō dr̄.ſ.ꝙ filiusfamilias quis pu
beres ſint,illuc mittantur,& non ſolum per ſeruos, ſed ēt per fi-
lios familias nobis acquirit,vt patet Inſti.per quas per.no. ac.rñ.j.
§.j.& ideo eadem rō vr̄ in his,quæ & in ſeruis eſt,vt no.ſ.eo.rela
tum.§.j.nam & hi ſui iuris non ſunt.ſ.de conuer. in fidelium.c.
fi.& tales excipiuntur,vt hic dicit.[Deiecerunt] i.valde iecerunt,
& ſic præpoſitio auget,vt no.ſ.de conſue.c.3. Quicquid tñ expo-
nas,atrox iniuria eſt excipienda,vt patet in eo,quod leg.& not.ſ.
eo.ſi vero alicuius.rñ.j.in fi.& ſ.eo.relatum.in fi.alias iniecerunt,
& eſt melior litera.¶ De his vero.] ii.pars.[Potentię & ita delica
ti] Not.duo iungit copulatiue,ergo alterum per ſe non excuſat,
vt patet in eo,quod no.ſ.de reſcrip.inter cæteras, ſed dic hoc eſſe
ad arbitrium epi redigendum ar.ff.de verb.obl.continuus.§.cum
ita,qui & pp periculū moræ ipſum abſoluere poterit recepta ſuf-
ficienti cautione ꝙ rñſo,ſiue conſilio Papæ parebit.ar.ſ.tit.j.c. fi.
& ſ.eo.de cætero.& c.ſacro. ſm B. verum eſt in mortis periculo
tm̄,vt ſ.c.prox.cum ſuis concor. alioquin euidenter ſequens lite
ra ꝯdicit,vt ibi no.[Rñdemus] ver.[Prius] ſ.quam abſoluatur,&
eſt hoc expreſſe ꝯ id,quod no.B.in præc.glo.[Romano.] ſi.ſ.eo.
cum illorum.rñ.j.verſic.ſi.[Pontifici] non ergo ſtabitur arbitrio
diocœſani quantum ad abſolutionem faciendam,vt no.B.in p̄.
cedenti glo.maxime ex quo Papa ſibi reſeruat.ſ.eo.nuper.§.in ſe
cundo.& patet in eo,quod legitur,& no.ſ.eo.c.j.[Eius] ſ. Romani
Pontificis.[Corrigendi] & abſoluendi per diocœſanum vel a-
lium cui hoc voluerit delegare.ſua eſt enim iuriſdictio & iō po-
teſt hoc cuicunque vult ſine omni iniuria de mandare.arg.ſ.de
elec.cum eccleſia Vulterana.§.j.[Conſilium] qui forſan reſpon-
debit vt laborem redimat & expenſas.ſicut in caſu ſimili leg.&
no.ſ.de voto.magnæ.§.pe.ver.pen.& fin.¶ Illi vero] 3.pars.[Sed]
alii quod ſequitur.[Eorum authoritate vel mandato ] & nihilo
4 minus is † qui tali mandato paret.ſ.eo.vniuerſitatis.Sed ꝯ nam ſi
is,qui mandat ſuperior ſit videtur ſubditus excuſatus , qui enim
iuſſu iudicis aliquid facit nō videtur dolo facere, quia neceſſe ha
bet parere.ff.de reg.iur.non videtur.§.qui iuſſu.pe.chatta.ff.ad le.
Aquil.liber homo.ii.reſpon.j.Sed ꝯrium verum eſt, quia ex quo
certum eſt,ꝙ præceptum iniuſtum eſt potius Deo quam homi-
ni debuit obedire,vt patet.xj.q.3. Iulianus.& c.non ſemper.23.q.
j.quid culpatur.in fi.ſ.eo.vniuerſitatis.ſ.de temp.ordi. dilectus.ff.
de vi & vi arm.l.j.§.quoties.maxime quādo laicus, hoc præcipit:
quia nulli laico & c.vt legitur,& no.ſ.eo.c.iii §.officialis.verſicu.j.
vnde & excommunicatus eſt vterque,vt patet in eo, quod legit,
& no.ſ.e. quantæ.Quid ſi mandauit,ſed† poſtea pœnituit & mā-
5 datum reuocauit?Reſpon.nihilominus tenetur.niſi reuocauerit
mandatum: & reuocatio re integra ad procuratorem peruene-
rit.arg.ff.mand.ſi mandaſſem.ff.ad Macedo.ſi tamen.& l.ſi filius.
ff.quod iuſſu.l.j.rñ.j.ſ.de reſcrip.ex parte decani.ſ.de procurat.ex
inſinuatione.& c.auditis.& c.mandato.vbi de hoc.eſt tamen ar.
contra.ff.de acquir.here.ſi quis bona.ad fi.vnde & dom.noſt.hic
ſcripſit,ꝙ talis non incidit in canonem , & ſi teneatur de culpa,
& ex hac alias puniri poſſit,ius tamen aliquod nō induxit.Quid
6 ſi is,qui † mādauit ante manus iniectionem moriatur,nunquid
eſt excommunicatus? Non quia morte mandatoris ſoluitur.ff.
man.inter cæteras.§.j.ſ.de offi.leg.relatum.& c.licet, & quia iam
non eſt de foro eccleſiæ.vnde nec vinculo ipſius ligari poteſt. ve
runtamen ſi non pœnituerit ſatis eſt excommunicatus cum cō
ſtet ꝙ deceſſerit in mortali,vt patet.ſ.eod.a nobis. 2.24.q ij.legat.
25.diſt.qualis.Quid ſi non mandat, ſed ex poſtfacto ratum hēt?
7 Dicunt quidam ꝙ excommunicatus eſt † quia in maleficiis rati
habitio retrotrahitur & mandato comparatur.ff.de vi & viar.l.
j.§.quoties.ff.de his,qui not.infa.quid ergo.ſ.de reſti.ſpo.cum ad
ſedem.§.fi.C.de inceſtis nup.l.1.Alii ꝯ ſentiunt.arg.ff.mandati.ſi
vero.§.ſi poſt.D.n.approbat primam opinionem.ar.ff.de off.pro
con.obſeruare.§.fi.& facit pro hac via:quia qui ratū habet quaſi
participare videtur in crimine.ergo ligatur,vt patet.ſ.e. nuper.
§.ii.& c.ſi concubinę.& ad hoc facit,quod de ratihabitione no.ſ.
de his,quæ fi.a præl.c.3.in fi. Veruntamen ſi hanc ratihabitionē
in corde retinuit ita,ꝙ non poſſit de ipſa fides fieri,& ſi talis quo
ad Deum ligatus ſit non tñ quo ad militantem eccleſiam , quæ
non iudicat de occultis.vt patet in eo,quod leg.& no.ſ.de ſimon.
ſicut tuis.in fi.infra eodem.a nobis ii.§ primo.[Cum is]ver.[Ve
re commiſerat] & c.ſic ergo commiſiſſe vr̄,qui per alium cōmit-
tit.vt hic.& ſ.eo.vt famæ.§.fi.ver.pe.& ſ.de reſt.ſpol.cum ad ſedē.
ad fi.ſ.de off.del.paſtoralis.§.præterea.rñ.j.in fi.ff.de admin.tu.ta
autem.§.geſſiſſe.ff.de vi & ar.l.j.§.deiecille.16.q.v.conſuetudo.
in fi.ſ.eo.vt famæ.§.fi.C.de accu.non ideo.ff.de iur.om.iudi.ſi qs
id quod §.fi.ſed & qui cām vel opē præbet,tenet.ff.de vi bo.rapt.l.
4.§.ſi cum ſeruū.ſ.de iniu.c.ſi.§.fi.in prin.& leg.& no.ſ.de homi.
ſicut dignum.§.ij.& c.presbyterum.& c.de cætero.quinimmo &
qui cum poteſt non impedit,quod dic vt leg.& no.ſ. eo. quantę.

SVMMARIVM.

1 *Religioſus ſi percutit religioſum quid iuris.*
2 *Iudex non ſuus non poteſt ſoluere,vel ligare.*

CAP. VII.

Porro. In fratres ſuos] i. proximos quo ad Deū
clericos tamen & conuerſos.& ſic loqui
tur generaliter de omnibus perſonis eccleſiaſticis,&
quando iniectores ſunt laici,vel clerici ſeculares ſic.
ſ.eo.parochianos.ſ.eo.non dubium. Quid autem iuris ſit quādo
1 religioſus † religioſum percutit dic,vt legitur,& notatur.ſ.e.mo-
nachi.& ſic loquitur hic de generali fraternitate qua omnes ſu-
mus fratres in Deo.ii.q.j.ſi peccauerit.Sed & poteſt hoc intelligi
de fratribus carnalibus, & clericis,quos non licet percutere, niſi
ſm quod legitur,& notat.ſ.eodem . cum voluntate.§. ſi qui vero
alia tamen litera habet tuos,& eſt planior & melior litera, & ſic
eſt in antiqua.[Priuatim ] in quo caſu publicandi non ſunt, ſed
tantum monendi vt ſequitur.[Poſtulant] tanquam ab epiſcopo
iudice,vt ipſos abſoluas,quod tñ nō poteſt facere, vt ſequitur nō
tanquam a ſacerdote confeſſore.tunc enim nullo modo eſſet vi
tandus,vt no.ſ.eo.cum non ab homine.reſpon.j.ver.j. [Eos] ver.
ſ.priuatim veniam poſtulantes.[Et inducere] non tamen com-
pellere,nec vitare publice,ſed priuatim tantum.ſ.eod.cum nō ab
homine.rñ.j.vbi de hoc.ſi uero hoc eſſet publicum tunc deberēt
compelli.ſ.eo.parochianos.[Satisfaciant] aliter non valeret pœ-
nitentia.arg.hic,& ſ.eod.parochianos. xiiii. quæſtio.vj.ſi res 24.q.
ij.legatur.de pœ.diſt,vj.neminem.& patet in eo,quod legi.& no.
ſ.de



ſ.de viſu.cum tu.§.i.[Repræſentent] pro ſua abſolutione obtinē-
da.tu tamen caueas ne abſoluas.cum a te & c. vt ſequitur. [Cum
a te] ver.loquitur.diocœſano.[Speciali mandato ] ſi ſit atrox in-
iuria alioquin ſufficit generale.ſ.eo.monachi.& vt probatur.ſ.e.
cum illorum.§.j.verſi.& alibi.& no.ſ.eo.c.prox.§.j. Sed contra.ſ.
eo.peruenit ſolutio ibi.[Nō poſſint] ſi.ſ.eo.c.3.§.officialis. caueat
ergo diocœſanus ꝙ nullo modo abſoluat, niſi certum ſit ſibi, ꝙ
hoc faciat in caſu conceſſo. alioquin ſeipſum ſeducit & ſubditū
2 quia † iudex non ſuus non poteſt ſoluere vel ligare.vt ſ.ti.j.quod
autem.§.vnico.& ca.omnis.& §.ſi qui autem. & in dubio tutius
eſt abſtinere.ar.in eo,quod leg.& no.ſ.de app.cum ſpeciali.§. ex-
ceſſu.ſ.de homi.ad audientiam.§.j.verſi.j.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegio quo quis poſſit ſe tueri.*
2 *Excommunicato,nec aue dicendum eſt.*
3 *Cibum ſumere cum excommunicato non debemus.*
4 *Papa participando cum excommunicato an peccet.*

CAP. VIII.

Nulli. Priuilegio] generali alias ſpeciali , vel ſuſpe-
cto non corpore iuris clauſo.ſi.ar.ſ.de ætate.&
qua.eam te.ſ.de cōfir.vti.porrecta.priuilegio vero cor
1 pore iuris clauſo poteſt ſe quis tueri † in caſibus vt pa
tet in eo quod legit.& no.ſ.eo. quod in dubiis.& c.inter alia.& c.
cum voluntate.reſpon.j.& §.j.item priuilegio ſpeciali & ex cau
ſa conceſſo poteſt quis ſe tueri.vt patet in eo,quod leg.& no.ſ. de
priuile.c.ij.§.ꝙ ſi templarii.& ſ.eo.ſi vere. Secus ſi ſine cauſa con
2 cederetur.nam ſm Io.Apoſtolum excommunicato † nec aue di
cendum.eſt ij.Io.ca.vnico.& 24.q.j.omnis qui.xj.q.3.excommu-
3 nicatos.† Nec cum eo debemus cibum ſumere.ij. q.j. multi.xj.q.
3.ad menſam,& ſm Chriſtum.Matth.18.e.ſi non audierit eccle
ſiam ſit tibi,ſicut ethnicus,& publicanus.de quo no.ſ.de iud.no-
uit.reſpon.j.ver.j.hoc ergo ius non poteſt Papa deſtruere.licet ip-
ſum ex cauſſa poſſit modificare & declarare.arg. 25.q.2.ſi ea de-
ſtruerem.xv.di.ſicut ſancti Euangelii, ſed nec prodeſt appellatio
contraria.ſ.eo.ca.j.nec conſuetudo.ſ.de conſue.cum inter vos.&
c.fi.ſ.de præſcrip.c.fi.& eſt ratio.vt ibi not.& ſ.de præben.extirpā
4 dæ.§.cum igitur.† Nunquid igitur Papa peccat participādo cum
excommunicato?Non,quia ſi ignorat hoc excuſatur.ſ.de cle.ex-
a cō. mi. apoſtolicę.ſi vero hoc ſcit videtur talem abſoluere a.arg.
ſ.eo.ſi aliquando.& no.ſ.de priuile.cum olim.j.§.fi.ver.ipſe in ſpe
ctis.Alii dicunt ꝙ ideo non peccat,quia ſolutus eſt legibus. ff.de
leg.Princeps.C.de legi.digna.quod non placet:nam & ſi excom
municationes canonum non incurrat, quia ſolutus eſt legibus,
vt no.ſ.c.j.tamen ex quo quis excommunicatus eſt ipſum vitare
debet,quia non ſolum dictum Apoſtoli , ſed & Chriſti hoc in-
nuunt.& certum eſt ꝙ lege euangelii alligatus eſt ipſe. vt no.ſ.de
conceſſ.præben.quia diuerſitatem.[Et pro violenta] verſi & c.&
dic.nulli ſe poſſunt & c.vt ſ.quominus debeant. [ Pro violenta.]
& c.hoc tamen priuilegium in ſcriptis nuſquam vidi, vel audiui
conceſſum.hoc tamen priuilegium poſſet Papa cōcedere ex cer
ta ſcientia.quia qui potuit canonem condere,poſſet ipſum tolle
re,necnon & ſucceſſor ſuus,vt patet in eo , quod legitur, & not.ſ.
de elec.ſignificaſti.§.aiunt.ver.fina.& ca.innotuit reſpon.j.in fin.
tale tamen priuilegium prima facie ſuſpectum eſſet. ſuper quo
vide quod notatur.ſupra de ætate,& qualit.eam te.reſpon.j. & de
confirma.vti.ad audientiam.& c.porrecta.

ADDITIO.

a Abſoluere. Adde quod verum eſt ſi hoc exprimat.alias ſecus,vt in cle. ſi ſummus. eodem titu.

SVMMARIVM.

1 *Papa omni lege poſitiua ſolutus eſt.*
2 *Læſis ſatisfaciendum eſt.*
3 *Satisfactio iniuriæ factæ ſeruo,Domino applicatur.*
4 *Læſus de foro habet optionem.*

CAP. IX.

Parochianos. Vel conuerſos] de hoc dic,
vt no.ſ.eo.nō dubiū.[Ap
pellationis remedio ] & conſuetudine & priuilegio.
quod dic,vt no.ſ.c.prox.[ſm tenorem]ſubaudi & te
noris mentem vt no.ſ.eo.non dubium.[Generalis decreti ] xvii.
q.4.ſi quis ſuadente,quod ideo dicitur generale,qa omnes aſtrin
1 git Chriſtianos.ſ.de conſtitu.c.ſi.excepto † papa , qui omni lege
poſitiua ſolutus eſt,vt patet in eo,quod legitur,& no.ſ.de conceſ.
præben.quia diuerſitatem.§.fi.Caueat ergo eps, & quiuis Patriar
cha,ne in caſu non cōceſſo vel per ſe, vel per alium clericum ca
piat,vel diſtringat.alioquin tam faciens,ſeu præcipiens,quam o-
bediens ligabuntur,vt patet in eo,quod leg.& no.ſ.eod.mulieres.
§.fi.& ſ.eo.vniuerſitatis.verſi.fi. [Publice] ſi iniectio ipſa publica
ſit,vel de ipſa conſtare poſſit.ſecus ſi occulta ſit vt no.ſ. eo.porro.
verſi.j [Ipſoque] verſi.ſ.manuum iniectores.[Sicut.] non intel-
ligitur hoc cōditionaliter,ſed cauſatiue,nec ſimilitudinarie, ſed
vere.ſi.ſ.de confir.vti.venerabilis.§.j.ver.fi. [Congrue ſatisfaciāt]
iuxta facultates ſuas,quod dic,vt leg.& not.ſ.eo.ca noſcitur.rñ.j.
ſi.ſ.eo.porro.ver.j.Sed quis aget de iniuria facta monacho,vel cō
uerſo?Dic vt no.ſ.eo.non dubiū.Sed cui dabitur hæc ſatisfactio?
2 Videtur ꝙ ipſi religioſo † quia læſis ſatisfaciendum eſt,vt hic dīcit.& ſ.eo.porro.Sed contra.xii.q.j.non dicatis.& ar.ff.pro ſocio.
3 cum duobus.alias incipit ſi fratres.§.fi.Sol.ſicut† ſatisfactio iniu
riæ factæ ſeruo dño applicatur.Inſt. de iniur.§.ſeruus autem.& §.
ſeq.vel illi,cui bona fide ſeruit.ſm quod ibi leg.& no. ſic & mo-
naſterio,cuius eſt monachus eſt ſatisfactio applicāda.& ſic intel-
ligitur læſo ſatisfieri,quia quecunque acquirit monaſterio acqui
runtur.vt patet in eo,quod le.& no.ſ.de ſta.mo. cum ad mona-
ſterium.§.j.in fi.Vbi vero clericus ſecularis læſus eſt ei ſatisfacien
dum eſt dum viuit de ſua iniuria perſonali.ꝙ ſi mortuus ſit dic,
vt leg.& no.ſ.de pœnis.c.ii.De iniuria vero quæ eccleſiæ facta eſt
in perſona ſua erit eccleſiæ ſatisfaciendum.ſ.eo.cum deſideres.§.
j.& c.contingit.j.nec per remiſſionem vnius ſit præiudiciū alteri
vt ibi patet.& ar.ff.de pac.& hæredi.§.filia.& l. in perſona.& ff.de
iniur.l.j.§.vſque adeo.Nec mireris ſi ex eadem cā dicam compe-
tere hanc duplicem actionem.nam & q̃nque ex a triplex actio
oritur,vt puta ſi filiæfamilias vxori iniuria irrogetur.nam ex hac
non ſolum ipſa,ſed vir & pater eius agūt.ff.de iniur.l.j.§.ſi. Quid
ergo in canonico, ſiue beneficiato diuerſarū eccleſiarum? Diſtin
guendum videtur vtrum habeat vtramque intitulatam ex diſpē
ſatione Papæ,vel vnam intitulatam,& aliā commēdatam, & in
cuius contumelia fuit iniuria irrogata per l.ff. de iniu.item apud
Labeonem.§.prætor ait qui ſeruum alienum.& ſe.& §.pretor.ait
ſi quid aliud.& §.ſi vſumfructū.& §.ſi.& l.ſeq.& Inſtit.de iniur.§.
ſi cōi ſeruo.& ſ.de teſtam.relatum.ij.§.fi.vbi de hoc. Sed coram
quo æſtimabitur hæc iniuria?Dicunt quidam ꝙ corā iudice per-
cuſſoris.& ſic interdum in foro ſeculari.Inſtit.de iniur.§. ſed po-
ſtea.Alii dicūt ꝙ ſemper corā iudice eccleſiaſtico ratione acceſ-
ſionis.ar.ſ.de coniug.ſeruo.propoſuit.ſ.de dona.inter virum & v-
xo.c.j.ii.& iii.Sol.aut agitur coram ſeculari iudice ad ſatisfactio-
nem iniuriæ.& tūc habet locum,qd primi dñt,aut coram eccle-
ſiaſtico a quo & petitur ꝙ talem excōicatum denuntiet,& tunc
habet locum,qd ſecundi:quia nec aliter abſoluitur,niſi ſa
4 tisfaciat,vt hic dicit,& † de foro habet læſus optionem,vt patet ſ.
de fo.cōp.cum ſit generale.ſ.de ali.iu.mu. cauſa.fac.c.fin.Aliqui
tamen dicunt,ꝙ ex violentia,ſiue iniuria irrogata clerico nō cō
petit eccleſiæ actio iniuriarū.quod dic,vt ibi no.ſ.eo. contingit.j.
reſpon.j.[Et cum literis.] hoc ideo dicit,quia literis epi creditur,
vt leg.& no.ſ.de prob.poſt ceſſionem . maxime in ſnīa excōica-
tionis.ſ.de treuga & pace.c.j.§.j.xj.q.3.curæ.licet & q̃nque occur
rat ꝯra præſumptio.ſ.de ele.cum inter.R.iuniorem. §.ſi.ſemper
tamen ſecurius eſt & clarius,ꝙ cum literis veniat.ſed & ſi ſine li
teris veniat nihilominus abſoluitur.ſ.eo.cum pro cauſa.& ca.ſa-
cro.§.j.Semper tamen pro maiori parte cōſueuit remitti ad dio-
cœſanum abſoluturus & etiam abſoluendus, vt ſciatur an aliquid
ſuppreſſit.ſ.de offi.or.ex parte.niſi ex iuſta cauſa ſuſpitionis aliud
fiat.arg.ſ.de app.ſecundo requiris.§.3.& debent hæ literæ ſeriem
negotii continere.ſ.eo.conqueſti.in fi.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum eſt de ſubſtantia formæ abſolutionis.*

CAP. X.

Ex tenore. Iniecit ] & ſi non enormem ſaltē
leuem iniuriā irrogādo.nam ſi le-
uiſſima eſſet a diocœſano poſſet abſolui.vt ſ.eod.per-
uenit.¶ Mandamus] ii.pars.[Recepto ] ergo non ali
1 ter,& eſt arg.ꝙ iurm̄t eſt de ſubſtantia formæ abſolutionis. arg.
ſ.eo.mulieres.§.j.& ſ.c.j.§.j.quod dic vt legi.& no.ſ.eo. cum deſi-
deres.§.j.ver.pe.[Ab eo] ſ.canonico.[Tuo mandato]vel eccleſię
quod iuſtius eſt.ſ. eo.ad hec.ſ.de app.ad hæc & ſ.ſed perinde eſt,
quia ſiue ſic iuretur,ſiue illo modo ſemper intelligitur hoc tan-
tum de mandato iuſto rationabili,poſſibili & honeſto.arg. ff.pro
ſocio.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.de ope.lib.ſi repertus.& patet
in eo quod leg.& no.ſ.de elec.cauſam quæ.ſ.de arb.c.ij.ſ.de iure-
iur.veniens.& c.quintauallis.Sed ex virtute ſic præſtiti iuramen-
ti non poſſunt præcipi,niſi duo.Primum id quod ſequitur. ſ. eo.
§.j.Secundum eſt ꝙ ſatisfaciat læſo.vt ſ.c.proxi.& ſ.eo.ea noſcit.
¶ Sibique] 3.pars.[Ne de cætero] ſi.ſ.eo.grauem.hoc tamen iniū
gere in hoc caſu ſatis periculoſum eſt, cum patenter videamus
ibi per ea,quæ exprimūtur quotidie periurium imminere, ergo
iniungendum non eſſet hoc ſub virtute pręſtiti iuramenti.vt pa
tet in eo,quod legitur,& notatur.ſupra de cohabit.clericorum.&
mul.clericos.ſupra de præſumpt.literas.& ſ.eo.ca.verſi.fi.[Niſi ſe]
ver.& eſt primus caſus qui excipitur. [Defendendo ] quod dic,vt
legitur.& notatur.ſ.eod.c.3.§. ſi vero clericum.[ Aut de manda-
to] ver.ſubaudi licito.alioquin contra in eo,quod legitur & not.
ſ.eo.mulieres.§.fi.& ſ.eo.vniuerſitatis.§.vnico. & eſt ſecundus ca
ſus qui excipitur.[Vel niſi] verſi.& eſt tertius caſus qui excipitur.
[Prelationis, ] vel officii. infra eod. cum uoluntate.§.ſi qui vero.
Aut magiſteriū ] ver.& eſt quartus caſus,qui excipitur. de quo &

præced.dic vt no.s̃.eo.c.j.§.neq; magiſter. Caueat tamen talis ne
modum excedat.vt patet in eo quod leg.& no.s̃.de homici. preſ-
byterum.[Aut] ver.repete.[Niſi cum ipſo.] &c.non ꝙ tunc ſit li
citum ſocium ꝓcurere:ſed ideo excipitur: quia alias poſſet de fa-
cili is qui abſoluitur periurium incurrere, & ideo fuit excipien-
dum.vt patet in eo quod no.s̃.eo.§.in princi.& quia talis non eſt
mittendus ad ſedem apoſtolicam. immo a diocęſano poteſt ab
ſolui.ꝑut legitur,& notatur.s̃.de vi. & honeſt. cleri. quoniam.§.
fin.& j̃.eodem peruenit.

*SVMMARIVM.*

1 *Omnis iuſta excuſatio intelligitur excepta in omni edicto.*
2 *Actio ſemel extincta, iterum non reuiuiſcit.*
3 *Abſolutio ſemel facta retractanda non eſt.*
4 *Libertas ſemel obtenta, quamuis indebite, non retractatur.*

CAP. XI.

DE cætero. In clericum] vel quemcunque re
ligioſum.s̃.c.prox.& præce.[Si ha
bens] verſi.[Capitales] in quo caſu non ſufficiunt li
teræ de conductu.s̃.vt lite non conteſta.accedens.ij.
[Vel alias] verſi.puta infirmitatem.j̃.eo.ea noſcitur.§.ſi vero.[Iu-
1 ſtas] Not.ꝙ † in omni ædicto intelligitur excepta omnis iuſta ex-
cuſatio,vt hic.& s̃.de cleri.non reſid.inter quatuor.& c.fina.& in
omni mandato.s̃.de reſcrip.ſi quando.quantumcunque præciſe
ſcribatur.s̃.de offi.deleg.ex parte.ii. & in omni iuramento.ff.qui
ſatiſda.cog.l.fi.s̃.de iureiur.quemadmodum.& ca. breui. In qui-
bus autem caſibus ſic excommunicatus citra ſedem apoſtol. ab
ſolui valeat.& ab itinere excuſetur.le. & no.j̃.eo.quamuis.[Excu
ſationes] temporales.vt patet in eo quod le.& no.j̃.eo.§.fin. [Ita
ꝙ] ver.[Sine periculo] ſ.corporali.vel alio graui incommodo vt
patet in ſuis caſibus.¶ Licet diocœſano] ii.pars.epiſcopo vel preſ
bytero de mandato ſuo.26.q.vj.c.fi.s̃.de offi.ord.c.fi.& quandoq;
de licentia ſummi Epiſcopi.ſ.Dei in mortis videlicet articulo. vt
s̃.eo.non dubium.verſi.fi.cum ſuis concor.[Recepto iuramẽto.]
ergo a contrario aliter,non licet.ſi.arg.s̃.c.prox.§.j.vt ibi no.[Mo
rem] Mos iſte ad ius commune hodie eſt redactus.j̃.eo. cum de
ſideres.§.j.& uer.pen.& c.per tuas.§.j.& c.quamuis.§.fi.ſi.s̃.de clã.
deſpon.c.3.rñ.j.ver.quare ſpecialem.¶ Sed eſt illi ] iij.pars.intelli-
gas tu temporaliter impedito, ſecus ſi perpetuum haberet impe
dimentum.vt patet in eo quod legitur,& no.j̃.eo.ea noſcitur.rñ.
j.§.fi.& ca.quamuis.§.fi.[Quam citius] hoc eſt quam cito impe-
dimentum temporale ceſſauerit.& aliquo indulto tempore mo
dico quo ſibi de viatico & aliis neceſſariis valeat prouidere. argu.
ff.ex quibus ca.ma.ab hoſtibus.§.fi.[Romanum pontificem] vel
eius legatum.j̃.eo.ea noſcitur.ad finem.Et idem dicẽdum eſt de
abſoluto ex quacunq; cauſa in mortis articulo,vt ei videlicet in-
iungatur,ꝙ recuperata ſanitate excommunicatoris ſe cõſpectui
repræſentet mandatum ipſius impleturus.arg.j̃.eod.a nobis. ii §.
vt autem.niſi rationabiliter fuerit appellatũ:quia tunc ſtabit mã
datis illius,qui de appellatione cognoſcet.j̃.eod.ſacro.§.pe.& fi.s̃.
de off.ord.ad reprimendam.s̃.de purg.ca.nos inter alios.§.fi.[Su
2 ſcepturus] non dicit abſoluẽdus.quia iam eſt abſolutus.& † actio
ſemel extincta iterum non reuiuiſcit.ff.de ſolu.qui res.§. aream.
3 C.de remiſ.pig.cũ ex cauſa.ſic & remiſſio ſiue abſolutio † ſemel.
facta retractanda non eſt.arg. 3.q.4.ſi illic.de conſe. di.4.quæris.
de pœn.di.4.diuina clementia.Quidam vero dixerunt,ꝙ niſi o-
portunitate recepta hoc adimpleant,in eandem ſententiam reci
dunt.26.q.vj.qui recedunt.& c.de his vero. C. qui bo.ce.poſſ.l.pe.
4 s̃.de ſolu.c.pen.Quod omnino falſum eſt.libertas † enim ſemel
obtenta quamuis indebite,non retractatur.C.ſi aduerſus.liber.l.j.
& ij.Quid ergo?Reſp.poteſt puniri tanquam periurus. & ſic pri
uari beneficio ſi quod habet.s̃.de iureiur.querelam.Poteſt etiam
cogi per eccleſiam vt iuramentum ſeruet.s̃.de iureiur. ex reſcr.s̃.
de iud.nouit.§.fi.poteſt & in priſtinam reduci ſñiam.ſicut exp̃ſſe
legi.j̃.eo.ſacro.§.pe.in fi.vbi de hoc. verum cum multi hoc præ-
textu cenſuræ eludant eccleſiaſticę eſſet circa hoc alr ꝓuidẽdũ.

*SVMMARIVM.*

1 *Reſcriptum contra ſtilum curiæ impetratum ſuſpectum habetur.*
2 *Attendendum eſt, quod fieri conſueuit.*
3 *Conſuetudo Ro.Eccleſiæ eſt ſpecialiter attendenda.*
4 *Satisfactio in offenſa notoria præcedere debet.*

CAP. XII.

AD hæc. Sententiæ delegatorum] ideſt, ſenten-
tiæ excommunicationis latæ a iudici-
1 bus delegatis.[Conſueuit] Arg.hic ꝙ ſi † reſcriptum
appareat contra ſtilum & conſuetudinem curiæ im-
petratum,hoc ipſo merito ſuſpectum habetur, & poteſt excipi ꝯ
ipſum.quod dic,vt legi.& no.s̃.de crimi.fal.quam graui.Item ar
2 gu.† attendendum eſſe,quod fieri conſueuit.ad idem 28.di. de Si-
raculanæ.s̃.de cle.coniu.diuerſis.ff.ad Maced.l.3.& l.item ſi filius
3 §.ꝙ dicitur.Sed & † conſuetudo Roma.Eccleſiæ eſt ſpecialiter at-
tendenda,vt hic.& leg.& no.s̃.de conſti.ex literis.§.fi.s̃. de temp.
ord.c.j.& ij.s̃.de re iud.in cauſis.[Aliis] quinimmo & ſ̃m formã
concilii. j̃. e.ſacro. eſt excõicatus remittẽdus primo illi q ipſum
excõicauit,vt ab eo(ſi ita eſt)abſoluat.s̃.de reſcri.ab excõicato.ad
idẽ in eo qđ le.& no.s̃.de of.dele.prudentiã. §.pe.& fi.s̃. de of.or.
ad reprimẽdã. [Niſi in lr̃is.] Arg.ergo ꝙ ſi hæc deſit clauſula lr̃a
nõ valebit.[De ſufficiẽti]. cũ q̃s eſt excõicatus ꝑ iniectione ma-
nuũ in clericos ſufficit iuratoria cautio.s̃.e.de cętero. & c.pręter.
& j̃.eo.cũ deſideres.ſ̃m.B.Cũ vero pro ſimplici contumacia:tũc
nuda cautio. vbi vero pro offenſa dubia, ſufficiens dẽt cautio da-
4 ri.ꝙ † ſi notoria ſit offenſa ſatisfactio p̃cedere dẽt. qđ dic. vt le.&
not.j̃.de verb.ſig.ex parte.& c.cu olim. ergo quicq̃d dicat B.ſi cõ
ſtet de iniectione manuum non ſufficit iuratoria cautio, niſi ex
forma mandati aliud contingat,vt in concor. ſigna. in prin.hu-
ius glo.immo requiritur,ꝙ primitus ſatisfaciat, ſicut expreſſe le-
gitur.j̃.c.j.vbi de hoc.[Iudicio].i.qui iuret ſtare eccleſiæ mãdatis,
hæc eſt enim in hoc caſu quoad obſeruationem formæ ſuffi-
ciens cautio.s̃.e.ex tenore.§.j.ꝯ.ſol.ibi.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus in quibus caſibus poteſt abſolui a proprio epiſcopo, & non a Papa.*
2 *Excommunicato non ſufficit flectere genua coram læſo & miſericordiam petere tantum.*
3 *Sacerdotibus ſanctitas ignoſcendi gloriam derelinquit.*
4 *Conſilium non aſtringit.*
5 *Temporalia quæ ſunt ad agendum perpetua ſunt ad excipiendum.*
6 *Impedimentum anormalum quandoque perpetuum, eſt, quandoque tẽporale.*

CAP. XIII.

1 EA noſcitur & infra. [Mulieres.] Pri-
m⁹ † caſus. [Se-
nes.] Secũdus caſus.[Valitudinarii] tertius caſus.[Seu
membrorum.]&c.quartus caſus.Et no.ꝙ in iſtis qua
tuor caſibus non eſt iniungendum abſoluto,ꝙ Romanum Pon
tificem adeat,cum hęc impidmenta perpetua ſint, ſecus in tem-
porali,ut.s̃.eo.de cętero.rñ.j.§.ſi. vbi de hoc.[Impediti.] ſubaudi,
vel infirmi,vt.j̃.eo.§.ſi vero.Sunt & alii caſus,vt le. & no.s̃.e.mu-
lieres.rñ.j.& j̃.e.q̃uis.[Non veniant.] quia non poſſunt, & ſic vi-
detur,ꝙ nequirent abſolui. [Cum ab ipſis[&c.[Diocęſanus.] qđ
dic,vt le.& no.s̃.e.de cętero.§.j.[Reſtitui] Abſolutione præmiſſa
ſ̃m formam eccleſiæ. Alioquin contra in eo, quod le.& no.j̃.eo.
cum deſideres.rñ.j.& §.i.[Satisfactio.] primo anteq̃ abſoluatur,
cum notoria ſit offenſa,vt patet in eo , quod le.& no.j̃.de verbo.
ſig.ex parte.j.& c. ſeq.iuramẽtoque præſtito de parendo manda-
tis eccleſiæ.& ſic patet,ꝙ hæc duo de forma ſunt,aliter tamen &
aliter quamuis enim ſatisfactio ſit de forma eccleſiæ ideſt de for
ma iuris,ſiue iuſtitiæ,quia non debet quis abſolui, niſi præmiſſa
ſatisfactione, non tamen eſt de ſubſtantia formæ abſolutionis:
quia ipſa omiſſa abſolutio facta tenet.Iuramentum vero nõ ſo-
lum eſt de forma,ſed de ſubſtantia formæ, ita ꝙ eo omiſſo nul-
la debet cenſeri abſolutio,quantum ad eccleſiam militantem,vt
patet in eo,qđ le.& no.j̃.eo.cũ deſideres.§.j.ver.fi.& ſecundũ hoc
poteſt intelligi,quod not.s̃. c. ꝓxi. [Iuxta facultates.] quæ omnes
committuntur,ſi epiſcopus lædatur,ſi vero alius inferior,arbitra
riæ punitur.vt xvij.q.iiij.ſi quis deinceps.& ca.ſeq.& §.ſacrilegiũ.
2 & hic . Patet ergo ex his, quòd non ſufficit † excommunicato
flectere genua coram læſo, & miſericordiam petere, ſicut quidã
intelligunt,immo qualitate,& quantitate, ac dignitate perſonæ,
& iniuriæ atque facultatum, & cęteris penſatis circunſtantiis de-
bet ei condemnari in pecunia numerata, vt hic patet,& in præ-
miſſis iuribus.ff & C.de iuſti. & iure.per totum . & ſupra de iniu-
riis.olim.& expreſſum.ſupra de iudæis.poſtulaſti . & ar.infra.eo.a
nobis.ij.in fi.& ca.quamuis. Alii dicunt hoc eſſe verum quo ad
expenſas,& damna data,& intereſſe tantum.arg.infra.eo.cum de
ſideres.§.iij.& ca.conqueſti.ad fi.& ſupra.eo. parochianos.& ca.
porto.vbi dicit,congrue ſatisfaciant.& ſupra de dolo & contu.c.
j.& de pœnis.ſuam.vbi de hoc.& facit pro hac opinione,quia cu
ria non conſueuit de facili literam concedere ſuper ſatisfactione
iniurię irrogatæ,quę conſuetudo eſt attendenda,vt legitur,& no.
3 ſupra.ca.proxi.nec mirum, quia † ſacerdotibus ſanctitas ignoſcẽ
di gloriam derelinquit.C. de epiſco. & cleri.ſi quis in hoc genus.
& hoc natura æquum & c.ff.de condic.inde.nam hoc natura.So
lutio. Quod dicunt prima iura iuſtitiam continet, & rigorem,
quod vero dicunt,& ſecunda conſilium,& æquitatem,non ergo
4 ipſa ſequi teneris,niſi velis:quia † conſilium non aſtringit.xiiij.q.
j.c.fi.& q.ii.quod præcipitur. vnde nec epiſcopus, nec alius iniu-
riam ſibi factam tenetur remittere, niſi velit, vt patet . C.de in-
iur.atrocem . & in eo quod not. ſupra de iniur. olim . Sed quic-
quid ſeruet Romana curia, in iure tamen ſuo expreſſe legitur,
quòd de iniuria eſt ſatisfaciendum,vt ibi,& hic.& infra.eo.cum
deſideres. §. fi. & infra. eo.conqueſti.vbi de hoc. Poſſet & illud
dici,



dici,ꝙ infra annum poteſt peti iure actionis ſatisfactio pecunia
ria,vt in primis iuribus,elapſo vero anno non poteſt,vt in ſecun
dis iuribus.& C. de iniuriis.l.4. Iure vero exceptionis etiam poſt
annum ſatisfieri oportebit, vnde quandocunque excommuni-
catus ex hac cauſa petet ſe abſolui, poteſt læſus excipere,& dice-
re,domine ſupplico ne ipſum abſoluatis, niſi mihi primitus ſa-
tiſfaciat,ſicut debet,vt hic.& arg.j̃.eo.cum pro cauſa.in fin.& ex-
tra.dom.noſt.eo.tit.ſolet.§.in prima.j̃. de verborum ſignificat.ex
parte.j.verum ex vi ſolius exceptionis nulla ſequitur condemna
tio,ſed ſi excommunicatus vult obtinere abſolutionem,neceſſe
habebit proprio motu ſatisfacere læſo, alioquin non abſoluetur
exceptione obſtante,vt patet in eo,quod legitur, & notatur.s̃.de
5 ord.cog.cum dilectus.§.fi.& ſic quę † temporalia ſunt ad agendũ
perpetua ſunt ad excipiendum.ff.de exce.doli.pure.§.fi. Eſt tamẽ
contra.arg.s̃.de reſcrip.ſi autem.& ca.plerumque.ſed ſolue,vt ibi
not.Quòd ſi non habet,vnde ſatisfaciat,expectet petens pinguio-
rem fortunam.quod dic,vt legitur,& notatur.s̃.de ſol.Odoardus
vel in aliam pœnam commutetur.s̃.de dolo & contu.finem.in
fi.s̃.de maledi.ca.ij.¶ Alios autem] ij.pars.[Pauperes.] qui venire
poſſunt commode. Alioquin ꝯ.j̃.eo.quod de his.quod dic,vt ibi
not. [Diuites.] Niſi ſint potentes & nimis delicati,de quibus dic
vt legitur,& no.s̃.eo.mulieres.§.j. [Vel legato eius ] ſi ſit de latere
etiam tranſeunti.j̃.eo.ad eminentiam.& c.quod de his.& c. quã
uis.de quo genere,& aliis dic,vt plene no.s̃.de offic.lega. excom-
municatis.¶[Si vero] 3.pars.[Infirmitatis] ſ.temporalis, ſecus ſi
perpetua eſſet,vt patet in eo,quod legitur,& notatur s̃. eod.c.rñ.j.
& c.de cætero.§.fi. quandoque tamen poteſt eſſe impedimentũ
6 † anomalum,quia quandoque perpetuum eſt, quandoque tem-
porale,vt patet in eo,quod legitur,& not.j̃.eod.ꝑ de his.§.fi [Iu-
ramentum] ideſt, per iuramentum quod præſtiterint iuxta for-
mam eccleſiæ.ſupra eod.ex tenore.§.j.alias iuramento. ideſt ſub
iuramenti debito.s̃.eod.de cætero.§.fi. [Receptum] ſi.s̃.eo.de cæ
tero.in fi.quod dic,vt ibi nota.

*SVMMARIVM.*

1 *Denuntiatio excommunicationis non fit, niſi propter ignorantes.*
2 *Qui non ignorat certiorandus non eſt.*
3 *Sciens quem excommunicatum, etiam ſi denuntiatus non ſit, eum vitare debet.*
4 *Facilis nemo eſſe debet ad credendum.*
5 *Homo quando peccat debet verecundari.*
6 *Crimen augetur perſonæ dignitate.*

CAP. XIIII.

CVm nõ ab homine & infra.
Pars.s̃.de iudiciis. cum non ab homine.[ Denuntia-
tus non ſit,debes abſtinere . ] Dummodo in iudicio
ſit conuictus,vel hoc ſcias,quia vidiſti,quando clericum percuſ-
ſit,& publica ſuper hoc laborat infamia,donec ſe purgauerit.qđ
dic,vt leg.& no.j̃.c.proxi.§.ſecundæ quæſtioni.& eſt hæc litera ꝯ
Io.Fauentinum,qui dixit,ꝙ excõicatus non eſt uitandus, quouſ-
que denuntiatus ſit.quod omnino falſum eſt.vt hic patet.denũ-
1 tiatio † enim non fit,niſi propter ignorantes.argu.s̃.de Iudæis.ita
quorundam.in fi.& s̃.de ſimo.quoniam ſimoniaca. in fin. cum
2 ſuis concord.† ſed non eſt certiorandus, qui non ignorauit.ff.de
act.emp.& vend.l.j.in fin.s̃.de elec. cum inter vniuerſas.93.diſt.ſi
inimicus. Deus enim ligat, & non homo in hac ſententia. xi.q.
3.nemo contemnat.vnde & ſecum trahit executionem,nec am
plius ligatur per denuntiationem.quod dic, vt legitur,& no.s̃.de
3 appel.paſtoralis.§.fi.† Debet igitur vnuſquiſque vitare excommu
nicatum,& ſi denuntiatus non ſit,dummodo hoc ſciat taliter,ꝙ
ipſum cõuincere poſſit.Vel etiam ſi famoſum ſit,vt dictum eſt.
Secus vbi omnino occultum eſt,vt ſequitur,& eſt hoc verum ẽt
regulariter de excõicato in ſpecie, excommunicatus autẽ in ge-
nere,donec denuntiatus ſit,non vitatur.quod dic,vt no.s̃.de cle.
excom.mi.propoſuit.§.j.verſic.j. ſuper verbo, nominatim.[Niſi
forte] ver.[Tibi ſoli.] tanquam homini.6.q.ii.ſi tantum.& c.pla
cuit.& arg. 2.q.vij.plerique. ſecus ſi tanquam Deo, vt not.in ſeq.
gl.vel ſi ſit de hoc publice infamatus,vt in præceden.glo. in prin.
[In quo caſu] ſ.quando hoc ſcis ſolus, tanquam homo, vt in p̃-
ceden.gl.nam ſi tanquam Deus,puta quia in confeſſione hoc ti
bi reuelauit,tunc nec in publico,nec in priuato ipſum vitare dẽs,
quia nec verbo,nec ſigno ipſum debes prodere,vt patet in eo, qđ
legitur,& not.s̃ ti.j.omnis.§.fi.s̃.de exceſſ.præla.dilectus.s̃.de offi.
ord.ſi ſacerdos.nec enim hoc proprie ſcire diceris, quod tanquã
Deus ſcis,& ſ̃m hoc intellige,quod habuiſti.s̃.eo.porro . Quid ſi
4 hoc audis ab aliis?Non † debes eſſe facilis ad credendum. vt patet
in eo,quod legitur,& no s̃.de ſimo.licet Hely.§.j.ver.nam iuxta.
& c.per tuas.ij.niſi & publica fama hoc habeat.j̃.ca.j.§.ſecundæ.
Vel niſi prælatus excommunicati hoc nuntiet tibi, nam illi om
nino credendum eſt,& parendum.xj.q 3. curę.s̃. de treuga & pa-
ce.c.j.de iudice vero delegato an ei credendum ſit,dic,vt legitur,
& no.s̃.de reſcr.cum contingat.[Priuatim] inter te & ipſum ſo-
lum,quando conuinci nõ poteſt, nec enim debes talem aliquo
modo publicare,vt in iuribus inductis.s̃.eo.ſuper verbo. tibi ſoli
& vi.q.j.deteriores.& c.ex merito.& no.s̃.de offi.ord. ſi ſacerdos.
[Vt ſaltem.] ver.q.d.non debes eum vitare hac intentione,vt ip-
ſum infames.vj.q.j.ex merito.& ca.deteriores.immo hac intẽtio
ne ipſum in occulto vitare debes,vt ſaltem &c. [Suffuſus. ] alias
confuſus.[Compellatur] ſic.s̃.de cohabi.cleri.& mulie.veſtra.§.
pen.¶ In articulo] ij.pars.[Qui] ſ.clerici & presbyteri.[Tirannidi]
i.crudelitati.ſimile verbum.s̃.quod metus cau.c.j.§.j. verſi. ſed al-
5 ter.[Inuerecunde.] Nota, † ꝙ quando hõ peccat, deberet verecũ-
dari.[Immiſcent.] ſubaudi,& moniti nolunt deſiſtere, & ſic nul
lum recipit ꝯ,tunc enim omnino immunitatis efficiũtur extor-
res.j̃.eo.contingit.ij.§.fi.[In odium] verſi.[Clericalis exceſſus.] i.
clericorum excedentium , & poteſt hoc intelligi etiam ſi nulla
monitio præceſſerit, vbi in ipſo maleficio comprehenduntur,
ita ꝙ ſine periculo non poſſet haberi recurſus ad iudicem,neque
monitio expectari.quod dic,vt legitur,& no.j̃.eo. perpendimus.
& c.in audientia.s̃.de priuileg.ex parte.3.s̃.de apoſta.c.j.s̃. de vita
& hone.cleri.c.fi.[Et terrorem] ſi s̃.de maledi.c.j.s̃.de pœnis . in
quibuſdam.§.fi. [Coercentur.] & ſi tales clericos eſſe ſciant, ſi.n
hoc ignorarent,vt quia forte ipſos de nocte occiderunt , non eſ-
ſent excommunicati.ad hoc enim vt aliquis incurrat hanc ſen-
tentiam,requiritur,ꝙ dolus interueniat,& ꝙ illum, quem percu
tit,clericum eſſe ſciat.s̃.e.ſi vero aliquis.ſ̃m.d.no.quod dic, vt ibi
6 no.& j̃.c.j.§.ſecundæ.[Iniungatur.] ver.[Aſperior] No. † ꝙ ex per
ſonæ dignitate,vel gradu augetur crimen,vt hic.& xl.diſt. homo
Chriſtianus.ff.de reg.iur.omne delictum.§.j.de pœni.diſtin.j.aut
facta ſupra de homicid.ſicut dignum.ſupra de cleri.percuſſ.cap.
primo.& eſt ſi.j̃.eodem.perpendimus ver.fi. ubi de hoc.

*SVMMARIVM.*

1 *Prohibere, qui debet alios ipſe facere non debet.*
2 *Quod ad cautelam fit non importat neceſſitatem.*
3 *Aliquid faciendum eſt ad cautelam futurorum.*
4 *Exempla preſentia, nos præcauere inſtruunt in futurum.*
5 *Semel uerum ſemper verum, niſi contrarium probetur.*
6 *Excommunicatus debet cauere ne ſe ingerat cum alijs.*
7 *Maior pœna excommunione in eccleſia Dei non inuenitur.*
8 *Iuramentum eſt de ſubſtantia formæ in abſolutione petenda.*
9 *Cum excommunicato participare quando licitum eſt.*
10 *Vitare quis debet propter publicam famam licet excommunicatus non ſit.*
11 *Fama impedit matrimonium contrahendum.*
12 *Quæ ad cautelam fiunt quandoque neceſſitatem important.*
13 *Compoſitio amicabilis non eſt improbanda.*
14 *Iudex ante ſententiam attendere debet ad amicabilem compoſitionem faciendam.*
15 *Vſurario poteſt remitti uſura, quamuis eam ipſe non reddat.*
16 *Membra a capite non licet recedere, nec contra.*
17 *Libertas vndecunque obtenta non reuocatur.*
tio]ii.s̄.de vi.& ho.cle.c.vl.& j̄.e.ↄtingit.ii.ar.ↄ.s̄.de apoſta.c.j.& s̄.
e.perpendimus.& s̄.e.cum non ab homine.Sed ibi ſoluitur.Item
ar.ↄ.s̄.ne cle.vel mo.c.ii.Sol.Ibi non loquitur de tali captione,ſed
de deprehenſo in mala adminiſtratione,nec fit ibi mētio de ma
nu iniurioſa,& eccleſia non defendit illos, qui in fraude depre-
henduntur,quominus teneantur, & ſic nō tangit hoc capitulū,
ſed & ibi ſoluitur.& s̄.e.c.in prin. [Clericorum] non delinquen-
tium,vel arma geſtantium.

*SVMMARIVM.*

1 *Excommunicatus ob manus iniectionem in clericum,quando & in quib.caſib. poteſt abſolui a quocunque clerico,vel ſuo ordinario.& nu.2.& 3.*
4 *Papa vbi,ibi Roma.*
5 *Cardinales non debent ſe intromittere de cauſis, quæ ſunt ſpecialiter ſummo Pontifici reſeruatæ.*

## CAP. XXVI.

QVod de his.& infra. [Quòd is] ſiue
laic⁹ ſit,ſiue cle-
ricus,habita tamen diſtinctione inter grauē, leuē,&
leuiſſimam iniuriam.quod dic,vt no.s̄.e.peruenit[In
cidiſſe]grauem,vel leuem iniuriam irrogando[Legatum]ſic.s̄.
e.ad eminentiam.& c.ea noſcitur [Obtinere] rlr̄.fallit.n.in caſib.
vt ſequitur.¶[Niſi forte] ij.pars [Mortis periculo] ↄſtitutus.nedū
1 ex infirmitate†proueniente,q̃a illa ſpecialiter excipitur,vt ſequit̄,
ſed & ſi hoſtem timeat capitalē,vel ſit obſeſſus,vel obſideat in lo
co,in quo frequenter machinæ iaciuntur,& baliſtæ, vel ſi ſit na-
uigaturus longo,& periculoſo nauigio,intelligas,vel per loca in-
ſidioſa,in q̃b.euidentia pericula imminent,trāſiturus.vt.ff.de do.
cā mor.l.iii.& ſeq.ƀm d.n.& Inſti. de teſta.§.antep.& pen.ſic.s̄.e.
nō dubiū.cū ſuis ↄcor.Caueat tñ abſoluēs,ꝙ nō nimis laxet ha-
benas in hoc caſu, alioquin ſub hoc p̄textu poſſent quaſi oēs ab-
ſolui,& ſic eluderetur edicto, ↄ id qđ no.s̄.de ali.iud.mu.cau.fac.
c.j.& daretur via figmentis,ↄ id qđ le.s̄.de diuor.quanto.§.pen.&
de



de hoc plenius no.s̄.de off.or.paſtoralis.§.præterea. ver ad qđ dici
mus,vel repete niſi[Paupertate]tanta grauetur &c.vt ſequitur.ſi.
j̄.e.q̃uis.§.j.alioquin ſi commode ire poſſet,mittēdus eſſet ad ſedē
apoſtolicā,vel eius legatū,& ſic ſoluitur ↄriū.s̄.e.ea noſcitur.§.j.vt
& ibi no.Sed q̃uo por tanta paupertate laborare, nā quātūcūque
pauper dummodo robuſtus ſit poteſt ſaltem hoſtiatim quæren
do eleemoſinas perficere iter iſtud. Rñ.In hoc articulo ↄſiderādi
ſunt tres ſtatus perſonarū diuerſi. Si.n.ſint tāta paupertate depreſ
ſæ,humiles tñ,& robuſtæ, quib. non imminet periculum in la-
bore,nec eis eſt pudibundum eleemoſinā petere, & pedes ire,ta-
les oīno mittendæ ſunt,& ſic intelligas.s̄.e.ea noſcitur.§.j.Si vero
ſint pauperes nobiles delicatæ,quas nō deceret ire pedes, nec poſ
ſent commode ſine periculo tm̄ laborē ſubire,& quib.ēt pudibū
dū eſſet mendicare,tales abſolui poſſunt per diœceſanum,vt hic,
2 & s̄.e.de cętero.& j̄.e.quamuis. §. j. Quòd ſi ſint nobiles†delica-
tæ perſonæ,diuites & potentes, qui nec commode poſſunt relin-
quere terras ſuas,ſiue hoc de leui non facerent,ſignificanda eſt ve
ritas Romano Pontifici,vt ſic tales de ipſius conſilio corrigātur,
& ſic loquitur.s̄.e.mulieres.§.j.ad quod accedit quod leg. & no.s̄.
de voto.ꝙ ſuper his.§.rurſus.& c.ſeq.§.fi.alias.j.[Infirmitate]gra-
ui periculoſa,ſiue cronica & longa & tanta &c.vt ſequitur[Tan-
ta]iſtud adiectiuum præmiſſa tria determinat ſubſtantiua, & de
his caſib.plene no.j̄.e.cum illorum.in prin. [Alio] quodcunque
ſit illud.s̄.e.de cætero.& j̄.eo.q̃uis.¶[Cæterum]iii.pars[Ab his].ſ.
3 tp̄aliter impeditis,†vel oīb.ſupradictis,vt patet de his quæ no.in ſe
quentib.quod dic,vt no.s̄.e.ea noſcitur.rñ.j.& §.fi.[Reſumptis vi
rib.]hoc referas ad infirmos[Et oportunitate]hoc referas ad cō-
ſtitutos in mortis periculo,& pauperes,& ſenes [Conceſſa] puta,
ceſſat periculū mortis,qđ imminebat,vnde ceſſare debet effectus.
s̄.de voto.magnæ.§.fi.Pauper ad pinguiorē fortunam peruenit.s̄.
de ſol.Odoardus.Senex inueñit legatum per locū ſuū tranſeuntē
s̄.e.ad eminentiam.vel Papa & fratres tranſtulerunt ſe ad locum
ſuum,& ſic impedimentum anomalum eſt, cū.n.ſenectus non
curetur,ſed quotidie aggrauetur,ſi talis caſus accidat,tp̄ale impe
dimentum,alioquin ſi non accidat,perpetuum iudicatur, & ſic
eſt de multis aliis, ſicut ſunt debilitati membris, & validitudina-
rii.vt s̄.e.ea noſcitur.& pauperes nobiles,de quibus no. s̄.§.j.ſuper
4 ver.paupertate[Romanam eccleſiā].i.Papam.†vbi Papa,ibi Ro-
ma,& Romana eccleſia.vii.q.j.ſcire.vel ideo hoc dicit, vt det in-
telligere,ꝙ per mortem Papæ non vacat officium pœnitētiarię,
nec iuriſdictio Romanæ eccleſiæ.ar.in eo quod le.& no.s̄.de hæ-
ret.ad abolendam.§.j.& de maio.& obed.cum olim.& extra.d.n.
5 de homi.pro humani.§.j.li.vj.q̃uis putē, ꝙ † Cardinales non ha-
beant ſe intromittere de caſib.qui Romano Pontifici ſp̄āliter re-
ſeruantur,de quib.no.s̄.de exceſſ.præla ſicut vnire.ſed nec expedit,
ꝙ iuriſditionis exercitium nimis diu occupādo detineāt,vel extē
dant,& ↄcordat huic.s̄.e.vniuerſitatis.in fi.& c.perpendimus.§.j.
in fi.& c.tua nos.in fi.& c.ea noſcitur.rñ.j.in fi.& § fi.in fi.& c.mu
lieres.§ fi.& c.monachi.& c.j.& j̄.e.cū illorū.in prin.& in multis
aliis ca.j̄.e.ti.collocatis.& adde quod no.s̄.ti.j.cum ex eo. §. fin.&
ſupple hic,vel eius legatum,vt s̄.ea noſcitur.§.fi.

*SVMMARIVM.*

1 *Violator immunitatis eccleſiæ, eſt ipſo iure excommunicatus.*
2 *Priuilegium immunitatis eccleſiæ vbi reſtrigatur.*
3 *Violentia maior eſt corporum,quam rerum.*
4 *Eccleſia indiget reconciliatione,cœmiterio violato*
5 *Excommunicationes quot ſunt,tot debent eſſe abſolutiones.*
6 *Peccata omnia ſunt confitenda.*
7 *Liberatus per dolum tenet liberatio.*
8 *Ciuiliter agi poteſt de crimine ſacrilegij.*
9 *Eccleſia quando nomine fiſci intelligitur.*

## CAP. XXVII.

CVm pro cauſa. Pars. s̄.de procur. cū pro
cā[Inter F.] defendentē
ſe[Et G.]impugnantem.F. vt ſequitur [Archidiaco-
nos] quia plures ſunt archidiaconi in eccleſia Cabi-
lon.ſicut & s̄.de off.del.ex parte.j.¶ Procurator]ii.pars. [G.archi-
diaconi]non ergo agebatur criminaliter,ſed ciuiliter. Alioquin
ↄ.s̄.de accu.veniens.§.licet autem.quod dic, vt ibi no.& s̄.de pro-
cur.tuæ[Allegauit]ↄ F.archidiaconū.vt ſequitur [Manus iniecif
ſet]Hæc eſt prima cā excōicationis[Et cū] ver.ſ.ſuccentorem. &
iſte fuit alius actus,q̃ primus,licet ponatur pro eadē cā[Per clau-
ſtrum]& hæc eſt ſecunda cā excōicationis,vt patet.j̄.e.ver.i. [Tu
frater]ver.[Ob violentam]duplicem, quia primo iniecit manus
in dormitorio,& ſecundo in clauſtro,vt patet.s̄.ver. prox.& præ-
1 ced.[Et violationem]&c.ergo†violator immunitatis eccleſiaſti-
cæ.ipſo iure excōicatus vr̄.& ƀm hoc idē eſſet,ſi in clauſtro laicū
verberaſſet.ar.xvii.q.iiii.oēs.Sed ↄ.j̄.e.§.j.ibi,excōicatū fuiſſe. Sol.
Dicas,ꝙ talis excōicatus eſt minori excōicatione,ſed ſi tertio mo
nitus non ſatisfecerit,maiori excōicatione eſt excōicandus. xvii.
q.iiii.ſi quis deinceps,& ita fuit hic.cū.n.non ſatisfaceret, intelli-
gas,ꝙ a ſuo prælato fuit excōicatus,& ſic ob duplicē cām notat⁹.
vt j̄.§.j.Nō ſunt ergo oēs ſacrilegi excōicati, ſed excōicandi. Nec
ob.xvii.q.iiii.omnes.quia reſtringitur ad ſuū caſum.ſ.ad violato-
res,& effractores eccleſiarum tm̄,vt & no.s̄.e.conqueſti.& c.tua.
2 ſecundum B.Iſte intellectus non placet, quia † priuilegiū immu
nitatis eccleſiæ non reſtringitur ad portas,vel parietes eccleſiæ tā
tum,ſed per.xl.vel ſaltē per xxx. paſſus extenditur circūquaque.
xvii.q.4.ſicut antiquit⁹.& c. frater.& c.miror. ſicut ergo violator
eccleſiæ excōicatus eſt, ſic & violator clauſtri eccleſiæ adhæren-
tis.ar.ff.de rei ven.quæ religioſis.s̄.de iud. quanto. cum ſuis ↄcor.
ſic ēt inferentes vim in eccleſia, & res, qui intus ſunt ſpoliantes
3 ſunt excōicati,multofortius in ipſa hoīes verberantes, q̃a† maior
eſt violentia corporum,q̃ rerum.ar.xii.q.i.præcipimus. s̄. de pœ,
cum infirmitas.§.fi.C.de ſacroſ.eccl. ſancimus.j.& hunc intelle-
ctū innuit hæc litera manifeſte[Feciſti] loquatur archiep̄o Lug-
dun. Metropolitano eccleſiæ Cabilonen. Sed quid ad ipſum de
ſubditis ſuffraganei ſui? Vere nihil rlr̄, quia de ipſis non hēt ſe in-
tromittere,niſi in caſib.& ideo ſignatur ↄ.s̄.de exce.præ.ſicut vni
re.s̄ de offi.or.paſtoralis.rñ.i.ad fi.Solu. Hoc ↄrium multipliciter
4 pōt ſolui,vt in ſeq.gl.& eſt hic efficax ar.ꝙ †cœmiterio violato in-
diget eccleſia reconciliatione.qđ dic,vt no.s̄.de ↄſecra.ec.c.j.& fi.
& de immu.ecc.cum eccleſia.& c.fi.[Publice nuntiari]q̃a exceſ-
ſus publicus & notorius erat, in quo caſu hoc pōt facere Metro-
politanus,vt s̄.de app. ſolicitudinem. §.ſi vero notoriū. Vel hoc
fecit de ſp̄āli mandato Papæ.s̄.eo. conqueſti.Vel ad requiſitionē
ep̄i Cabilonen.ordinarii loci.s̄.de treu.& pace.c.j.§.j. Vel quia ad
archiep̄m ipſum extitit appellatum.s̄.de offi.ord.ad reprimendā.
Vel de conſuetudine ſp̄āli,alioquin ↄ.ex̄.d.n de offi. or.Romana.
li.vi.¶[Diſcretioni veſtrę]iii.pars[Conſtiterit]qđ ↄſtat eo ipſo,ꝙ ↄ
ſtiterit de præmiſſis, & ſi a iudice non fuerit excommunicatus,
alioquin ſequeretur.ꝙ niſi iudex excōicaſſet, ſatisfacere nō coge
retur,qđ falſum eſt,vt j̄.ver.fi.& xvii.q.iiii. quiſquis[Excommu-
nicatum]a canone quo ad iniectionem manuum, & ab homi-
ne quo ad violationem immunitatis ƀm quoſdam. Tu dicas a
canone quo ad vtrūq;,vt patet ex his, quæ.s̄.not.nam ſaltem ob
duplicem iniectionem conſtat ipſum excommunicatum eſſe,
dummodo conſtet de facti narratione,vt patet.s̄.e.§ j. [Et expreſ
ſiſſe]ver.[Alteram in literis]ideo nec abſolutio,nec literæ valere
vnr̄.quod dic,vt in ſe.gl.[Ipſum]ver. [Tanquā excōicatū] iſtud
tanq̃ expreſſiuum eſt veritatis, vt dictum eſt. & ex hoc patet, ꝙ ſi
quis plurib.de cauſis fuerit excommunicatus, & vnā expreſſit in
abſolutione,& aliam tacuit, adhuc remanet excōicatus.arg.s̄.de
offi.or.ex parte.vbi ēt tangitur de hoc, & eſt rō, q̃a per ſubreptio-
5 nem abſolutio eſt obtēta.j̄.e.officij.†Quot.n.ſunt excōicationes,
tot debēt eſſe abſolutiones.ſicut quot ſunt accuſationes,tot opor
tet eſſe abolitiones.ii.q.iii.§.notandum.ver.ſi plura.& de pœ.diſt.
v.c.j.vbi dicitur, ꝙ de omnibus eſt indulgentia petenda, ſicut &
6 omnia†peccata confitenda.s̄.de pœn. oīs. ſic & in denuntiatio-
ne noui operis,quot ſunt denuntiationes,tot erunt remiſſiones.
ff.de no.ope.nun.de pupillo.§.ſi ex plurib.ſic & in libertate,ſi per
obreptionem obtenta fuerit, non valet,licet ſit fauorabilis. ff.de
fideic.lib.cum vero §.ſubuentum eſt.Econtra vr̄,ꝙ non ſit excō-
municatus,quia libertas ſemel data competit,ſiue ex iuſta cā, ſi-
ue ex iniuſta data ſit.Inſti.qui.ex cau.ma.non poſſ. §.ſemel. ſic.s̄.
de conſang.quia circa.ar.s̄.de ↄuer.ↄiuga.ex parte.ff.de ma.vind.
ſi pater.§.j.& l.iuſta dolo.ff.de dolo ſi ſeruus.& l.ſeq.Item pignus
liberat̄ non obſtante dolo ff.de pig.act.ſi rem.§.omnis.Sol.Si dica
tur,ꝙ ſemel excommunicatus amplius excommunicatione du-
rante excommunicari non poſſit,tunc tenet abſolutio, licet cās
alias non expreſſerit,ſi expreſſit illam cauſā, pro qua primo fuit
excommunicatus.ſed non eſt verum.ſin autem dicatur, ꝙ excō-
municatus iterum poſſit excommunicari,quod & verum eſt,vt
& no.s̄.de iudæis.ita quorundam. §.fi.refert an expreſſa ſit cā ab-
ſolutionis,an non.Si non eſt expreſſa,ſed indeterminate abſolui-
tur,tunc ab omnib.eſt abſolutus,ſed ſi vna cauſa tm̄ fuerit exp̄ſ-
ſa,tunc abſolutio non extendit ad ea,quæ non fuerunt expreſſa,
ar.ff.de accep.plurib.C.de proc.l.maritus.C.de iud.licet.etiam in
eo,quod no.s̄.de tranſ.c.j. Vel diſtingue,an per ignorantiam ob-
miſerit cām exprimere,an ſcienter.ar.s̄.de reſcr.ſuper literis.ita di
xit Io.Sed ego in caſu iſto non admitto iſtam diſtinctionē. Alii
dicunt illum abſolutum indiſtincte, ſed cogitur redire ad curiā,
& ſatisfacere iniuriato.T.dixit, ꝙ ſi aliquis eſt excommunicatus
propter plures cauſas,ſed vnica tm̄ ſnīa, quamuis aliquas cās ta-
ceat,dummodo abſoluatur,abſolutus eſt, ſed dēt ↄpelli ſatisface
re pro alio iniuriam paſſo.& ƀm hoc iſtud tanquam eſt ſimilitu
dinarium.Si vero plurib.& diuerſis excommunicationib.ſit liga
tus ex cauſis diuerſis,& aliquas ſupprimit,non abſolutus eſt, ſed
remanet excōicatus pro aliis.& ƀm hoc iſtud tanq̃ eſt expreſſiuū
veritatis.Ego credo,ꝙ qualitercunque aliquis ſit excōicatus, ſiue
vna ſententia,ſiue plurib.ſententiis ex plurib. & diuerſis cauſis, q
vere vult abſolui oēm cauſam,pro qua,vel pro quib.fuit excom-
municatus,debet exprimere in abſolutione ſua. quia ꝓ vna qua-
que ſola fuit excommunicatus,& vnaqueque ſufficit ad excom-
municationem,alias non tenet abſolutio per ſubreptionem ob-
tenta,vt bene colligitur.j̄.e.officij.vbi de hoc. Licet quidā dicāt,
ꝙ Inn.

ꝙ Inn.non reſponderit.ad hoc in illo ca.officij.& præmiſſas ſolu
tiones non multum approbat B.cuius eſt mens totius iſtius glo.
ar.ſ̃.de pœ.ꝙ quidam.D.n.dixit. ꝙ ſi vna tantum ſentẽtia ligatus
ſit.ex plurib. cauſis ſimul ita ꝙ proferens ex nulla per ſe ligare in-
telligeret,tunc tenet abſolutio, niſi ſit talis cauſa ſuppreſſa, qua
expreſſa abſolutionem non obtinuiſſet.ſ̃.de offi. ord. ex parte.q̃-
uis quidam intelligant.ꝙ ibi eſt abſolutus,ſed in pœnam menda
cij mittitur ad Papam.Si vero pluribus excõicationib. aliquis excõ
municatus ſit,vel plurib. de cauſis vna ſententia, ita ꝙ pro vna
quaque per ſe intendit proferens excommunicatum ligare,tunc
neceſſe eſt,ꝙ ab omnib. abſoluatur & ſic loquitur hic & ĩ. c.offi-
cij[Satisfacere]ẽt in pecunia,quia actio fuit perpetuata. qđ dic,
vt no.ſ̃.e.ca.noſcitur.rñ.j.& c.cum deſideres. §. fi. No. tñ ſm d.n.
8 ꝙ†licitum eſt de crimine ſacrilegij agere ciuiliter,ſicut & de aliis
criminib.ad ſuum intereſſe. Item licet augeatur iniuria pp ſacri-
legium,non tñ introducitur actio iniuriarũ ex legib.vel ex cano
nib.qui induxerunt accuſationem de crimine ſacrilegij, immo
oĩa iura,quæ de ſacrilegio loquuntur, ſemper imponunt pœnas
ſpirituales,vel corporales,vel pecuniarias, & pecuniariæ fiſco ap-
plicantur.xvii.q.iiii.quiſquis.& c.ſeq.ſ̃.de pe.c.ii.& hic. & ff.ad l.
9 Iul.peculatus.l.iiii.§.j.& l.ſacrilegii.j.& ii.ſecundum do.no. †No-
mine autem fiſci quandoque intelligitur eccleſia, vt patet in eo,
qđ le.& no.in c.præmiſſis[Pro alia].ſ.cauſa excõmunicationis.

*S V M M A R I V M.*

1 *Excommunicatus ſi tempore mortis facit aliqua ſigna pœnitentię, an præſumitur contritus ita vt poſſit abſolui.*
2 *Tolerandi ſunt qui multa effundunt,dummodo vtilia dicant.*
3 *Eccleſia generalis ſimul congregata errare non poteſt.*
4 *Ligare qui poteſt,poteſt & ſoluere.*
5 *Abſoluere aliquis non poteſt,niſi ad minus ſit ſacerdos.*
6 *Eccleſiaſticum tanquam dignius trahit ad ſe ſeculare.*
7 *Eccleſia non iudicat de occultis,ſed ſoli Deo ipſa reliquit.*
8 *Viuo fortius eſt credendum.*
9 *Origenes poſt mortem anathematizatus fuit.*
10 *Conſiderandum eſt non quid ſit,ſed quid fieri debeat.*
11 *Legibus & non exemplis eſt iudicandum.*
12 *Papa non poteſt ſibi vſurpare religionem,quam non habet.*
13 *Crimina morte extinguuntur.*
14 *Hęretici etiã poſt mortẽ reconciliari poſſunt,ſi in eis ſigna pniæ apparuerint.*
15 *Corpus nunquam ligatur in ſententia excommunicationis,ſed anima.*
16 *Mortuus quare non baptizatur.*
17 *Impoſſibilium nulla eſt obligatio.*
18 *Abſolutio excommunicationis eſt fori pœnitentialis.*
19 *Oratio dicenda quando quis ab excommunicatione abſoluitur poſt mortem.*
20 *Abſolutionis forma ab excommunicatione.*
21 *Hæredes an teneatur ex delicto defuncti.*
22 *Hæredes tenetur votum defuncti adimplere.*

## C A P. XXVIII.

a A Nobis eſt. [In quo iudicia[a]] ver. puta, pe-
tiit ſe abſolui,iurauit ſtare man
1 datis eccleſiæ,†leuabat manus,& oculos ad cęlum,
percutiebat pectus,& ſimilia: quia forte loqui non
poterat.ar.ſ̃.de ſponſ.tuæ.& expreſſum.xxvi.q.vi.qui recedunt.&
c.præced.& trib.c.ſeq.[Nec per eum ſteterit] vnde non videtur
in culpa[Pro abſoluto]ver.j.q.[Sit]& dicas, ꝙ non quantũcũq;
contritus fuerit,quantumcunque ſe humiliauerit,vt ĩ.eo.§.j.ver.
vnde quantũcũque.& ver.ſi tamen[Et vtrum]ver.& eſt ſecunda
qõ[Recipienda]Huic qõni non reſpondet expreſſe, tu tñ dicas,
ꝙ non,niſi primo ab eccleſia fuerit abſolutus.ar.ſ̃.e.cũ deſideres.
ver.fi.& eſt expreſſum.ĩ.e.ſacris[Et a fidelib.]ver.hęc eſt tertia qõ.
cui non reſpondet,ſed tu reſponde,vt no.ſ̃.e.ver. proxi.& p eadẽ,
iura.¶[Nos igitur]ii.pars[Breuiter reſpondemus]immo ſatis pro
lixe,cum reſponſio duret ab hoc loco vſque in fi.capituli. ſed qa
vtiliter reſpondetur,ideo breuis reſponſio reputatur,& eſt ar.pro
2 illis,†qui multa effundunt, ꝙ tolerandum ſit, dummodo vtilia
dicant.ſimile.C.de vſufr.cum antiquitas. in fi.[Quòd iudicium
Dei veritati]quæ.ſ.veritas[Non fallit,nec fallitur] non eſt ergo vi
tioſum.xvi.q.j.ſi cupis[Innititur]quia oĩa nouit, anteq̃ fiant, &
nihil ei occultari poteſt.ſ̃.de ſimo.tua.in fi. cum ſuis concor. 24.
q.iii.Deus.de conſe.di.ii.plane[Iudicium autem]ver.[Eccleſiæ]i.
3 militantis.intelligas tu,ſpecialis,vel etiam Romanæ†generalis.n.
ſimul congregata nunquam errare poteſt.24.q.j. a recta fide. ſed
pro ſpeciali fide præſumitur, quouſque de errore probetur. ſ̃. de
frig.fraternitatis. §.nos tñ.& fi.& potiſſime pro Romana, vt pa-
tet in eo,quod no.ſ̃.de reliq.& vene.ſanctorum.c.j. dẽt aũt eccľia
inquantum põt diuinum iudicium imitari.xi.q.iii.reuera.& ar.ſ̃.
de priuil.ex ore.ſi tñ de errore poſſit fides fieri, non negatur etiã
apoſtolicæ ſedis ſententiam in melius poſſe commutari, vt pa-
tet in eo,quod le.& no.ſ̃.de re iud.cum olim.§.nos igitur.ſ̃.de re
ſti.in integ.tũ ex literis.§.j.ver. præſertim [Quam].ſ.opinionem.
eccleſia nempe quantum in ipſa eſt,nequaquã fallere dẽt, vt pa-
tet in eo,quod le.& no.ſ̃.de dona.per tuas.§.fi.in prin. ſed credu-
litas ſæpe fallit. Nam

*In medio vendi non eſt vola plena ſciendi.*

Ideoque opinio debet cedere veritati.vt ſ̃.qui fil.ſint leg.per tuas,
§.nos igitur[Propter quod]ver.ſ.quia eccleſia militans opinionẽ
ſequitur[Contingit interdum]& c.vt 24.q.iii.ſi quis non recto.j.
c.ii inquiſitioni.ſ̃.de purga.vulga.c.ii.vnde & ſæpe fallitur, vt ibi,
& ſ̃.de re iud.lator.& c.conſanguinei.35.q.ix.§.his ita[Innodat[9]]
eſt tñ ſemper rĩr tenenda ſententia eccleſiæ & tremẽda,alioquin
ꝯtẽnens ẽt ſm Deum ligatur.xi q.iii.c.j.& §.ſi ergo.& §.cũ ergo.
& no.ĩ.e.ſacro[Vinculum ergo]ver.[Ligatus eſt] .i.obligatus ad
faciendum,vel.i.quo Deus ligat peccatorem[Remiſſione]quod
per contritionem fit.de pœ.di.j.quantuſlibet.& c.pęnitet [Diſſol
uitur]ſed hoc non ſufficit eccleſiæ militanti, vt patet in eo,quod
no.ĩ.e.ver.ſi tñ[Illud autem]ver.ſ.vinculũ[Quo ligatus eſt].ſ.pec
cator[Apud eccleſiam].ſ.per peccatum mortale ſententia diffi-
nitiua dãnationis ſecuta,& hoc dupliciter videtur .ſ. vnum iudi-
4 ciale,& ab hoc regulariter†qui poteſt ligare, & abſoluere.xxi.di.
5 inferior.Aliud pœnitentiale,& ab hoc non põt aliquis†abſolue
re,niſi ſit ſacerdos ad minus,vt hic ſequitur,& probatur.ſ̃.ti.j.oĩs.
ĩ.c.nuper.& c.ꝙ in dubiis.& c.canonica. quantumcunque neceſ
ſitas immineat.ſ̃.de ſepul.c.fi.& no.ſ̃.e.non dubiũ. & de off.ord.
paſtoralis.§.j.ver.adiicimus.& hæc duo in ſententia excommu-
nicationis concurrunt,vt hic patet; hic tñ eſt ſubtiliter aduerten
dum,ꝙ quicunque iudex eſt,poteſt rĩr excõicando vtrũq; firma-
re vinculum,adeo ꝙ de cætero non erit communicandum, ſic
ligato,donec per ſacerdotem eundem,vel alium presbiterum de
mandato eiuſdem iudicis, vel ſuperioris ſui ſm formã eccleſiæ
fuerit abſolutus, quantũcũque igitur idem iudex extra forũ pœ-
nitentiale ſic excommunicatum abſoluat,a iudiciali tm̃ & nõ a
pnĩali vinculo intelligitur abſolutus. Eſt & alia rõ, quia non hõ
hanc ſententiam profert,ſed potius Deus per hominem,cui hãc
poteſtatem dedit. xi.q.iii.nemo.j.Iuſtum ergo dignum, & æquũ
eſt,ꝙ a tali nemo poſſit abſoluere,niſi Deus,vel eius vicarius.i.ſa-
cerdos,qui ſolus,& non inferior habet clauium poteſtatem.arg.
in eo,quod le.& no.ſ̃.de ſum.Tri.c.j.§.vna vero eſt.& ſ̃.ti.j.noua
quædam.Sicut & Papa ſolus, vel is, cui ſpecialiter hoc cõmitit,
habet cognoſcere de ſententiis ab eo ex certa ſcientia confirma
tis,vt patet in eo,quod le.& no.ſ̃.de confir.vti.ca.j.& ii.& de iudi.
cum veniſſent. Hoc igitur teneas ꝙ poſtquam aliquis excõicat[9]
eſt,abſolui non poteſt,niſi per iudicem ſuum in eo in quo excõi
catus eſt,qui & ſacerdos ſit,vel per alium ſacerdotem de manda-
to ipſius.& ſic intelligatur.ſ̃.de ſimo.ad aures.vt & ibi no.& ar.j.
e.cum illorum.§.ſi vero clauſtralis.in prin.& adde quod no. ſ̃.de
iudæis.ita quorundã.in fi.His tñ vĩr obſtare tria iura.ſ.ſ̃.de reſcr.
ab exc.& de ele.dudum.ii.§.tandem.& de offi.dele.c.fi.§.fi.Sed re
ſponde.prout in ſingulis eorum no.& in hanc ſententiam vĩ de-
clinare.d.n.vt patet in eo,quod no.ſ̃.de conſuetu.quanto. rñ.j.ſu-
per ver.confirmationis.cum ſuis remiſſionib. pœnitentiali vero
per presbiterũ,vt dixi,relaxato,canonice intelligitur.relaxatum,
& iudiciale,non ſic econuerſo,& ſic in hoc caſu iudiciale pœni-
tentiali ſubeſt.non econuerſo,ſubeſt inquam intantum, ꝙ quã-
tũcũque iudiciale ſoluatur,nunq̃ tñ eſt cõicandum ligato,donec
a pœnitentiali canonice fuerit abſolutus, ratio eſt euidens. cer-
tum eſt.n.ꝙ a peccato mortali. propter quod ſolum hæc ſenten
tia ferri dẽt.xi.q.iii.nemo epiſcoporũ,nullus poteſt abſoluere,ni
ſi ſacerdos ſit.ſ̃.ti.j.oĩs.Cum igitur excõicatur quis,iudicialis ſen-
tentia a peccato cauſatur, & ideo non eſt mirum,ſi tm̃ a ſua cã
efficitur, & eius naturam ſapiat, cui & quodammodo ſuccedit.
ar.ſ̃.de voto.magnæ.§ cum igitur. ſed & vtrunque forum ſimul
6 miſcetur,in quo caſu ſicut † eccleſiaſticũ tanq̃ dignius trahit ad
ſe ſeculare.ſ̃.de or.cog.tuam.ſic & pœnitentiale contentioſum.
ar.ſ̃.de ꝯſecr.eccl.ꝙ in dubiis: non tñ adeo quin & pœnitentiale
iudicem ſuũ requirat,nam & hoc vtrique naturaliter ineſt. vt ĩ.
Probantur hæc in eo,quod le.& no.ſ̃.e.cum deſideres. §.j.& §.fi.
Quantũcũque igitur reconcilietur quis.per ſacerdotem in pnĩa,
non ideo minus põt in iudicio iuſtitiam ſuã proſequi, vt patet.
ii.q.iii.§.hinc autem colligitur.33.q.ii.admonere.& in eo qđ no.
ſ̃.de ſchiſma.c.ii.[Remittitur]i.abſoluitur per ſacerdotem in cõ-
feſſione[Relaxatur].i.diſſoluitur[Quod in ſuſcitatione]ver.[La
zari]xi.q.iii.tunc vera.[Euangelicus]Io.xi.c.[Quem].ſ.Lazarũ.
[Suſcitauit]& ſic abſoluit eum a vinculo, quo ligatus erat apud
Deum.vel a vinculo iudiciali non pęnitẽtiali[Et apoſtolis] ver.
tanq̃ ſacerdotib.[Soluere]a pœnitentiali.ſ.vinculo. innuens per
hoc,ꝙ antea non ſit cõicandũ peccatori excõicato, quantũcũ-
que per iudicem non ſacerdotem fuit abſolutus,ſic & dẽt facere
officialis,ſiue alius iudex,qui claues non habet pœnitentiales, vt
ſ.dicat abſoluto per ipſum, vade, & oſtende te ſacerdoti. nam &
anteq̃ per ipſum abſolutus fuerit,non eſt communicandũ eidẽ,
vt ſequitur[Vnde]ver.ſubaudi ex præmiſſis ſequitur[Quod quã-
tũcũque ſe quis]ſubaudi excommunicatus [Sacramento] alias
iura-

A D D I T I O.

a ¶Iudicia.Adde ꝙ ad probandum ſigna,de quib. in hoc tex.ſufficit vnus teſtis, vt hic dicit apoſt. ad Pan.poſt Ray.in Sum.de ſepul.prope prin.



iuramento[Præceſſerint]q.d.quantũcũque contritus fuerit[Si ta
men]ver.[Non potuerit]a ſacerdote ſuo proprio, vel etiã a quo-
cunque alio,ſi erat in mortis articulo conſtitutus.ſ̃.e.non dubiũ.
cum ſuis ꝯcor.quinimmo & a laico ſm quoſdã.ar.de pœ. diſt.j.
quẽ pęnitet.de conſe.di.iiii.ſanctũ eſt. vbi laicus abſoluit in extre
ma neceſſitate ꝯſtitutum: quem ep̃s abſoluere debuit viuũ & ſa-
nũ.l.di.in capite.Nobis tñ vĩ,ꝙ nulla neceſſitas põt minori ſacer
doti dare poteſtatẽ clauiũ ordinis,quẽ non hẽt.ar.ſ̃.de ꝯſec. eccl.
aqua.ſ̃.de ꝯſuet.quanto.§.fi.ſ̃.de ſum.Tri.c.j. §.vna eſt.ad fi.valet
tñ abſolutio talis ad euidentia ſigna pœnitentiæ oſtendenda, qa
veriſimile eſt,ꝙ ille,qui a laico abſolutionẽ recipit,libentius reci-
peret ipſam a ſacerdote,ſi ipſũ poſſet hr̃e,iõ ẽt dẽt ei eccleſia ſub-
uenire poſt mortẽ,vt ſequitur,& ar.ſ̃.de off.ord. paſtoralis.§.præ-
terea.ver.ad quod dicimus [Credatur] xxvi.q.vj.ſi qs.alias ſi aliqs
7 fuerit mortuus [Nondum tamen &c.]†Eccleſia nempe non iu-
dicat de occultis, ſed ſoli Deo ipſa relinquit. ſ̃. de ſimo. alias ſi-
cut tuis.in fi.& c.tua.in fi.Sed & quantumcunque peccator ſe hu
miliauerit,quantũcunque contritus fuerit,adhuc requirit eccľa,
ꝙ ex quo peccator eſt excommunicatus, nunquam admittatur
ad communionem,quouſq; fuerit ſecundum formam ſolẽnẽ,
q̃ ſtatuit,abſolutus,ſiue agatur de viuo,quod patet in eo, qđ leg.&
no.ſ̃.e.cũ deſideres.§.nec ep̃s.& §.fi.ver.fin.ſiue de mortuo.vt hic.
& ĩ.e.c.§.pe.& adde quod no.ſ̃.de reſt.ſpo.literas. §. pe.& eſt rõ,vt
cenſura eccleſiaſtica magis timeatur,& in maiori reuerentia ha
beatur.ar.extra d.n.de exce.pia.li.vi.ſ̃.de priui.vt priuilegia.§.i.ver.
pe.& vt ſicut culpa per ſententiam publicata eſt ſolẽniter,ſic & p
ſolẽnẽ abſolutionem reconciliatio publicetur.ſ̃.eo.c.j.& c.q̃ſitũ.
xi.q.iii.debent.& vt oſtendat eccleſia ſe in offenſionem ſpõſi ſui.
ſ.Chriſti grauiter fuiſſe læſam. Nec mireris,ſi maior ſolẽnitas re
quiratur in abſolutione,q̃ in ligatione.Nam & homo ligatur in
momento,& ſic de facili per peccatũ,non tñ ſic de facili ſatisfa-
cit,immo longa pœnitentia requiritur, antequam ad plenũ re-
concilietur,vt patet.lxxxii.di.presbiter. Igitur cum excõicatio pp
mortale peccatum tm̃ ferenda ſit.xj.q.iii.nemo epiſcoporum.Si-
cut eccleſia requirit confeſſionem peccatoris quantũcunque oc
culti,ſaltem occultam & ſacerdotis reconciliationẽ pp peccatũ,
quod ꝯmiſit ante excommunicationem latam,vt patet in eo,qđ
le.& no.ſ̃.ti.j.oẽs.Sic multo fortius, ex quo peccator pp peccatũ
ſuum excõicatus eſt, publicam ꝯfeſſionẽ, & ſolẽnẽ ſacerdotalẽ
reconciliationem requirit,anteq̃ cõicetur eidẽ. 26.q.vi. his qui in
tpe.& c.præced.ſiue mortuo,ſiue viuo,prout hic probatur, & ſe-
quitur,& ĩ.e.c.j.§.pe.vbi de hoc.ac ſuperi[9] eſt notatũ Per hęc ẽt,
& per illa, quæ ſuperius, & inferius no. elici põt, ꝙ hic fallit rľa
illa,qua dici ꝯſueuit,qui põt ligare,poteſt & ſoluere.ſ̃.de maio.&
obe.cum inferior. Officialis nẽpe ep̃i nõ ſacerdos põt excõicare,
& tñ non põt abſoluere ſm prædicta,& eſt rõ, vt colligitur ex p̃-
miſſis,ex qb.& conuinci põt & alia rõ hæc,qa excõicare iuriſdi-
ctionis ſolius eſt,abſoluere vero non ſolũ iuriſdictionis, ſed & fo
ri pœnitentialis, vt & no.ĩ.e.§.pe.& ſic mixtæ naturæ ſunt, vnde
ipſa vi relinquitur,ꝙ aliud iuris eſt in vno, q̃ in alio, vt & probãt
in Summa. e.ti.§. quis poſſit ab hac ſnĩa.ſub.§.ſed quis abſoluet
regulares.ver.ſed nunquid ſi clericus.& ſeq. & in hac eadem opi
nione fuit.d.n.vt no.ĩ.e.cũ illorũ.§.j.ver.eorum.in prin.[Põt tñ]
ver.[Ipſius].ſ.mortui excõicati,ſed pœnitentis, & ꝯtriti [Per eui-
a dentia ſigna]qđ dic,vt no.ſ̃.e.c.in prin.[Conſtiterit] per teſtes[a] q
interfuerunt,qui & poſt mortem excõicati, de hoc teſtificantur.
8 Defuncto &c.]Hoc iõ dicit,qa†viuo multo fortius eſt medẽdũ.
vt 26.q.vi.ſi qs de corpore. & quatuor c. ſe. [Nec ob.] ver.in quo
facit antipophoram[Legitur attributa]24.q.j.quodcunque.ſ̃.de
ma.& obe.ſolitæ.§.pe.in fi. [Super terra &c.]qa illud locũ habet
quo ad eccleſiam triũphantem,& ſi de vera abſolutione q̃ratur.
Porro hoc põt quo ad eccleſiam militantem & declarantem,aľs
declarandam abſolutionem a ſummo ſacerdote in contritione
factum fuiſſe,antequam declarationẽ per iudicẽ ſuũ factã diſtri-
cte eſt ſeruanda ſententia ab eccleſia militante.xi.q.iii. c.j.& ar.ſ̃.
de ap.ſolicitudinem.§.ſi vero notorium.& eſt expreſſum.ĩ.eo.ſa-
cris.vbi de hoc.& hæc eſt ſola,& vera ſolutio huius antipophorę
ſm d.H.Card.Quicquid.d. Inn. dicat infra poſt mortẽ ẽt quantũ
ad veritatem abſolutionis,vel ligationis perfectæ,abſolutio, vel li
gatio eccleſiæ nihil penitus operatur,vt patet.xxv.di.quaľ.[Et qđ
legitur]ver.[Et]repete non obſtat[Quod legitur]24.q.ii. c.j. & c.
ſane.ſ̃.de ſepul.ſacris in prin.[Non eſt cõicatum]quia ſic eſt in
telligendũ,& ſupplendum,ſubaudi nec cõicari debuit,vt ſequitur
[Cum & ſi]ver.[Non contemptus]de con.di.iiii. baptiſmi vicẽ.
ex quo canone ſumũtur hæc verba[Neceſſitatis]ſi.ſ̃.de ꝯſue.quã-
to.§.fi.& ſic ſoluit obiectionem proxime præmiſſam [In certis]
ver.& ſic ſoluit oppoſitionẽ ſupra factam.ver.nec ob. [Denota-
tis]Soluit.n.poſt mortem Ioannem & Flanianum epiſcopos Cõ
ſtãtinopolitanos,qui fuerant de hæreſi ꝯdẽnati.Et ꝯdẽnauit poſt
mortem Cecilianum,& ſequaces ſuos, & multos alios, qa iudi-
9 cium non tm̃ de viuis,ſed ẽt de mortuis fieri ſolet. Vñ &†Orige
nes poſt mortem anathematizatus fuit, ſicut hæc & multa alia
exempla placent.24.q.ii.ſane profertur.Quidam tñ doctores Ori
genem excuſant dicentes, ꝙ hr̃tici ad obfuſcandũ præclarũ no
men ſuum interſeruerunt hr̃tica libris ſuis. Poſt mortem igitur
10 legitur ligaſſe eccleſia,& ſoluiſſe.Sed ꝯ.qa †non qd fit,ſed qd fieri
11 debeat ꝯſiderandũ eſt.ſ̃.de ele.cũ cãm quæ.§.qa igitur. Nec† eſt
exemplis,ſed legib.iudicandũ.C.de ſen.& inter.om. iudi. nemo.
12 †Nec Papa põt ſibi vſurpare iuriſdictionem,q̃ non hẽt.ar. ſ̃.e.a
nobis.So.hæc authoritas ſic eſt intelligenda. Quicquid ſolueris
ſuper terrã.i.q̃diu fueris ſup terrã.& te mortuo ad ſucceſſores de-
uoluitur hęc poteſtas.xxj.di.in nouo.22.di.c.j.vel qđ hic dicit[Li
gaſſe,& ſoluiſſe]Expone.i.ligatos,& ſolutos denuntiaſſe.ſm d.n.
& hic eſt verus intellectus,vt patet in eo,quod no.ſ̃.e.ver.nec ob.
Hoc tñ notandũ,ꝙ rĩr ſi agatur ꝯ perſonam, vel de perſona tm̃
13 perimenda,poſt mortẽ de hoc q̃rit non dẽt, qa † crimina mor-
te extinguuntur 23.di.quorũdã.C.ſi reus vel accu.mor.fu.l.j.& ii.
Fallit hoc in hr̃ſi,vt hic,& in d.c.ſanæ.Si vero agitur pp bona, ẽt
poſt mortem de hoc quæri põt.C.ſi.pen.ap.mors interue.l.q̃uis.
& ſ̃.de arb.ex parte.§.fi.Vbi q̃ritur de electione poſt mortẽ vnius
electorũ,vt ſciatur,an ſuperſtes ius habeat,vel non. Sic & de mr̃i
monio poſt mortẽ q̃ritur pp bona,vt le.& no.ſ̃.q fil.ſint le. cãm
q̃.& c.peruenit.ſ̃ de clãdeſti.deſpon.cũ inhibitio.§.ſi qs vero.¶Ve
aũt]iii.pars[Et ſeruemus &c.]ſi.ſ̃.de pur. ca. inter ſolicitudines.
§.j.& ver.& ſeruantes.& ſ̃.ti.j.oĩs.§. ſacerdos[Rigorẽ] In hoc ſer-
uatur rigor,ꝙ a ſuo iudice & non ab alio eſt abſolutio facienda,
vt ſequitur.In hoc aũt manſuetudo oſtẽditur,qa nedũ viuus, ſed
ẽt mortuus per aliũ q̃ per ſedem apoſtolicam reconciliatur.vt ĩ.
ver.aliorum.Contra illũ rigorem,de quo le.& no.ſ̃.de rap.c.ii.qđ
dic,vt ibi no.[Statuimus]ver.[Requiratur]Et nõ ab alio, & hoc
eſt ſeruare rigorẽ,vt præmiſit[Ab ea].ſ.ſede ap̃lica qa excõicatus
fuerat ab eadẽ,vel excõicatũ ab ea ſcienter receperat ad diuina.ſ̃.
e.ſignificauit.Vel quia in clericum,vel aliquã perſonam religio-
ſam manus iniecerat violentas.ſ̃.e.parochianos.& c.porro. Sed
quare non abſoluitur a quolibet ſacerdote,ſicut & in mortis arti
culo conceditur,vt ſ̃ e.non dubium?Rñ.qa poſt mortẽ nõ eſt in
mora periculũ,ſicut qñ quis infirmatur.ſm d.n.Et qa poſt mor
tem quantum ad veritatem abſolutionis talis recõciliatio nihil
operatur.Nec ex vi clauiũ aliquid de pęna remittitur, ſicut & qñ
quis infirmatur[Aliorũ aũt]ver.[Ex p̃miſſa cã].ſ.qa iudicia ma-
nifeſta apparent[Cæteris]ep̃is tm̃.ar.in ſe.gl.& xxvi. q.vi.c.presbi
teri.& c.Aurelius.& c.fi.& ſ̃.de of.archipresbiteri.c.fi.§.fi.[Indul-
gemus].i.indultũ eſſe oñdimus.ſm quoſdã. ſi. ſ̃. de iureiur. & ſi
Chriſtus.§.fi.Vel ideo hoc dicit,vt innuat,ꝙ iſte caſus tanq̃ ſolẽ-
nis & de cauſis maiorib.fuerat ſedi apoſtolicæ retinẽdus. ar.ſ̃.de
tranſla.epi.c.j.in prin.& eſt rõ, qa cũ magna cautela & diſcretio-
ne eſt de talib.inquirendũ.& qa hoc eſt quaſi hominẽ ſanctifica
re,nã ſi vere abſolutus eſt,ſanctus eſt. Talia aũt ad ſedẽ ap̃licam
tm̃ ſpectant,vt patet.ſ̃.de vener.ſanc.c.j. in fi. & his ꝯſideratis dic
proprie indulgemus,& hæc eſt manſuetudo,de qua tetigit. ſ̃.e.§.
in prin.[Abſoluendi]Et non ab alio,& in hoc ſiľr rigor ꝯſiderat̃,
ꝙ nõ ab alio,ſed nec idẽ hr̃ticos abſoluere poſt mortẽ ſm quoſ-
dã quantũcũque pœnitentiam petierint.ar.25.q.vi. his q in tpe.
14 Sed d.n.ꝯdicit, ꝙ ſi in eis ſigna pœnitentiæ apparuerint.† ẽt poſt
mortem reconciliari poſſunt,& debent.xxvi.q.vi.q recedunt.& c.
ſe.de cõ.di.iiii.ægrotantes.& de hoc not.ſ̃.de hære.excõ.j. §.ſane.
Nec ob.c.his q pro aliis allegatum: qa finis ipſius nõ reſpicit pro
xime poſitũ,ſed principium.c. vbi dr̃,ꝙ ſi ẽt aliqui in mortis arti
culo conſtituti velint ꝯfiteri,recipienda eſt eorum ꝯfeſſio.Tũc.n.
eſt dr̃ia inter hr̃ticos & alios,qa ẽt tunc hæretici non reconcilia-
buntur,niſi cum ſolennitate illa,de qua legit̃.j.q.vij. quoties.& c.
ſaluberrimũ.& c.ꝯuenientib. Vbi vero iam mortui ſunt, non eſt
differentia,qa vtriq; recipiuntur,dummodo certa ſigna pnĩæ ap-
pareãt.Lex.n.quæ ẽt in hæreticis aliud ſtatueret,inhumana eẽt.
ſm d.n.& ꝙ hæretici recõcilientur poſt mortẽ, legitur expreſſe.
24.q.ii.ſane profertur.¶Abſolutionis]iiii.pars.ſubaudi in hoc ca
ſu[Forma]Aliter non eſt communicandum eidem,vt no. ĩ.eo.
§.j.ver.ſi tamen.& probatur.ĩ.e.per tuas.rñ.j.vbi de hoc.Sed nun
quid baptizabitur mortuus,ſi hoc q̃ſiuit viuus?Rñ.non,& eſt rõ,
qa p baptiſmũ character ĩfigitur aĩæ, quæ ſeparata eſt a corpore,
& quæ baptiſmũ ſuũ habuit flaminis.ſ̃.de baptiſmo debitũ. Per
abſolutionẽ vero excõicationis nullus character aĩæ infigitur,
immo & poteſt eſſe, ꝙ non erat excommunicatus quantum ad
Deum & animam,ſed tm̃ quantum ad eccleſiam & corpus, vt
patet in eo,quod le.& no.ſ̃.c.§.j.ver.j.ſecundum do.no. Tu dicas,
15 ꝙ † corpus nunq̃ ita ligatur excõicationis ſnĩa, ſed aĩa tm̃,vt pa-
tet in eo,quod le.& no.ſ̃.e.de reb.eccl.non alie.ſi qs presbiterorũ
16 Rõ vero diuerſitatis,quare† mortuus non baptizatur,& tñ abſol
uitur,in prõptu eſt hæc.ſ.qa ſi non baptizatur, nullum periculũ,
nullum ſcandalum imminet,cũ iam baptizatus ſit apud Deũ,vt
patet in eo,quod le. & no.ſ̃.de bap. debitũ . & de presbitero non
bap.c.ii.Immo ſi baptizaretur, horrorem induceret, ac ſcandalũ
& errorem poſſet inducere, quod per abſolutionem, in qua nec
horror

A D D I T I O.

a ¶Adde hic videndum apoſt.ad Pan.in prin.vbi dicit,ꝙ ſufficit vnus teſtis.

horror imminet,remouetur. Sed & hæc forma ſeruanda eſt, vt
cenſura eccleſiaſtica magis timeatur:quod dic,vt not.ſ.e.§.j.ver.
ſi tamen.Sed qualiter poteſt ſeruari forma,mortuus.n.iurare nõ
põt,& tñ nos dicimus,ꝙ de ſubſtantia formæ eſt iurm,vt no.ſ.e.
cum deſideres.§ j.ver.nec eps.& j.e.ca.pen.& fi. vbi eſt hoc quaſi
expreſſum. ꝯ q̃ opinionem hæc lr̃a expreſſa vr̃. Ad quod rñdeo
multis modis. Primo põt dici, ꝙ hic non traditur gñalis forma
abſolutionis viuorũ,ſed mortuorũ tñ, de quib. in præcedentib.
eſt locutus,& ꝙ in tali caſu ſpãle eſt, vt valeat abſolutio ſine iu-
17 ramento facta.& eſt rõ ſpãlitatis, qa † impoſſibiliũ nulla obliga-
tio.ff.de reg.iu.l.impoſſibilium.22.q.ii.faciat.ſ. de pac.ca. fi.Scđo
põt dici,ꝙ ſicut hæres ſatisfacere cogitur, vt j. §. j. ſic & nomine
mortui iurare cogetur,& loco ipſius verberabitur. ar.ff.de proc.
ſed hæ perſonæ.§.defendere.& l.non ſolũ.rñ.j. ff.de interro.act.ſi
defenſor. Quòd ſi iurare non vult,admitti poſſet quicunque de-
uotus,& pius chriſtianus.ar.ſ.de frig laudabilem.ſ.qui ma.accu.
poſſ.vr̃.Sed & ſi nullus talis inueniatur,non pp hoc dẽt abſolutio
impediri,ex quo nec aliud põt fieri,vt ſ.no.[Tertio, quod melius
& verius eſt,dico,ꝙ hæc abſolutio quãtum ad veritatẽ nihil ope
ratur,vt no.ſ.e.§.j.ver.nec ob.vnde non eſt mirũ, ſi non iuretur.
Si quæras,quare ergo in aliis forma ſeruatur?Rñ.vt ſemper cenſu
ra eccleſiaſtica in maiori reuerentia habeatur. Fit ẽt hæc abſolu
tio,de qua hic loquitur,ad conſolationem viuorum potius, q̃ ad
expiationem defunctorũ.xiii.q.j.tps.& c.pro obeũtib.& le.& no.
ſ.de cele.miſſ.cum Marthæ.§.fi.& pp hoc non eſt vis,vtrũ iuret,
vel non,in hoc caſu.Sed nunquid exhumabitur corpus, ſi in cę-
miterio eccleſiæ ſit ſepultũ?Dicas, ꝙ non.ar.ff.de rei ven.quædã.
Niſi forſan & alia rõ ſubſit,licet ſit ar.ꝯ.ſ.de ſepul. ſacris. §.j.Sed
ſi alibi ſepultum eſſet,tunc deberet exhumari,& abſolui ab eccle
ſia,cum iam quantum ad Deum abſolutus intelligatur.arg.xj.q.
iii.tunc vera.& poſtea in cęmiterio ſepeliri.ar.in præalle.c.ſacris.
& j.e.ſacris.ad fi.[Pęnitentiali pſalmo].ſ.Miſerere mei Deus. Pa-
18 tet igitur,ꝙ†abſolutio excõicationis fori pœnitentialis eſt:quod
dic,vt no.ſ.e.§.j.ver.ſi tñ.ad fin.[Oratione dominica] .ſ.pater nr̃.
19 [Quam alia conſueta] † .ſ. Deus cui proprium eſt miſereri ſem-
per & parcere,ſuſcipe deprecationẽ noſtrã, & hunc famulũ,quẽ
excõicationis cathena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis abſol-
uat.Vel Præſta quæſumus dñe huic famulo &c. ſicut hæc oratio
ponitur de verbo ad verbũ.xi.q.iii.cũ aliquis.Si vero quæras, quæ
20 †forma circa viuorum abſolutionẽ generaliter ſit ſeruanda? Rñ.
primo dẽt ſacerdos ſacramentũ exigere de ſtando mandatis ec-
cleſiæ.ſ.e.ex tenore.§.j.& c.de cætero.§.j.Niſi qñ excõicatus mor
tuus eſt,vt hic.Vel hæres iurat in hoc caſu.vt ſ.& j.no. Secundo
ſequitur pſalmo & kyrie eleyſon,& pater noſter, & ſaluũ fac do-
mine,& prædicta oratio. Tertio dicat ſacerdos. Authoritate Dei
& beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli,& eccleſiæ, nobis
commiſſę abſoluimus te a vinculo excõicationis,ſi quo teneba-
ris aſtrictus,& reſtituimus te cõioni hominũ & eccleſiæ ſacris.
& ſic ſeruata hac forma,ſaltẽ qñ ſeruari põt,puta,qñ excõicatus
viuit,dẽt ipſum apprehenſa manu dextera in eccleſiam introdu
cere.& hæc reconciliatio non per minorem preſbitero.tñ p vni-
cũ & ſimplicem ſacerdotem fieri põt, qñ non eſt anathema ſo-
lẽne. Alioquin vbi quis anathematizatus eſt, certo preſbiterorũ
numero ſimul iuncto,puta.xii.:cum eadẽ ſolẽnitate eſt abſoluẽ-
dus,& vii.pęnitentiales pſalmi sũt dicendi. & ſicut ſolẽniter fuit
ligatus,ſic & ſolenniter abſoluatur.ar.in eo quod le.& no.ſ.ti.j.qſi
tũ.quod dic,vt le.xi.q.iii.debent.& c.cũ aliquis. Hoc tñ qđ dixi de
apprehenſione manus,& introductione in eccleſiam, hodie de
generali conſuetudine vix ſeruatur. Patet ergo, ꝙ talis a minori
preſbitero abſolui non poteſt,& ꝙ forma ſeruanda eſt in abſolu
tione.ar.j.e.c.cum illorum.§.fi.quod dic,vt no.ſ.e.cum deſideres.
§.j.in fi.& j.c.j.§.in ſecundo.& §.pe.Sed & notandũ,ꝙ talis verbe
rari conſueuit,dum dr̃ pſalmus,& preces,& orõ, quod & ſeruan-
dum eſt.ar.ibi & hic.& ẽt oſſa,& corpus defuncti,ſi ſint ſuper ter
ram,vel ſepulchrũ, ſi ſepultum ſit poterit verberari,ſicut & aſper
gitur aqua ſacra. & hoc de conſuetudine qdã ſeruant,& ex præ-
miſſis ſatis patet,ꝙ in precib.quas fecit ſacerdos,anteq̃ excõicatũ
abſoluat,vt no.ſ.e.gl.ver.ſecundo quæritur.Nõ intelligitur ei par
ticipare in oratione ꝯ iura,ẽt ſi ipſe excommunicatus rñdeat, qa
non fiunt hæc in fauorem carnalẽ,ſiue tpalem excõicati,vt in ſe
cib.ſuis remaneat,ſed potius in fauorẽ aïæ, & ſpiritualis reconci-
liationis, vt ad eccleſiam redeat, ergo talis ſacerdos in hoc non
peccat.ar.j.e.cum volũtate.xxiii.q.iii.qui peccat.¶[Hæredes] v.ps.
[Ad ſatisfactionem].ſ.perficiendam,& per conſequens ad ſacra
mentum præbendum,& etiam verbera toleranda, vt no. ſ.§.p-
xi.cum & hęc pars ſatisfactionis ſit. Nam hoc ſpectat ad ſatisfa-
ctionem eccleſiæ generalis, cui ſatisfaciendum eſt, vt le.& not.ſ.
e.cum deſideres.§.fi.[Compellantur]Hic habes expreſſum,quòd
21 †hæredes tenentur ex delicto defuncti, & ſi nihil ad eos peruene
rit.ad idem.ſ.de rapt.in literis.ſ.de ſepul.c.fi.quod dic,vt ibi no.&
hoc eſt verum,qñ defunctus pœnituit,vel ꝯtritus fuit,vt hic. &
ibi dr̃.Quid ſi non pœnituit?Nihilominus tenetur hæres reſtitue
re rẽ illicite acquiſitã,quia res tranſiuit cum onere ſuo. ſ.de ꝯhẽ.
emp.ex lr̃is.ſ.de reſt.ſpo.ſæpe.& ego ſum Deus zeloſes &c.j.q.4.
22 §.e contra dñs ad Moiſen.& ſeq.†Sed & tenetur hæres votum de-
functi adimplere,vt le.& no.ſ.de voto.licet.§.j. & ij.

*SVMMARIVM.*

1 *Laicus in quo caſu non abſoluitur citra ſedem apoſtolicam.*
2 *Non refert an de bono malum,an de malo deteriorem feceris.*
3 *De conſilio fraudulento quis tenetur.*
4 *Cum excommunicato nemo debet orare.*
5 *Iure qui vtitur ſuo non dicitur iniuriam committere.*
6 *Lauare non licet in balneis cum excommunicato.*
7 *Excommunicatio non tranſit in tertiam perſonam.*
8 *Excommunicato non eſt mortalis,ſed medicinalis.*
9 *Ad pœnam quod prouiſum eſt,non debet trahi ad gratiam.*
10 *Remiſsiones fauorabiles quare reſtringuntur.*
11 *Indulgentiæ indiſcretæ plerunque ſunt ideo reſtringuntur.*
12 *Obligatio ex poſt facto augeri non poteſt.*
13 *Excommunicatur nemo qui non ſit monitus, nec citatus.*
14 *Sententiæ excommunicationis forma.*
15 *Excommunicatus tam minori,quam maiori excommunicatione poteſt abſolui a proprio epiſcopo.*
16 *Papa in quibus caſibus retinet ſibi abſolutiones.*
17 *Epiſcopi vbi diſpenſatio non eſt inhibita poſſunt diſpenſare.*
18 *Prohibitum quod non eſt, videtur conceſsum.*
19 *Iuramentum eſt de ſubſtantia formæ abſolutionis.*
20 *Excommunicatus minori tantum,non reſtituitur ſine ſolenni reconciliatione.*
21 *Sacerdos ſimplex poteſt abſoluere,ſic & ligare.*

## CAP. XXIX.

NVper a nobis. [Faciendum] Huic qõni
reſpondetur.j.e.§.nos igit.
[Detrudunt]etiam ſine iniectione manuum vibran
tes forſan gladium ſuper caput ꝯminantes mortem,
niſi intrauerint carcerem,vel turrim, vel aliam domum carceri
ſpãliter deputatam,ad hoc.ſ.quod me.cau.c.j.& c. ſacris. & hoc
intelligendum,qñ fit iniuria clericis. Alioquin ſi forſan inimici
clerici tiranni & potentes ſuperuenirent, & ab aliquo probo vi
ro vno,vel plurib. intruderetur, & violenter, ad hoc ne inimici
ipſius eum interficerent,non eſſent hi qui hoc facerent,excom-
municati,quia non iniuria irrogatur,ſed ſalus potius procuratur
ſecundum d.n.ar.xlv.di.cum beatus.ff.de lib.ho.exhi. l.iii. §.ſi qs
eũ.& §.ſi quis volentem.ff.de neg.geſt.ſoluendo.[Et vtrum]ver.ſe
cunda qõ cui reſpondetur.j.e.§.in ſecunda[A ſimplici] Rñ.nõ,
niſi proprio,nec ab illo indiſtincte,ſed cum diſtinctione,vt ſequi
tur.j.e.§.in primo.& §.in ſecundo.& ſe.Hinc arguo,ꝙ ſi a ꝓprio
ſacerdote indiſtincte abſolui non põt, multo minus ab aliquo
nõ ſacerdote[Vel epi]ver.ſic poſt mortem vt patet in eo,qđ not.
ſ.c.prox.§.vt aũt.ver.fi.¶[Nos igitur]ii.pars[In primo] propoſito.
ſ.e.c.in prin.[Eorum].ſ.laicorum[Corporalis læſio].i.ſi quis p ipos
laicos clerici non fuerint corporaliter læſi,quia nec in ipſos ma-
nus aliquatenus iniecerunt.In talib.n.iniuria potiſſime attẽdit.j.
e.contingit.j.& animus potius,q̃ factum,vt patet in eo, qđ leg.&
no.ſ.e.c.j § j.Sed nec refert,an aliquis in compedib. ſeu parietib.
teneatur inuitus.ff.quib.ex cau.ma. ſuccurritur. Nec multũ dif-
fert a ſpecie ſeruitutis,cui libertas recedendi non datur. ff.de lib.
ho.exhi.l.iii.Quòd ſi quis ſpuat in faciem clerici,non tamẽ alias
manus iniecit,nunquid eſt excõicatus?Dicas,ꝙ ſic.ar.hic & in p-
dictis iurib.& de hoc no.plenius in Summa.e.ti.§.qualiter proſe
ratur.ſub.§.quid ſi aliquis ſpuit.& ſeq.[Subſecuta]Et idem eſt ex
1 quantacunque leui manuum iniectione.Et eſt ar. † ꝙ laicus ci-
tra ſedem apoſtolicã nullo modo abſoluatur in eo,quod ſequit.
quod dic,vt plene no.ſ.e.peruenit[Citra quam.]ſ.corporalem lę
ſionẽ[Sępius].i.ſæpe,ſiue frequenter,vel ſæpius q̃ alio mõ. Si er-
go frequenter hoc faciunt,non ſunt digni miſericordia, ſed po-
tius pœna.ar.in eo,qđ le.& no.ſ.de vi.& ho. cle. monaſteria.& j.
e.ꝯtingit.ij.in fi.[Nequiter]Non tñ ſemper ſola voluntas,vel in-
tentio requiritur,ſed ipſum factũ. Quid.n.ſi quis citra manuum
iniectionẽ,vel detẽtionem corporalẽ p metũ cogit clericũ, ꝙ ſe
redimat,vel ꝙ domũ ſuã exeat,& ipſã poſtea occupat? Nõ eſt ex-
cõicatus,qa hoc potius fit cã lucrandi,q̃ iniuriandi,nec in pſonã
manus iniicit,vel quaſi iniicit violentas. Secus ſi rẽ de manu ſua
violenter rapiat,vel quæ alias perſonæ ſuæ adhærent, tunc.n. eſt
excõicatus,vt hic colligitur.& xvii.q.iiii.ſi qs ſuadente.& ſ.e. ca.j.
Item dicimus,ꝙ non incidit quis in canonẽ, in caſib.in quib. li-
cet authoritate propria rem inuadere,vel vim vi repellere,vt ſ.de
locato.propter.ſ.de preca.c.fi.ſ.de reſt.ſpo. cum olim.j.in fi.ſ.e.c.
iii.§.ſi vero clericum. ſm d.n. [Perpetratur] .ſ.ab ipſis laicis.¶[In
ſecunda quæſtione] iii.pars. [Is] Iſte eſt primus articulus, quem
proſequitur.j.eo.§.in primo. [Conſilium] extra iudicium,quod
dic,vt no.ſ.de cle.excom.mi.propoſuit. §.j. [Impedendo] quod
aliter non erat facturus.arg.ff.de his qui no.inſa.l.j. in fi.ſ.de ho-
2 mi.ſicut dignum.§.qui vero.†Non enim refert, an de bono ma-
lum,an de malo deteriorem feceris.ff.de ſeruo cor. l. j. §.qui igit
mihi incipit.§.ſed vtrum.in fi.alias non tenetur quis de ꝯſilio, ni
ſi ille alr̃ nõ fuiſſet facturus.ff.man.ſi remunerandi. §.ſi tibi.in fi.
Vel



3 Vel niſi † ſit fraudulentum.ff.de reg.iu.conſilium. ſecundũ Lau.
Et de hoc no.ſ.de renun.lectæ.[Aut alias.] ver. puta in oratione
&c.Et eſt iſte ſecundus caſus,quem proſequitur.j.e.§.in ſecundo
4 Et no.ꝙ † ſimul cum excommunicato nullus debet orare,vnde
& ſi ſit extra eccleſiam,& inde audiat miſſam,ſtatim debet ſacer
dos ceſſare,& alij orantes exinde recedere,vt patet in eo,quod no.
ſ.ti.j.ꝙ in te.§.j.ver.& in conuẽtualibus.Si tñ ſacerdos incępiſſet
canonem miſſæ,poſſet ipſam perficere,quia non recipit diuiſio-
nem.vij.q j.nihil.Et per conſequens ſcholaris,qui ipſum iuuat cũ
ipſo.ſm.d.n.ar.ſ.de vi.& ho.cle.c.iij.Et tutius ẽ,ꝙ ſocius ſit ſacer-
dos,vt patet in dicto.c.nihil.Sin autem incępiſſet veſperas, vel aľs
horas,ſtatim exeat:quia ipſas alius finire poteſt.Quid ſi excõmu
nicatus ſit in eccleſia,non cã orandi,ſed pro alio negotio ſuo? Di
xit.d.n.ꝙ non videtur,quare alius in eadem eccleſia orare nõ poſ
ſet,cum tunc ſibi in oratione non communicet,quia nec ad orã
dum venit. Alij contra,pro quibus faciunt hæc verba.[In oratio-
ne]& quod ſequitur.[Aut orando ſecum.]q.d.non eſt orandum
in loco,in quo ipſe hæc poſſit audire,vt hic.Nec ipſo reſpondẽte
vt ſequitur. Aliter non diuerſificantur hæc verba Quinimo nec
eccleſiam debet excommunicatus ingredi,etiam ſi ibi non cele-
brentur diuina.xxv.diſt.c.j.circa princi.& xxiiij.q.iij clericus. j.q.j.
non liceat.Niſi cauſa audiendi verbũ Dei.j.e.rñſo.§.j.vbi de hoc.
[Comedendo]Et breuiter veniendo,eundo,redeundo,conſeden
do,loquendo,& in omnibus alijs communio denegatur. xi.q.iii.
excommunicatos.& no.ſ.e.cum deſideres.§.j.ver.fi.Si tamen ego
pro meis negotiis,& excommunicatus pro ſuis, ſimus in eadem
domo propter hoc tñ,niſi aliud interueniat,nõ videor cõicare:
quinimo & ſi habemus vnam cõem cameram, bene poſſimus ĩ
ea viuere,comedere,& iacere diuiſi tñ,ita ꝙ non in eadem mẽſa,
in eodem lecto.Et ꝙ caueam,ꝙ nec in colloquio, nec in aliquo
5 ei communicem.ar.j.e.ſi vere.in fi.vbi de hoc. quia † non dr̃ in-
iuriam committere qui vtitur iure ſuo.ſ.de ele.cum eccleſia Vul
terana.§.j.Sed contra,quia non ſolum ei aue dicendum non eſt,
6 ſed nec in eiſdem balneis † licitum eſt cum ipſo lauare. xxiij.q.i.
omnis qui.So.illud fuit de ſuperabundanti iuſtitia. Vel aliud eſt
dimittere delitias propter præſentiam excommunicati,quod cõ-
mendabile eſt,vt ibi.Aliud eſt ius ſuum dimittere,ad quod nemo
tenetur,vt in caſu noſtro.Vel poteſt diſtingui inter illum, qui in
communionem loci incidit ante excommunicationem, & ta-
lis non ligatur,vt in caſu noſtro.Et illum, qui poſt excommuni-
cationem incidit in communionem.Et tunc ſubdiſtingue, vtrũ
ex alieno facto iſtud accidat,ſ.puta, quia ſucceſſit alicui, qui loci
communis dominus erat ex teſtamento,vel ab inteſtato,& tunc
ſimiliter excommunicatus non eſt,cum ſibi nihil valeat imputa
ri,& iure ſibi acquiſito ſine iniuria vti poſſit,vt dictum eſt. An ex
proprio facto ſcienter & gratis in hanc communionem incide-
rit,& tunc delinquit,vnde & imputatur,vt in contra.Comproba
tur hæc diſt.ff.de arb.non diſtinguemus.§.ſacerdotio. & in eo,qđ
le.& no.j.e.ſi vere.& j.§.i.ſuper verbo,criminis.& ſuper verbo,tũc
erit abſolõ Vr̃ tñ hæc diſtinctio puerilis,nã & vbi ab aliquo inſti-
tuitur heres aliquis,in voluntate ſua eſt adire hæreditatem, vel re
pudiare,vt patet in eo,quod no.ſ.de præben. accedens. Ergo talis
voluntarius immiſcet ſe communioni excommunicati, cũ quo
res eſt communis, ergo ſm prædicta eſt ei imputandum. Ad qđ
dicendum eſt,ꝙ ſatis diuerſum eſt vnum ab alio : nam qñ emit,
ipſemet procurat communionẽ, & ideo ſibi merito imputatur,
qñ vero ſuccedit non a ſe ipſo, ſed ab alio habet originem, quare
nõ imputatur,ſicut alias no.ſimile.ſ.de elec. cum in iure peritus.
Sed non obſtat,ſi dicas,ꝙ ſuam emendo poſſit magnam vtilitatẽ
facere, quia nedum tale lucrum debet contemnere in hoc caſu.
Quinimo & omnia mala tolerare, antequam cõicet cum excõ-
municato,vt patet in eo,quod le.& no.ſ.quod me.cau.ſacris.& ſ.
de do.& contu.veritatis.§.fi.& j.e.c.j.§.j.& c.inter alia.§. illud aũt.
¶[In primo.]iiii.pars.[Et participet] qui tamen cum tali commu
7 nicat,excommunicatus non eſt. Et hoc eſt,quod dicimus,ꝙ † ex
communicatio non trãſit in tertiam perſonam.xj.q.iij.qm̃ mul-
tos.[Criminis] ſic.j.e.ſi concubinæ.& eodem modo intelligunt
quidam.ſ.e.ſignificauit.quod dic, vt ibi no. Quid ſi quis ſit excõ-
municatus propter guerram,quam facit eccleſiæ, vel alij. Et ego
& alius habemus guerram ad inuicem,nonne mihi licet inuoca
re auxilium excommunicati, vt fortior ſim, & ei ſimiliter auxi-
lium præbere.D.n.videtur hic notaſſe,ꝙ ſic,quod nõ placet. Hoc
tamen concedimus,ꝙ dominus vaſallos ſuos etiam excommu-
nicatos vocare poſſit, cum ad hoc ex debito fidelitatis ei tenean-
tur aſtricti,arg.xj.q.iii.quoniam multos.& in eo,quod legitur, &
no.ſ.de iudi.intelleximus & j.e.inter alia.& c.ſi vere.& ſ.§. proxi.
in fi.[Damnauit.] i.excommunicauit.[Ab eo.] ſ. qui damnauit,
ſacerdotali tamen reconciliatione interueniente.j.e.c.§.fi.[Tunc
erit abſolutio] Colligitur hic, ꝙ ſi ego excommunico paro-
chianum meum propter crimen,& parochianus alterius eidem
communicat fauorem impartiendo in delicto ſuo, in me videt
delinquere,& ideo eadem ſententia ligatur, & non ſententia ca-
nonis,quia tunc a ſuo epiſcopo,vel etiam a proprio ſacerdote ab-
ſolueretur,vt j.ſequitur.Et ſic iſte propter delictum ligatur ſenten
tia mea,& a me debet abſolui,& cum iuramento,vt j.dicit. & eſt
ſimile.ſ.e.a nobis.ij.vbi large appellatur ſubditus ratione delicti.
ſecundum.B.Intelligo tamen,ꝙ hoc verum eſt, ſi alienus paro-
chianus participat ſcienter:nam ſi ignoranter, non tenetur, vt ſ.
proxi.& c.ſignificauit.& c.cum deſideres.in fi.j.rñ.Ergo dic,vt no.
in illa,a nobis fuit.Item non dico,ꝙ ſententia lata ligetur, imo a
canone,vt expreſſe probatur.j.e.§.j.ver.quamuis.ij. quaſi in prin.
Sed quæri poteſt, cum excommunicationis ſententia extẽdatur
ad alienum parochianum,quare ſimiliter indulgentia,vel remiſ-
ſio non extenditur,vt ſ.de pœnitentiis.ꝙ aũt? Vin.dixit, ꝙ vtrobi
que conſulitur animæ,& ideo in indulgentiis illud obtinet,vt diu
tius affligatur quis pro peccatis. Et ſimiliter in excommunica-
8 tione, vt diutius affligatur † nec excommunicatio eſt mortalis,
ſed medicinalis.ij. quęſt. j.multi.xxiiii. q.iii.corripiantur.Vel dic
aliam rationem, indulgentia non tranſit ad alienum parochia-
nũ,quia epiſcopus in eum nullam habet iuriſdictionẽ.Vnde ſua
expirat,ergo vnus poteſt abſoluere alium . Sed contra . videtur,
quia cum vterque ſit priuatus ſacramentis , alium reſtituere
1 non poteſt.de conſec.di.iiij.ſanctum eſt. † quod enim non habet
dare

ADDITIO.

a ¶Adde hic apoſtil.ad Pan.quæ inducit hunc tex.ad duas no. quæſtiones . Prima
eſt ſtante ſtatuto,ꝙ bannitus poſsit impune occidi an alius poſtmodum banni-
tus poſsit primo bannitum occidere. Secunda eſt,an ex duobus captis alter poſ-
ſit alterum repræſentare.



dare non poteſt.j.q.j.c.j.& q.vii.Daibertum.& ar.s̄.de cle.exc.mi.
c.vlt.Quid eſt ergo,quod dicit,ꝙ talis poteſtas non expirat? Rñ.be
ne dicit,quia in veritate poteſtas collata nō expirat propter hoc
cum effectu,ſed dormit poteſtas illa , quandiu enim vterque eſt
excommunicatus , non habet effectum, quia alter alterum non
poteſt abſoluere , niſi primo alter eorum ab alio q̄ a ſocio fuerit
abſolutus,ſed tunc demum habet effectum.ſi.s̄.de offi. dele.pru-
dentiam.§.ſexta.& s̄.de conceſſ.præb.quia diuerſitatem. & xv.q.
vj.c.pe.& vlt.ſi.C.de cura.fur.l.pe.B.Certe eodem modo nō expi-
rat,ſed dormit ſi vterque ligatus ſit maiori excommunicatione,
ad quid ergo dixit huiuſmodi.ſ.minori,niſi quia vult dare intelli-
gere,quia aliud in maiori? Dic ergo, ꝙ durante minori vinculo
poteſt vnus abſoluere reliquū,vt in prin.huius gl.exponis . & eſt
hoc nouum genus potentiæ inductum propter periculum ani-
marum ,ſicut & illud.s̄.de pœn.c.vlt. ſcis enim,ꝙ tota die occur
runt excommunicati,eſto enim,ꝙ epiſcopus,& proprius confeſ
ſor communicauerit excommunicato in locutione,vterque li-
gatus eſt,craſtina die occurrunt ordines faciēdi,vel chriſma con
ficiendum,a quo abſoluentur,niſi alter ab altero, cū nō poſſunt
abſolui,niſi a proprio ſacerdote,vt s̄.e.c.nuper.& archiepiſcopus
diſtet forte vltra.x.dietas . Item quid in duob. ſacerdotibus vica-
riis perpetuis alicuius eccleſiæ , quibus talis poteſtas conceſſa eſt
ab epiſcopo? Incidunt,vt s̄.ambo inſimul.& aliquis communicā
dus occurrit,vel etiam baptizandus,parum prodeſſet,ſicut intel-
2 ligis . Dic ergo, † ꝙ hic fallit illa regula, nemo poteſt dare, quod
non habet propter periculum animæ,maxime quia talis eligere
poteſt,& ſi ſacramenta eccleſiaſtica conferat , a quibus priuatus
eſt,quamuis grauiter peccet. ideo quia non abſolutus ꝯfert,non
carent effectu,vt in decre.quam pro te induxiſti.s̄.de cle.exc. mi.
c.vlt.& ar.s̄.de or.ab epiſcopo qui renū.epi.c.fi.& j.q.j.ſi fuerit iu
ſtus miniſter.& c.ſeq.& ar.s̄.e.ſuper eo.in fi.& tu no.q.in contra-
rium.s̄.e.ſacro.ſuper verbo illo,interdictum.& j̄.c.proxi.hæc glo.
facta fuit in prin.quando.B. de nouo ſuum fecerat apparatum ,
tamen poſtea correxit ſe in additionibus ſuis , ſicut & in multis
aliis locis , ego tamen nunquam habui additiones , ſed primum
ſuum apparatum tantum.

*SVMMARIVM.*

1 *Priuilegium quandoque conceditur propter neceſſitatem decedentium , vel infirmorum.*
2 *Euchariſtia vltra hebdomadam non eſt reſeruanda.*
3 *Euchariſtia ſine miſſa haberi non poteſt.*
4 *Confirmatio epiſcopalis non fit ſine criſmate .*
5 *Sacramenta quo die anni ſint conficienda .*

CAP. LVII.

PErmittimus. [Miniſtris] habentib. curā,
& ſi non habent ordinem,
faciant hoc fieri per tales,qui ordinati ſint.ar. vii.q.j.
Pontifices.& de conſecra.eccle.aqua. Sic not. ꝙ hoc
1 priuilegium quandoque conceditur propter neceſſitatem dece-
dētium,ſeu infirmorum,vt hic,nam presbiter ſemper debet ha-
bere paratam euchariſtiam , vt infirmis prouideat , alias autem
non eſt etiam in craſtinum reſeruanda , ſed ſtatim ſumenda , de
conſecr.di.ii.presbiter euchariſtiam.& c.tribus.& leg.& not. s̄.de
offi.archipresb.c.iii.§.debes.Conceditur & hoc quandoque fauo
re religionis,vt s̄.de priuil.vt priuilegia.& ca.petiſtis. Conceditur
& quandoque in fauorem officij pontificalis. quod dic,vt leg.&
no.s̄.de priuile. ꝙ nonnullis [Semel] vel pluries ſi neceſſitas im-
mineat,ar.ff.de eden.veluti.& in eo,quod le.& no.s̄.de offi.arch.
mandamus . Quid enim ſi repente tot infirmi caderent , ꝙ non
ſufficeret euchariſtia reſeruata? Vtique ſubueniendum eſt.arg.in
eo quod leg.& no.s̄.de temp.ord. literas. quia nec neceſſitas legē
habet.j̄.de reg. iur. quod non eſt licitum . debet autem miniſter
omnia hæc cum diſcretione agere,vt.ſ.non ſolum vnam eucha
riſtiam reſeruet, ſed plures cōſideranda multitudine populi quē
habet,& infirmitate loci.vt & vnam euchariſtiam ſciat diuidere
2 inter plures. † Sed & euchariſtiam vltra hebdomadam non reſer-
uet,immo ipſam qualibet hebdomada renouet,vt hic innuit,&
hoc propter periculum putrefactionis, & ſi forſan infirmus in
hebdomada non occurrit,ſumat presbiter euchariſtiam antiquā
cum noua, quam conſecrabit,& aliam renouatam reponat , vt
ex prædictis iuribus poteſt colligi , & in omnibus tale tempera-
mentum teneat,ne quid nimis.ar.s̄.de off.cuſto.c.j.§.j. [Tempo
re interdicti]quod & religioſis quotidie conceditur.j̄.ti.j.cum in
partibus[Non pulſatis]&c.Violat ergo interdictum primo , qui
capannas pulſat . Secundo,qui alta voce celebrat. Tertio, qui ia-
nuis patentibus.Quarto,qui excommunicatis, vel interdictis præ
ſentibus,vel etiam contra eccleſiam,ita ꝙ diuina ipſa audire poſ
ſint ſtantibus,vt colligitur hic,& ex ſequentibus verbis.& s̄.ti.j.c.
ꝙ in te.§.j.vbi de hoc[Decedentibus]vt s̄.titu.j. ꝙ in te. reſpon.j.
[Non negatur] negaretur autem,ſi non poſſet haberi, ſed haberi
non poſſet ſine miſſa celebrata a ſacerdote rite ſecundum cla-
ues eccleſiæ ordinato.s̄.de ſumma Tri.c.j.§.j.vna vero eſt . ergo a
primo ſi miſſa denegaretur , per conſequens & euchariſtia; con-
3 cedenda eſt,igitur miſſa ex quo euchariſtia conceditur, † cum ſi-
ne miſſa euchariſtia haberi non poſſit.ar.s̄.eo.ti.inter alia. §.j. in
a fi.Nunquid ergo licet chriſma [a] conficere tempore interdicti? Re
4 ſpon.ſic,vt patet ex vi huius literæ.nam chriſmatio,ſiue † confir-
matio epiſcopalis,quæ non fit ſine chriſmate, eſt conceſſa. vt s̄.
e.c.reſpon.j.per conſequens.ergo & confectio chriſmatis,vt hic,
& s̄.e.inter alia.§.j.ver.fi.s̄.ti.j.ꝙ in te.reſpon.j.& s̄.de excep.c.fin.
nam & chriſmate non ſolum in firmatione, ſed & in baptiſmo,
& cōſecratione,& ordinationib.vtimur,& ſic niſi haberetur, ma
gnum eſſet impedimentum ſacramentorū, & cum non debeat
5 confici, † niſi ſemel in anno,& certa die.ſ.in cęna domini , vt de
conſec.di.iii.in lr̄is . dicendum eſt,ꝙ ex quo ſemel in hebdoma-
da conceditur miſſam celebrare ratione cōficiendi euchariſtiā ,
multo fortius hoc licet ſemel in anno cauſa conficiendi chriſ-
matis,etiam alta voce,& campanis pulſatis,excommunicatis tñ,
& interdictis excluſis.ar.optimum.s̄.de priuil.vt priuilegia.§.fi.&
ſic poteſt intelligi,ꝙ omni tempore.i.ſiue terra interdicta ſit,ſiue
non,omni anno,& certa die,licet chriſma conficere , & cū hac
expoſitione eſt caſus pro hac via.de ꝯſec.di.iiii. omni tempore .
Verūtñ de hoc,qđ dixi alta voce,& pulſatis cāpanis , vellem ha-
bere expreſſum ius,alr̄.n.vni ꝯceſſum priuilegiū nō eſt ad alium
extendendum,vt patet in eo,quod leg.& no.s̄.de priuile.ſane.

ADDITIO.

a ¶Chriſma.Adde hodie bo.tex.in c.quoniam.tit. eo. lib.vi.

*SVMMARIVM.*

1 *Caſus fortuiti tot ſunt, quòd numerari non poſſunt.*
2 *Iuramentum eſt de ſubſtantia formæ abſolutionis excommunicationis .*

CAP. LVIII.

QVamuis. [Facultates] & conſiderata qualita-
te perſonę,& quantitate iniurię irro
gatæ.ar.in eo,quod le.& no.s̄.e.cum illorum. §.j.ver.
niſi exceſſus.& ſequentib.& §.ſi vero clauſtralis . ver.
ꝙ ſi clericum[Satisfaciat]ſic.s̄.eo.ea noſcitur.reſpon.j.quod dic,
vt ibi plene no.¶[Non tamen]ii.pars.ſubaudi.propter hoc intel-
ligitur abſolutus.qđ dic,vt leg.& no.s̄.e. cum deſideres.§.fi. [Sed
nec aliter,q̄ per ſedem apoſtolicā,vel eius legatū]&c.vt patet. s̄.e.
ad eminentiam.& c.ea noſcitur. §.j.& §.fi.in fi. cum ſuis cōcor.
[Niſi imminente]ver.[Mortis articulo]vnus caſus [Infirmitate]
ſecundus caſus[Inimicitia]tertius caſus[Aut inopia]quartus ca-
ſus[Puerili]quintus caſus[Vel ſenili] ſextus caſus[Fragilitate ſe-
xus].ſ.muliebris.ſeptimus caſus[Seu alia corporis]octauus caſus,
qui & generalis eſt[Siue quolibet impedimento]nonus caſus.q
1 & generaliſſimus eſt, † tot.n.ſunt caſus fortuiti,ꝙ nec dici,nec nu
merari poſſunt.vt C.de vſus fr.l.pe.C.de præſcr.xxx.an.l.fi.Quod-
libet aūt impedimentum canonicum ſemper dēt intelligi eſſe
exceptum,vt patet in eo,quod leg.& no. s̄.de cler. non reſi.inter
quatuor.§.j.in fi.& c.fi.[ Vel niſi iuris beneficio] ver.decimus ca-
ſus,& dicas iuris .ſ. cōis,ſiue priuilegii in corpore iuris redacti, ſi-
cut patet in religioſis.s̄.e.cum illorum.& in his,qui ſui iuris non
ſunt.vt s̄.eo.mulieres.reſpon.j.vel iuris priuati, ſiue priuilegij cor
pore iuris non clauſi , vel mandati ſuper hoc ſpecialiter facti. qđ
dic,vt le.& no.s̄.e.porro.ad fi.& ſunt ſpecificati hi caſus,& alii,&
plene notati,expoſiti,& exarati.in eo quod le.& not.s̄.e.relatum.
& c.cum illorū in prin.& c.ꝙ de his.& c.ea noſcitur.& c.de cæte
ro.quod dic,vt plene no.ibi.¶[Cęterū]iii.pars[Quidā prędictorū]
ſ.qui timore mortis,infirmitate,inimicitia , ſenili ætate ꝯfracti ,
inopia,vel impotentia perpetua laborant,oēs iſti poſſibilitate re-
cepta ſedem apoſtolicam viſitabunt pro mandato recipiendo,vt
j̄.ſequitur.& s̄.eo.de cętero.& c.quod de his.B. Certe male expo
ſuiſti de ſenib.quia iſtud impedimentū nunquam diminuetur ,
ſed potius augmentabitur . Item male ponis perpetuā impoten-
tiā:quia illa,quæ eſt perpetua,non eſt temporalis.dic ergo,vt no.
s̄.e.qđ de his[Quod].ſ.iuramentum[ſm eccleſiæ formā]&c.Eſt
2 ergo hic expreſſum ar.ꝙ † iuramentum eſt de ſubſtantia formæ
abſolutionis excommunicationis[Ad idem]s̄.eo. nuper.§.pen.

*SVMMARIVM.*

1 *Sententia ſui iudicis ſiue iuſta ſiue iniuſta tenet.*
2 *Excommunicationis effectus maioris,& minoris .*
3 *Reconciliari quis quomodo poteſt .*
4 *Pœnæ potius moliendæ ſunt quam exaſperandæ .*
5 *Via tutior in dubijs eſt eligenda.*
6 *Eccleſiæ appellatione multa deſignantur .*

CAP. LIX.

SI quem. [Simili]puta,niſi hoc feceris, noue-
ris te excommunicatum.s̄.de appel.
1 præterea[Iudice]ſuo.ſententia † iudicis ſui,ſiue iuſta ,
ſiue iniuſta tenet.xi.q.iii.c.j.& ii. verum a non ſuo iu
dice lata nulla eſt, vt patet.s̄.de priuile.cum olim eſſemus.& s̄.de
conſue.ad audientiam.& s̄.de iud.at ſi clerici.& s̄.de offic.ordin.
c.pe.¶[Dicendum eſt]ii.pars [Non tantum minori] ſic ergo pa-
tet,ꝙ cū dico,excōico illū,de maiori intelligitur,minor.n.excō-

2 municatio† remouet a perceptione ſacramentorum, vt hic di-
cit. Maior autem excommunicatio a corpore Chriſti, quod eſt
eccleſia.ſ.communione fidelium.iii.q.iiii. Engeltrudam. eſt aũt
maior excommunicatio a qualibet licita communione,& legi-
mo actu ſeparatio, vnde & Adam excommunicatus fuit ab eſu
ligni.i.ſeparatus & prohibitus ne ederet.xi.q.iii.§.euidenter.Excõ
municatio vero,quæ dicitur anathema,infligitur tam ab hoĩe,q̃
a iure,& pro contumacia,& pro crimine.j̃.ti.prox.ex parte. xvii.
q.iiii.ſi quis ſuadente.24.q.j.c.ij.& iij.& in ti.iſto per violentã ma
nus impõnẽ.Minor aũt excõicatio infligitur quandoque pœni-
tenti,& qñque impœnitenti.Pœnitenti,qñque a ſe, qñque a ſa-
cerdote.de pœ.di.j. facilius. ſed melius facit,ſi authoritate ſacer-
dotis hoc faciat.de pœ.di.j.in actione. Impęnitenti aũt qñque a
Deo imponitur excommunicatio minor,puta, cum pp morta-
le peccatum Deus tradit aliquem ſathanæ, & diſcedit a mente
eius.xi. q. iii. audi denique.quandoque vero peccator ipſemet ſe
ſuſpendit a ſacramentis.ſ.cum non vult pœnitere, & putat ſibi
ſufficere,& male hoc fit.de pœ.di.j.ſunt qui arbitrantur. ſed ſi re-
putat ſe indignum,& abſtinet.facit.de pœ.di.ij.qui ſceleratę. Qñ-
que etiam imponitur a ſacerdote loco pœnę,quia non vult pœ-
nitere.xvii.q.iiij.miror. Quandoque aũt infligitur per ſententiã
canonis.xi.q.iii.cum excommunicato.& 81.diſt.ſi qui ſunt.cum
igitur inflicta eſt excommunicatio a ſe,vel a Deo, agat pęniten-
tiam, & ſequitur reconciliatio,ſi vero a ſacerdote inflicta fuerit,
per eum reconcilietur,ſed cum a canone infligitur excommuni
catio minor, per ſimplicem ſacerdotem poteſt abſolui, & ſine
iuramento,niſi participiet in crimine.s̃.e.nuper.& s̃.e.ſi ſi concu
binæ. qui aũt maiori excõicatione innodatus eſt, ſi ab homine
ſemper ab eodem,vel eius ſuperiore debet abſolui.s̃.e.per tuas.ni-
ſi incendiarij poſt publicationem. s̃.eo.tua. Si vero a canone eſt
innodatus a ſuo epõ põt abſolui, niſi ꝯditor canonis ſibi abſolu-
tionem retinuerit.s̃.e. nuper. vt patet in his,qui violentas manus
iniiciunt in clericum.xvii.q.iiij.ſi quis ſuadente.& s̃.c.proxi. ẜm
3 B.Tu dicas breuiter,ꝙ in nullo prædictorum caſuum põt † quis
reconciliari,niſi a ſuo iudice,ſi ſacerdos ſit, vel ab alio ſacerdote
idoneo authoritate iudicis,vt ex prædictis iurib.colligi poteſt, &
in eo,quod le.& no.s̃.e.nuper.§.in ſecundo.& §.fi.& c. a nobis.j.
§.j.& s̃.ti.j.omnis.§.j.& de ſimo.ad aures. vr̃ tñ caſus in ꝯrium.s̃.
de elec.dudum.ii.§.tandẽ.ſed reſponde.vt ibi no.[Sed ẽt maiori]
ver.ergo in dubio ſententia hæc non reſtringitur, ſed dilatatur,
nam cum iudex dicit,excommunico,nõ intelligitur hoc de mi-
nori,ſed de maiori,vt hic dicit,& tamen hæc ſententia eſt pœna
lis.Sed ꝯ, quia quotieſcunque ſententia pęnalis indiſtincte pro-
fertur,quæ ad legem maiorem pœnam inferentem,& ad legem
minorem pœnam inferentem refertur,ſemper minor pœna, &
4 mitior lex eſt ſequenda,& ex interpretatione legum pęnæ†potiꝰ
moliendæ ſunt,q̃ exaſperandæ.ff.de pę.ſi præſes.& l.interpretatio
ne.Sol.illud verum eſt de pœnis corporalib. & pecuniariis, quæ
odioſæ ſunt-Secus in hac pœnali ſententia,quæ non eſt odioſa,
ſed fauorabilis,& ad correctionem peccatorum, & ſalutem ani-
marum inducta, vnde & dicitur animæ medicina. ii.q.j. multi.
extra.d.n.eo.ti.cum medicinalis.vbi de hoc.Ideoque in dubio de
bet fieri pro ipſa interpretatio, & non ꝯ ipſam, quia hoc tutius
5 eſt animæ,& in dubiis† via tutior eſt eligenda,vt probatur in eo,
quod le.& no.s̃.de cle.excom.mi.illud.§.licet autem.s̃.de homi-
ci.ad audientiam. §.j. ver.j. Non dicat ergo quis,ꝙ hæc ſententia
tanq̃ odioſa ſit reſtringenda, quia & multi magnæ authoritatis
aſſeruerunt, immo prout euidenter probatur,& s̃.no. eſt tanquã
fauorabilis dilatanda.Hoc enim regulare eſt,ꝙ ſemper in dubiis
fauores amplientur, & odia reſtringuntur, vt patet in eo, quod
legitur, & not. s̃.de conceſſ.præben.conſtitutus. in fin. & de hoc
no.copioſius.in Summa.eo.ti.§.qualiter proferatur [Cõmunio-
6 ne fidelium]†quæ eſt eccleſia.de cõſe.di.j.eccleſia. Alibi deſignat
eccleſia ambitum murorum. de conſe. di.j.eccleſiam. Alibi ca-
thedralem tantum.j̃.ti.j.cum.clerici. Alibi quamlibet eccleſiam
prouinciæ.s̃.de vſu pal. c.j. Alibi maiorem partem canonicorũ.
lvi.di.apoſtolica. Alibi epiſcopi cum tota congregatione. s̃.de te
ſta.relatum.ii. Alibi epiſcopi tantum.vii.q.j.ſcire debes.ẜm B.

*SVMMARIVM.*

1 *Pupillus pubes factus poteſt teſtificari de his quæ vidit in pupillari ætate.*
2 *Rigor iuris multis rationibus temperatur.*

CAP. LX.

PVer. Doli capacib.quod dic,vt leg.& not.s̃.de de
lictis pue.c.j.[Siue ante]propter hoc ſolum
facta eſt hæc decre.alias hoc ſatis dictum erat.s̃.e.c.j.
1 [Siue poſt pubertatem]arg.ꝙ †pupillus pubes factus
poteſt teſtificari de his,quæ vidit in pupillari ætate.& eſt hæc quæ
ſtio dominicalis[Aetatis]parcitur.n.ætati,& ſi non in totum,ta-
men quo ad minorem pœnam imponendam,vt hic,& ff.de mi.
auxilium.§.in delictis.quod verum eſt,ex quo doli capax eſt,qui
deliquit,vt no.s̃.e. c. in prin.alioquin in totum parcitur quia nõ
doli capax,& ſi pati poſſit iniuriam,nõ tamen facere.xv.q.j.illud.
2 [Rigor]iuris† rigor temperatur quandoque ratione ætatis,vt hic.
& 81.di.tanta.de conſe.diſt.iiii.eos.35.q.ix.ſententiam.quandoq;
ratione locorum & temporum.s̃.e.ſuper eo.quandoque ratione
perſonæ,& cauſæ loci,& temporis.29.diſt.c.j.& ii.& 23.q.viii.oc-
cidit.& vt legitur,& no.s̃.de tranſac.c.fi.quandoque ratione mul
titudinis & ſcandali.l.di.vt conſtitueretur.& le.& no.s̃.de cle.exc.
mi.la:ores.s̃.de temp.ord.c.ii.de hoc no.plenius in Summa.de pę
nis.§.a quibus.& ex quibus cauſis extenuantur.

¶De verborum ſignificatione. Rubr.

*SVMMARIVM.*

1 *Nouale ſemel,ſemper nouale permanet.*
2 *Nouale quid ſit ſecundum leges ciuiles.*

CAP. PRIMVM.

INnouatæ. Verba ſunt Ozeæ prophe
tæ.x.f.[Nouale]ver. verba
ſunt Hieronimi exponentis verba prophetæ.
[Primum præciſus].i. de nouo ad culturam
redactus,cuius non eſt memoria,ꝙ cultus fue
rit j̃.eo.quid per nouale. & extra eo.ti. d.n.ve-
niẽs.lib.vj. vbi & talis locus deſertus vocatur.
1 Et no.ꝙ ex quo conſtat,ꝙ† ſemel nouale fuit, ſemper nouale ꝑ-
manet quo ad immunitatem conceſſam aliquibus de decimis
non ſoluendis.quod dic,vt le.& no.s̃.de priuile.c.fin.In lege vero
2 ciuili dicitur,ꝙ† nouale eſt terra præciſa,quæ anno ceſſauit.ff.eo.
ſilua.§.nouale.

*SVMMMMRIVM.*

1 *Parentum,& liberorum appellatio vſque ad quotum gradum extendatur.*

CAP. II.

NAm & Rex. Verba ſunt prophetæ Daniel.
v.c.[Ideſt proauus] hæc verba
ſunt Hieronimi exponentis verba Dan.[Patres appel
1 lat]†nomine enim patrum,ſiue parentum oẽs aſcen
dentes & vſque ad tritauum,vlterius vero maiores,nomine vero
filiorum,ſiue liberorum omnes deſcẽdentes vſque ad trinepotẽ,
vlterius vero inferiores vocantur,vt ff.de gradi. iuriſconſultus. §.
parentes.Sed poſtea obtinuit parentes etiam vltra tritauum,libe-
ros vero etiam vltra trinepotem in infinitum vocari,vt hic, & ff.
de in ius vo.quique litigandi. §.j. & l.ſed & ſi hac lege. §. liberos.
ff.eo.ti.appellatione.& l.liberorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Fratres vterini qui dicantur, & qui conſanguinei, & qui poſſunt agere de inofficioſo.*
2 *Differentia hodie nulla eſt inter agnatos,& cognatos.*
3 *Nomine qui caret,caret & re.*
4 *Fuiſſe non videtur qui non durat.*
5 *Eſſe non dicitur idoneus qui minus eſt.*

CAP. III.

NAm & ego. Verba ſunt Salomonis. Prou.
iiij.a.[Quare vnigenitum]hæc
verba ſunt Hieronimi exponentis verba Salomonis.
1 †Fratres vterini dicuntur, qui ex eodem vtero nati
ſunt,quamuis ex diuerſis patrib.quando vero ſunt ex eodem pa-
tre,& ex eadem matre tunc dicuntur fratres conſanguinei. Pri-
mi de inofficioſo teſtamento fratris non agunt. Secundi agunt,
ſi hæres inſtitutus turpis perſona ſit,vel infamis.C.de inof.teſta.l.
2 fratres.Quod hodie corrigitur ſecundum quoſdam,†qa non eſt
differentia inter agnatos & cognatos,vt in Auth.de hære.quæ ab
inteſta.deſe.coll.ix. Alii dicunt, ꝙ illud tantum, quando agitur
de his,qui ab inteſtato veniunt, eſt ſeruandum. Sed nec agit fra-
ter conſanguineus,ſi ingratus fuerit fratri ſuo.arg. in Authen.de
nup.§.ingratitudinem.coll.iiij.[Niſi quia ille] ſcilicet frater Salo
monis quem concepit Berſabeę ex Dauid viuẽte Vria viro ſuo.
ſed ille ſic conceptus ſtatim mortuus eſt,vt ſequitur.& poſtea cõ
cepit Salomonẽ,ſicut hęc hiſtoria patet.ii.Reg.xi.& xii.& Matth.
j.& ideo,quia ille frater non vixit,dixit Salomon de ſeipſo, nam
3 & ego vnigenitus &c.vt s̃.eo.c.in prin.[Sine nomine] qui†caret
nomine,caret & re,ſiue fructu.arg.hic.& expreſſum.s̃.de feriis. a
nullo iudice,& not. s̃. de elect. bonæ.j.reſpon.j. facienda eſt ergo
quandoque & in aliquibus vis in nominibus.arg.hic.& C.de de-
fen.ci.l.v.Inſti.de dona.§.eſt & aliud.ff.de offi.procõſ.ſi in aliquẽ.
& patet in eo,quod legitur & notatur.s̃.de præben.cum ſecundũ
Apoſtolum.regula tamen eſt in cõtrarium, vt patet in eo,quod
legitur,& notatur.s̃.de procur.petitio.& j̃.eo.quamuis [Nunquã
4 eſſet]& ita non videtur fuiſſe, † qui non durat, vt hic,& ff.de in
rem verſo.ſi pro patre. §. verſum. & argum. s̃. de regular. ad no-
ſtram.lxiij.diſtin.quanto.ſic† nec dicitur eſſe, qui minus idoneus
eſt.C.de epiſc. audien.de creationibus. ff. quod cuiusque vniuer.
l.j.ad fin. xix. diſtinct. propter totius.xxiij. q.j.paratus.& ſupra de
tranſla. epiſ.c.ij.§.ſed neque.ver.ſicut iuxta.cum ſuis ꝯcordantiis.

SVM-



*SVMMARIVM.*

1 *Argumentum a contrario ſenſu quandoque non ſumitur.*

CAP. IIII.

QVod dicitur. Matth.ii.[Non ſequitur]hęc
verba ſunt Hieronimi expo-
nentis prædicta verba Matthæi Euangeliſtæ [Quòd
poſtea]ſi.27.q.ii.priuſq̃. vnde non ſequitur hic argu.
1 †a contrario ſenſu.vt patet ex ſequentib.& eſt quidam modus lo
quendi. ſicut & in Pſ. Sede a dextris meis, donec ponam inimi-
cos tuos &c.non tamen ſequitur,ꝙ poſtea poſuerit.Reſpon.non
placet hæc expoſitio.ſed dic,non tamen ſequitur, ꝙ poſtea ſede-
re deſierit.& Gen.viii.Coruus nõ fuit reuerſus ad archam,donec
aquæ ſiccarentur,vtique nec poſtea [Quod factum non ſit] .ſ. ꝙ
non conuenerunt. contrarium ergo ſignificat eius, quod verba
ſonare videntur.ſi.j̃.eo. c.j.

*SVMMARIVM.*

1 *Suſpitio triplex eſt.*
2 *Proximus eſt,quem nemo antecedit.*

CAP. V.

IOſeph. Matth.ii.[Donec]ſi.s̃. c.prox.& ii.Reg.
vj.in fi.ibi,igitur Michol filiæ Saul non
eſt natus filius vſque ad diem mortis ſuę. Vtiq; nec
tunc,nec poſtea [Ex hoc loco] ver. verba Hieronimi
exponentis præmiſſa verba Matthæi[Peruerſiſſime ſuſpicantur]
1 †No.ꝙ ſuſpitio dicitur peruerſiſſima,quando eſt contra fidem,
vt hic,& hæc eſt deteſtanda,& tanquam hæreſis punienda.Quan
doque vero dicitur violenta & rationabilis, & hæc plenam pro-
bationem facit.32.q.j.dixit dominus.s̃.de præſump.literis.§.con-
ſultationi.vbi de hoc.Quandoque temeraria,quæ non admittit.
vj.q.j.oues.Quandoque probabilis & vehemens,& hæc purgatio-
nem inducit.s̃.de pur.ca.inter ſolicitudines. §.j.in prin.Quando-
que probabilis, ſed non vehemens, & hæc iuramenti delationẽ
inducit,quia & ſemiplenam probationem facit, vt patet in eo,
quod legitur,& notatur.s̃.de iureiuran.c.fi.vbi de hoc.no.& s̃.de
ſpon.is qui fidem,§.vnico[Cum mos]ver. [Diuinarum ſcriptu-
rarum] Vtique & humanarum, nam etiam ſecundum legem
2 humanam proximus† eſt,quem nemo antecedit,ergo ſecundũ
ipſam primogenitus eſt, ante quem nemo naſcitur, & ſi poſtea
nemo naſcatur.arg.ff.eo.ti.proximus.& l.proximi. vnde expone,
quod ſequitur [Qui primo natus eſt].i. quem nemo antecedit,
alioquin hæc gl.Hieronimi adeo videtur dubia,ſicut textus.

*SVMMARIVM.*

1 *Euangelium non in folijs,ſed in radice rationis, & ſenſu conſiſtit.*
2 *Animus ſicut præfertur corpori, ita & ſententia verbis.*
3 *Verba ad extraneum ſenſum trahi poſſunt.*

CAP. VI.

INtelligentia. Si.ff.de reg.iu.in ambiguis.& xxii.
q.v.humanæ[Dictorum].i.verbo
rum quæ prolata ſunt [Ex cauſis] non enim ſtatim debe-
bus intelligere,vt verba prima facie ſonare videntur,maxi-
me vbi ambigua ſunt, ſed debemus recurrere ad intentionem lo
quentis,vt hic dicit.ar.bonum. s̃.de præben. c. vlt.& ca.cum cau-
ſam.& ff.eo.ti.nepos Proculo.& ff.de reg.iur.ſemper in ſtipulatio-
nibus. Ad cauſam etiam dicti recurrendum eſt. s̃.de accu.cum di
lecti.§.j.ſicut & ad cauſam facti.xxiii.q.vlt.occidit.& ff.de fur.l.ve
rum[Quia non ſermoni]ver.[Res].i.intellectus.ff.de ſuppel.leg.
Labeo.31.q.j.quomodo virginibus. vbi dicitur ſex maſculos ha-
buiſſe,quæ domino teſtante.v.tantum habuit.ibi enim Hieroni-
mus reſpexit intentionem,& non verba Samaritanæ. Lau. [Rei
eſt ſermo ſubiectus]ideſt intentioni, ſiue intellectui ſermo ſerui-
1 re debet.vii.q.j.ſuggeſtum.ad fin.quia†non in foliis,ſed in radice
rationis,& in ſenſu conſiſtit Euangelium.j.q.j.Marchion. & j̃.c.
ii.& c.in his.verba enim inſtituta ſunt, vt per ea vnusquisque in
in alterius notitiam cogitationes ſuas proferat. 22. q. ii. is autem
2 mentitur qui.& ſicut†animus præfertur corpori,ita & ſententia
verbis.38.diſt.ſedulo.& 22.q.v.humanæ.& ff.de legibus. ſcire. Itẽ
3 eſt argum.quòd†verba ad extraneum ſenſum trahi poſſunt, vbi
res aliter ſalua eſſe non poteſt.argum.C.de verbor. ſignific. cum
quidam.& C.de leg.cum quæſtio.& s̃.eo.Ioſeph.& cap.quòd di-
citur.& C.de libe.præteritis.l.iij.

*SVMMARIVM.*

1 *Verba tranſpoſita idem ſignificant.*
2 *Teſtimonium prioris teſtis ſi fuit ad longum ſcriptum,& ſecundi fuit dictum ꝙ idem dixit an valeat.*
3 *Mos quandiu eſt, fas eſt.*
4 *Pigritia examinationis teſtium reprobata ab Vrbano PP.iiij.in canonizatione B.Vlueridis.*
5 *Pigritia huiusmodi in curia hodie reprobatur.*
6 *Lex ſcribenda eſt non abbreuianda.*
7 *Teſtimonij ſcripturæ magis conſulendum,quam ſcripturæ legis.*

CAP. VII.

1 NIhil. [Diuerſitas]quoniam nomina &†verba trãſ
poſita idem ſignificant,vt dicit Imperator,&
eſt ar.ad hoc.C.de teſt.quoniam indignũ. & hic vbi
eadem dicuntur,prout ſequitur in litera, & hoc cer-
tum eſt,& eſt iſtud argu.bonum pro teſtibus diuerſo modo nar-
rantibus,ꝙ non nocet, dummodo in eandem concordent ſen-
tentiam.ad idem arg.s̃.de teſti.cum tu.& viii.q.j.in ſcripturis. de
conſec.diſt.ii.quotidie.& de pœ.di.j. pericuIoſe. argu. contra.35.
q.vi.de parentela.ſed iſtud intelligitur de contrarietate ſentẽtiæ.
2 Quid ſi teſtes recipiens faciat† ſcribi totum dictum primi teſtis,
poſtea facit ſcribi de ſecundo,ꝙ idem dixit, & idem de tertio, &
ſequentibus? Voluerunt quidam dicere, ꝙ non valent dicta.arg.
ff.de teſti.l.iii.§.j.ver.verba epiſtolæ.Poteſt tamen dici contra. qa
in dubio potius debet fieri interpretatio,ꝙ res valeat, q̃ pereat. j̃.
eo.abbate.§.contra.quod fuerat.ver.hic autem ſenſus.& vt proba
tionum veritas ſalua ſit. s̃.vt li.non conteſt.ca.fi.in prin.is igitur
eſt ſenſus.idem dicit quo ad ſententiam, vt hic. C. de pœnis.qui
ſententiam. non quantum ad eundem præmeditatum ſermo-
nem.ff.de teſti l.iii.§.j.nam ſi hoc eſſet, deberet iſtud expreſſe fa-
cere ſcribi iudex,& hoc ſignificare illi,qui teſtes ipſos fecit recipi,
vt ibi,& s̃.de fideiuſſ.conſtitutus.§.fin.& ideo,ex quo non ſcribit
contra teſtem,quantum ad hoc præſumuntur omnia ſolẽniter
acta.arg.Inſti.de fideiuſſ.§.fin.Fateor tamen, ꝙ melius faceret re-
cipiens,ſi totum dictum cuiuſlibet teſtis faceret ſcribi; quia ma-
gna vis eſt in verbis,vt patet in eo,quod not.s̃.de priuil. ex ore.§.j.
ſed tamen ita vtuntur communiter omnes, vnde quouſque hęc
pigritia expreſſe reprobata ſit per Principem, ipſam non audeo
reprobare,nam ſine dubio ex pigritia hoc accidit,ſicut & illud, ꝙ
quidam tempore paſchali tribus pſalmis tantum in matutino
ſunt contenti.de conſe.di.v.in die reſurrectionis. ſed oportet nos
3 dicere,ꝙ† quãdiu mos eſt fas eſt. 32.q.iiii.obiiciuntur. s̃.de diuor-
tiis.gaudemus.§.quia vero pagani.Dominus tamen Vrbanus Pa
pa iiii.in inquiſitione commiſſa ſuper canonizatione beatæ Vl-
4 ueridis hanc † pigritiam reprobauit. quod & ſucceſſor dominus
Clemens Papa iiii. qui dictam ſanctam canonizauit, poſtmodũ
5 approbauit,vnde & hodie†in curia talia teſtimonia reprobãtur.
quod dic,vt no.s̃.de teſti.cum cauſam quæ.inter archiepiſcopũ.
reſpon.j.ver.ac cos.in quadam magna glo. ſignata. ſuper verbo,
prudenter inquirens. ver. ideoq; & bonum conſilium eſt. & ſe-
quentibus. & merito fuit hæc pigritia reprobanda, quia & lex
6 †ſcribenda eſt non abbreuiata,ſed per cõſequentiam literarum,
vt omnis falſitas euitetur.C.de vete.iur enuclean.l.j.§.fina.maius
enim periculum eſt in teſtimonio,in quo ſi ſit defectus,non re-
ſtat exemplar, ad quod habeatur recurſus, quam in ſcriptura le-
gis,quia ſi vna vel plures falſo ſcribantur, multa nobis reſtant exẽ
pla vetera,& veratia.ad quæ poſſumus habere recurſum.ad hoc.
7 viii.diſt.vt veterum. idcoque † in ſcriptura teſtimonii magis fuit
conſulendum & prouidendum,quam in ſcriptura legis.arg.xlii.
diſt.quieſcamus.ff.de Carbo.edicto.l.j.§.iii.

*SVMMARIVM.*

1 *Verborum ad proprietatem non eſt ſemper recurrendum.*
2 *Mens dicentis potior eſt,quam vox.*
3 *Verba a ſua ſignificatione cadunt,cum res aliter ſalua eſſe non poteſt.*
4 *Verborum a proprietate non eſt recedendum.*
5 *Improprietates ad conſequentiam non ſunt trahendę.*

CAP. VIII.

PRæterea.& infra. [Senſum].s̃.e.intelli-
gentia [Quia plerun-
1 que]ver.[Dum proprietas]non†enim ſemper ad ꝓ-
prietatem verborum recurrendum eſt, ſed videndũ
eſt,quid teſtator ſenſerit.in qua præſumptione ſunt qui in eo lo-
co morantur.ff.de ſun.inſtruc.& inſtru.le.cum delanionis. §.aſi-
2 nam.quia†potior eſt mens dicentis,q̃ vox.ff.de ſuppelle.l.Labeo.
nec plus verbum,q̃ voluntas inſpici debet.C.quæ res pigno.obli.
poſſint.l.vlt.22.q.v.humanæ aures.j.q.j. Marchion. Item argum.
3 ꝙ†verba a ſua ſignificatione cadunt, cum res aliter ſalua eſſe nõ
poteſt,de qua agitur.Inſtit.de inutil.ſtipu. §.quoties.& ii.q.ii. oẽs.
C.an ſeruus ex ſuo facto.l.vlt.ff.ſi quis cautio. ſi eum.§.qui iniu-
riarum.lv.diſt.qui partem.& l.diſt.de mino.ſancto.Verum a pro
4 prietate † verborum non eſt recedendum, niſi quando conſtat
voluntatem loquentis aliam fuiſſe.ff.de leg. iii. non aliter. & im-
5 proprietates † non ſunt trahendæ ad conſequentiam, ſed ſunt
excuſandæ.Ala.

*SVMMARIVM.*

1 *Vſus communis loquendi eſt conſiderandus.*
2 *Præpoſitura requirit presbiteratus ordinem.*
3 *Præpoſitura non debet dari in minoribus tantum ordinibus conſtituto, niſi diſpenſatiue.*
4 *Prioratus quandoque dignitas certa eſt.*
5 *Præpoſiti vocari poſſunt omnes illi,qui præſunt.*
6 *Vis facienda non eſt in nominibus.*

## CAP. IX.

QVamuis.& infra. [Rite]ſecundum ori ginariam verbi ſigni
ficationem.vt.ĩ.ſeq.ver.vnde & actores &c.[Vſus]ſic
1 ergo† communis vſus loquendi eſt conſiderandus.
ff.de flumi.l.j.ff.de fun.inſtruc.lega.cum delanionis. §. aſinam.ſ̃.
de ſponſalib.ex literis.j.[Prioratus curam]ſic ponitur.j. quæſtio-
ne iii.Saluator.& eſt dignitas per ſe ſic dicta ſcilicet præpoſitura.
2 †quæ & requirit presbiteratus ordinem.vt ſ̃.de æta. & qua. c.j.ſi-
cut & archidiaconatus,& archipresbiteratus, ſiue decanatus, vt
3 ibi.& lx.di.per totum.nec†debet dari in minoribus tantum ordi
nibus conſtituto,niſi diſpenſatiue,vt patet.lx.di.innouamus.ſ̃.de
æta.& qua.præterea.& ſic intellige.ſ̃.de ele.cum in cunctis.§.infe
4 riora.vbi de hoc [Gerunt] ſed & prioratus† quandoque dignitas
5 certa eſt.ſ̃.de præbendis.niſi eſſent.& no.ex hac litera, ꝙ †omnes
illi,qui præſunt rite poſſunt vocari præpoſiti & priores, ſic no. ꝙ
6 in nominibus regulariter non eſt vis facienda. quod dic, vt legi-
tur,& notatur.ſ̃.eo.nam & ego.ſuper verbo,ſine nomine.& ſ̃.de
procura.petitio.

### SVMMARIVM.

1 *Foroneus Rex primum dedit legem Græcis.*
2 *Effeſinus primus rigorem dedit præſcriptioni tricennali, uel quadragenali.*
3 *Veſtes dicuntur pars hominis,non proprie,ſed adornatiue.*
4 *Forus quid ſit.*
5 *Iudicium ordinatur ſine iudicio.*
6 *Cauſa vnde dicatur.*
7 *Obligatio ex facto oritur.*
8 *Actio ex obligatione naſcitur.*
9 *Iudicium quid ſit.*
10 *Iuſtitia quæ dicatur.*
11 *Lex dicitur ſtatus iuris.*
12 *Præpoſitus rite vocatur omnis qui præeſt.*
13 *Iudicantem oportet cuncta rimari.*
14 *Negotiatio vix ſine peccato exerceri poteſt.*
15 *Iurgia non pertinent ad presbiteros.*
16 *Lis quæſtionem ciuilem, deſignat,cauſa vero criminalem.*
17 *Dicta gentilium vel philoſophorum pro nobis inducere poſſumus.*
18 *Ratio naturalis valet in iudicio.*
19 *Argumentum vnde dictum ſit.*
20 *Singnla quæ non proſunt,multa iuuant.*
21 *Iudex malus quandoque reperitur.*
22 *Vita rectorum a Deo diſponitur pro meritis ſubditorum.*
23 *Iuſtus eſt qui facit iuſtitiam.*
24 *Reus vnde dicatur.*
25 *Figura antereſis,quæ dicatur.*
26 *Figura Proſopopeia quæ dicatur.*
27 *Figura Antonomaſia, quæ ſit.*
28 *Figura Sinodochen.quæ dicatur.*
29 *Figura Anthiteſis,quæ dicatur.*
30 *Figura Liptote,quæ dicatur.*
31 *Figura Pleanasmos,quæ dicatur.*
32 *Figura Themeſis,quæ dicatur.*
33 *Figura Sincopa,quæ dicatur.*
34 *Figura Ironea,quæ dicatur.*
35 *Figura Hiperbole,quæ dicatur.*
36 *Figura Effegeſis, quæ dicatur.*
37 *Figura Antropoſpatos,quæ dicatur.*
38 *Figura Tampoſis,quæ dicatur.*
39 *Figura Conceptio,quæ dicatur.*
40 *Seruus teſtis eſſe non poteſt.*
41 *Teſtis idoneus non eſt,cui imperari poteſt.*
42 *Fœmina in criminali teſtis eſſe non poteſt.*
43 *Mulier quando admittatur in teſtem.*
44 *Mulier eſt varia,& incoſtans.*
45 *Varietas teſtem repellit.*
46 *Teſtis debet eſſe bonæ famæ,& ſine ſuſpitione.*
47 *Infamis a teſtimonio repellitur.*
48 *Iuſtitia eſt ſummum bonum.*
49 *Iuſtitia cum ſit virtus,non poteſt ſtare cum vitio.*

## CAP. X.

FOrus. Reperitur forus in maſculino,vt hic.Re-
peritur & forum in neutro genere. quod
dic,vt no.ſ̃.de foro comp.in ipſa rub.[Litium]lis au
tem &c.vt.ĩ.eo.§.lis [Affando].i.loquendo]Qui pri-
1 mus]Foroneus†ergo Rex primum dedit legem Græcis,vt hic di
2 cit,& probatur.viii.di.Moiſes.Effeſinus†aũt legiſlator præſcriptio
ni tricennali,vel quadragenali primus vigorem dedit. vt ſ̃.de præ
ſcr.vigilanti.§.j.[Conſtat aũt]ver.ex trib.vt hic dicit,non tanquã
ex ſuis partib.componentib.ſed ornãtib.potius: improprie enim
3 dicitur locus conſtare ex his,ſicut &†veſtes dicuntur pars homi-
nis,non proprie,ſed adornatiue.vnde illud.

*Auferimus cultu gemmis auroq; teguntur.*
*Omnia pars minima eſt, ipſa puella ſui.*

4 Tu dic,vt in ſeq.gl [Forus] .i.fori† exercitium ſ̃m ꝙ in hoc loco
ius redditur ſignificatione tracta ab eo,quod fit in eo, ꝙ fit. ff. de
iuſt.& iu.l.pen.quod etiam vocatur negotium.ĩ.eod. §. in omni.
etenim iuſtum iudicium & verum non eſt ſine cauſa,de qua agi-
5 tur,ſine lege,qua iudex regitur,& iudicium† ordinatur ſine iudi-
cio.i.negotio,ſine ordinatione iudicii, in quo iudex actor & reus
atque probatio regulariter exigitur, vt in e.§.& ſecũdum hoc par
tes iſtæ non ſolum adornantes, vt in præcedenti gl. ſed quaſi cõ-
ponentes.& integrales nõ immerito dici poſſunt[Cauſa] & hoc
ſtatim exponitur.ĩ.ver.ſequenti.& §.cauſa. & hæc eſt prima pars
fori[Lege]ſecundum quam in omni quoque negotio &c.vt ĩ.e.
§.in omni.& eſt hæc ſecunda pars fori[Et iudicio]dum diſcutiť.
ĩ.eo.ver.dum diſcutitur.& ſequenti.vbi hoc exponitur,& eſt iſta
6 tertia pars fori[Cauſa]ver.Hoc vult dicere, † cauſa dicitur a ca-
ſu,vnde venit, ſicut de venditione oritur cauſa inter emptorem
& venditorem.ſecundum d.n.vel dicitur a caſu. quia frequenter
& caſualiter occurrunt præter voluntatem hominum. ſecundũ
T.Immo & cum voluntate fiunt tota die contractus, & quæriť
quid iuris ſit in tali caſu,& de tali caſu intendit loqui hic,non de
7 fortuito,vnde & ſequitur.[Eſt enim materia]&c.ex cauſa†enim,
ſiue facto oritur obligatio,vt patet Inſti.de obl.§.fi.& titulis ſequẽ
8 tib.†ex obligatione vero actio.ff.de procura.licet. §. ea obligatio.
[Patefacta]& ſic ponitur hic cauſa pro facto & obligatione inde
ſecuta[Quæ]ver.ſ.cauſa ſiue facti obligatio[ Dum proponitur ]
coram iudice [Cauſa eſt] .i.querela expoſita.& ita eſt cauſa iudi
cialis etiam antequam reſpondeat pars altera,ſiue res in dicendo
poſita,& exponitur hic prima pars fori[Dum diſcutitur]ver.hic
exemplificat tertiam partem fori in hoc,ꝙ dixit.ſ̃.iudicio[Dum
finitur]ver.hic exemplificat ſecundam partem fori .ſ.ꝙ ſupra di-
xit lege. & ſic mutat ordinẽ, quia primo exponit tertiam partẽ,
& poſtea ſecundam, hæc ergo tertia cauſa lex & iudicium idem
videntur in ſubſtantia,licet conſideratis diuerſis temporib. diuer
ſimode nominentur,ſed non eſt vis in nominib.vt no.ſ̃.c.proxi.
vnde non mutato nomine proprie loquimur, ſi dicamus,cauſa
proponitur,ſiue exponitur,cã diſcutitur,ſiue agitur, cã finitur,ſi-
ue terminatur,vnde & dicimus tota die cauſa erit,vl'eſt, vel fuit
inter tales[Vocatur]ver.nunc exponit quod præmiſit.ſ̃.ver.dum
9 diſcutitur[Iudicium]†Iudicium eſt legitimus actus duarum per-
ſonarum actoris.ſ.& rei.ſuper eadem quæſtione,& ſub eodem iu
dice contractus.Lau.Aliter aũt deſcribitur in Summa.de iudi.§.
j.quod dic,vt ibi no.[Iuriſdictio] quaſi in ius dicendo poſitũ [Et
10 iuſtitia] ver.†quæ eſt conſtans & perpetua voluntas ius ſuũ vni-
cuique tribuens.Inſti.de iuſt. & iu. in princi.& ſ̃.in proœmio. §.
11 ideoque[Iuris ſtatus]ſic†& lex dicitur ſtatus iuris. & proſequitur
hic ſecundam partẽ fori[Iudicium]ver.[Prius] antiquo tẽpore.
[Vnde & authores]verſi.[Iudiciorũ præpoſitos] .i. quæ præpoſiti
12 ſunt ad iuriſditionem exercendam,nam &†oĩs,qui præeſt, præ-
poſitus rite vocatur.ſ̃.c.proxi. [Quæſtores]non a quæſtu.ſic.ſ̃.de
pœ.omnis.cum ex eo. in prin.ſed a quærendo ſiue interrogando,
vnde & ſequitur expoſitiue.vel pro.i.[Quæſitores].i.interrogato-
13 res.quia illa interrogant,quæ occurrunt,† iudicãtem enim opor
tet cuncta rimari.30.q.v.iudicantem.ſ̃.de fi.inſtr. cum Ioannes.
§.pen.ver.fi.¶[Negotium]ii.pars.quia fecerat mentionem de ne
gotio.ſ̃.e.reſpon.j.ver.cã a caſu.ibi materia & origo negotij.expo
nit hic,quid ſignificat negotium[Modo actionem] ver.quę oriť
ex obligatione.obligatio vero ex cauſa tanq̃ materia & origine
negotii.i.actionis,vt le.& no.ſ̃.eo.ver.cauſa a caſu[ Iurgium]hoc
exponitur.ĩ.ver.iurgium[Litis]& hoc exponitur. ĩ.e.§.lis[Et di-
ctum eſt]ver.[Negotium]quaſi negans otium, vt innuit expoſi-
tio ſequens[Negotium autem]ver.[Negotiatio in commertiis]
14 quæ†vix ſine peccato exerceri poteſt.de pœ.di.v.qualitas.& patet
in eo,quod leg.& no.ſ̃.de vſuris.in ciuitate [Iurgium] ver.modo
15 exponit,quod ſupra dixit.ver.j.[Iure diſceptant] ar.ꝙ †iurgia ſiue
litigia non pertinent ad presbiteros,quia non tenentur eſſe iuris-
periti.38.diſtinct.quæ ipſis.nec aduocare poſſunt,niſi in certis ca
ſibus.ſecus in archidiacono.25.diſtinct.ca.j.reſpon.j.ad hoc.C.de
epiſco.& cler.repetita.C.de teſtamen. conſulta. & in eo quod le-
gitur,& notatur.ſ̃.de poſtul.c. fina. immo nec tales debent ordi-
nari.xlvi.diſtinct.§.ecce.& c.ſequenti.¶[Lis]tertia pars.nunc ex-
ponit,quod dixit.ſ̃.eod.cap.in princip.ibi,litium.& ſ̃.§.proxi.ibi,
16 litis. lis autem†quæſtionem ciuilem non criminalem deſignat
proprie,cauſa vero criminalem non ciuilem.ff.eo.tit.l.litis.C.de
tranſactio.cauſas vel lites[De qua Virgilius]Ar.hic,ꝙ poſſumus
17 inducere pro nobis dicta†gentilium,ſeu philoſophorum. & 37.
diſtinct.ſi quid veri.j.quæſtione.j.dominus declarauit. ibi ſi ergo
&c.de conſecra.diſtinct.v.ne tales. & legitur, & notatur.ſ̃.de iu-
dæis.& ſi iudæos.reſpon.j.verſic.fina. ¶[Cauſa] quarta pars.nunc
proſequitur primam partem fori, & exponit qualiter cauſa ꝓbe
tur[Cõſtat].i.ꝓbatur[Argumẽtũ]ver.argumẽtũ vocat naturalẽ
proba-



18 probationem.& ita eſt argu.† ꝙ in iudicio valet naturalis proba-
tio,expone tu.i.ratio, quæ naturaliter probat, ſicut & lex ſcripta
authorizabiliter.l.diſt.conſuetudo.Inſti.de iure natura.§. ꝙ vero
naturalis ratio.ſ̃.de elect. bonæ.j.§.contra legati. ibi, negantis fa-
ctum per rerum naturam &c.a contrario ſenſu. q.d. & non per
teſtes,vel inſtrumenta, vt litera ſequens dicit, vnde dic tabulis.i.
inſtrumentis B.Tu expone hoc,vt ſequitur,& no.ſ̃.de cleri.pere-
grinan.c.ii.§.vnico.in prin.[Probationem] ordinariam & euidẽ
tem.[Inueſtigatione] id eſt ſufficienti præſumptione, ſiue illatio
ne,& hanc,vt puto,vocat hic argu.vt innuit ſequens ver. [Vnde
dictum eſt] ver.[Argumentum inuentum] ideſt, ad arguendũ,
19 † & conuincendum negantem ex diuerſis coniecturis ſubtiliter
elicitum,& quandoque ex pluribus ſimul iunctis, nam & quæ
20 † non proſunt ſingula multa iuuant, vt patet in eo,quod legitur
& notatur.ſ̃.de præſump tertio.& capitu.literis.& probatur.C.de
rei vendica.iudicia.C.de proba.l.4.& v. [Probatio autem ] verſi.
ſ.naturalis ordinaria & conſueta. [Teſtibus & ] & pro aut.[Fide
tabularum] id eſt inſtrumentorum.ff.de tabu.exhiben.per totũ.
[Conſtat] id eſt fit.argumentum ergo hic ſecundum expoſitio-
nem hanc,ꝙ inſtrumenta & teſtes eandem vim obtinent in liti
bus exercendis.C.de fide inſtrumentorum.in exercendis, & legi
tur,& notatur.ſ̃.de fide inſtrumentorum.cum Ioannes.§.porro.
¶[In omni quoque] quinta pars.[Negotio] ſubaudi.dubio & or
dine iudiciario diffiniendo,alioquin contra.ſ̃.de iureiuran.ad no
ſtram.3.& ſ̃.de accuſationibus.qualiter.ii.[Iudex] infra. eod.ver.
j.[Accuſator] ĩ.eodem.verſic.accuſator.vel actor.[Reus] ĩ.eodẽ.
verſi.reus.[Et tres.]Argumentum contra.4.quęſtione tertia.ver.
vbi numerus.& ij.quęſtione.4.cã.j.ſ̃.de teſtibus.licet vniuerſis.ad
finem.vbi dicitur,ꝙ in ore duorum teſtium &c. Solut.tres dicit
propter triplicem modum probandi,ſcilicet per teſtes, inſtrumẽ
ta,& argumentum,de quibus pręmiſit.Vel pone tertium modũ
confeſſionem.argumen.ſ̃.de reſtitu.ſpolia.cum ad ſedem.§. fin.
ſecundum.T.Vel dic tres ſubaudi,ſiue duo,vt in contra.ſupra ſi-
gna.& ſ̃.de teſtamen.cum eſſes.& c.relatum. [Teſtes.] infra eod.
§.teſtes antiquitus.[Iudex] verſic.[Ius dicens]non eſt ergo &c.ĩ.
eodem.verſi.non eſt ergo.[Iure autem] verſi.[Iuſte] ita magnũ
ſicut paruum,quod dic,vt legitur,& notatur.ſ̃.de iudiciis. nouit.
§.j.verſi.penul.[Non eſt ergo] uer.ſi.22.alias 23.quæſtione.ij.ca.j.
21 [Iudex]ſupple bonus,nam & quandoque reperitur†iudex malus
22 3.quæſtione.7.iudicet.& §.fina.& pro meritis †ſubditorum diſpo
nitur a Deo via rectorum.ij.quæſtione.7.c.j.vj. quæſtione prima
ex merito.8. quęſtione.j. audacter. [Iuſtitia. ] Vnde dicit beatus
23 Ioan.apoſtolus.†Qui facit iuſtitiam iuſtus eſt.& j.Ioan.iij.b. [Ac
cuſator]ver.[Eum] ſcilicet reum,vt ſequitur.[Reus.]ver.[Qua]
id eſt ſuper qua.[Petitur] id eſt impetitur,alias impetratur,& illa
24 litera plana eſt.[Quia quamuis] &c. ſi ergo dicitur † reus non a
reatu,ſed a re,vt hic.& xv.quæſtione 3.cap.fina.tertia quæſtione.
xj.non eſt.¶[Teſtes antiquitus.] ſexta pars.[Nunc] ver.[Parte ab-
25 lata] & eſt hic figura,†quæ dicitur anterſis,cum ſ.principium di-
26 ctionis aufertur,vt hic patet.eſt & ſecunda figura,quæ dicitur †ꝓ
ſopopeia,quod eſt informatio nouæ perſonę.de conſecra. diſtin.
27 4.quæris.verſi.fina.Eſt & tertia antonomaſia,†vt cum per excel-
lentiam aliquid alicui attribuitur,puta,quando dico Apoſtolus
intelligitur Paulus.32.quęſtione.vii.Apoſtolus. & quando dico,
vrbs,intelligitur Roma.ſ̃.de pœniten.ſignificauit.Inſt.de iure na
28 tura.§.4.Quarta dicitur†ſinodochen,ſcilicet cum pars ponitur ꝓ
toto.31.quæſtione quarta.meretrices.14.quęſtione quinta.pœna
29 le.Quinta anthiteſis,†quando ſcilicet caſus ponitur pro caſu.75.
diſtinctio.ordinationes.xviii.quęſtione ſecunda. quidam. Sexta
30 lyptote†cum ſcilicet minus dicitur,& plus ſignificatur.ff. de hæ
red.inſtit.l.prima.§.ſi autem.& l. quoties. Septima pleanaſinos,
31 †vt quando dictio ſuperabundat,puta,ſi dicatur iſte uidet oculo,
video monachum regularem.20.quæſtione tertia.pręſens.Octa
32 ua themeſis,† quando eadem dictio interciditur.ff.de mino.ꝙ ſi
de ſpeciali. ff.de rei vendicatio. ſi poſt acceptam. Nona ſincopa,
33 † vt cum quid aufertur de medio dictionis, vnde & ponitur au-
34 dacter pro audaciter.8.quęſt.j.audacter.† Decima yronia. vt cũ
quid per deriſionem,ſiue per contrarium dicitur,vnde illud. O
35 quanta integritas,id eſt corruptio.xj.quęſtione 3.ad menſam. in
fin.†Vndecima hyperbole,id eſt exceſſus veritatis ut tu es albior
niue.& illud Frigidius glacie pectus amantis erat. ſic etiam cum
plus dicitur,& minus ſignificatur, puta nihil eſt grauius adulte-
36 rio.32.q.7.quid in omnibus.†Duodecima effegeſis expoſitio pręce-
cedentis ſermonis,vt cum dicitur vſuram aut aliquam adinuen
tionem,vbi plerunque exponitur ignotum per ignotius,vt patet
37 47.diſtinctio.quoniam multi.† Tertiadecima antropoſpatos, id
eſt humana propaſſio,quando ſcilicet attribuitur Deo,quod cõ-
uenit homini,vt cum dicitur Deus natus.C.de rebus eccleſi.non
ali.ſi quis presbyterorum.24.quęſtione prima.odi & proieci.ſecũ
38 dum Ala.†Quartadecima tampoſis, ideſt nimia humiliatio, ſi-
cut eſt illud ſeruus ſeruorum Dei.ſ̃.ti.j.relatum.ad fi.& ſ̃.in prin
39 cip. proœmii.vbi de hoc.†Quintadecima conceptio,quando ſci
licet plures perſonæ ſingulares compręhenduntur ſub nomine
plurali,vt cum dicitur,ego & tu legimus. ſic.ſ̃.de conſtitut.cum
acceſſiſſent.¶[Teſtes autem] ſeptima pars.[Conſiderantur] trib.
modis.& ipſos exponit ſtatim in ſequentibus.vt ĩ.no.[Conditio-
40 ne] verſi.primus modus.[Seruus] nam ſeruus†teſtis eſſe non po-
teſt,niſi cum tormentis.4.quæſtione 3.item liberi.C.de teſti.au
41 tem.ſi dicatur.[Dominantis] etenim† idoneus teſtis nõ eſt, cui
imperari poteſt.4. quęſtione tertia. item idonei. & argumen.xj.
quæſtione.3.quatuor.ſ̃.de teſtibus.in literis.vbi de hoc. [Natura]
42 verſi. ſecundus modus.[Fœmina. ] quæ in † criminali teſtis eſſe
non poteſt.33.quæſtione quinta.mulierem.Sed contra.xv. quæ-
ſtione tertia.ex eo.Solu.aliud ſecundum leges,vt ibi.aliud ſecun-
dum canones,vt hic,tamen & ſecũdum canones in crimine ex-
43 cepto admittitur, † & mulier.ſ̃.de ſimonia.tanta.& quando agiť
in modum inquiſitionis.ſ̃.de teſtib. tam literis.& in ciuilibus,&
etiam in matrimonialibus.ſ̃.de teſtibus. ſuper eo. in teſtamentis
vero non admittitur.Inſtitu.de teſtamen.§.teſtes.ſed & quando-
que eſt ipſis teſtimonium ſuſpectum.[Nam varium]&c.eſt eñ
44 frequenter† varia & inconſtans.C.de inofficio.teſtamen.filia. &
45 argumen.C.de inſtit.& ſubſtitu.repręhendenda.†varietas autem
teſtem repellit.ſ̃.de cauſa poſſ.& proprie.cum eccleſia Sutrina. §.
nos igitur.in principio.[Semper] id eſt ſępe. [Producit. ] ſcilicet
teſtimonium,ſeu dictum ſuum.[Vita] &c.tertius modus. [Inte-
46 ger.] debet†enim eſſe teſtis bonæ famæ, & ſine omni ſuſpitione.
47 ij.q.vij.teſtes.†infamis ergo repellitur.ſ̃.de teſtib.cogen.præterea.
[Nam ſi uita] &c.& ſi ſceleratus ſit,iniuſtus præſumitur, & ideo
de facili poſſet corrumpi,non enim &c.vt ſequitur. Et ideo fide
carebit.i.non credetur iuramento ſuo.argumen. ij. quæſtione.7.
non poteſt.ſ̃.de purg.canon.c.j.[Non enim] verſi. [Iuſtitia cum
48 ſcelerato] cum ſit† ſummum bonum iuſtitia.xii.quęſtio.ij.cum
49 deuotiſſimam & ideo† non poteſt ſimul ſtare cum vitio, cum
ſit virtus.32.quęſtione.j.cum renuntiatur.

### SVMMARIVM.

1 *Pactum quid,& vnde dicatur.*
2 *Mala,& prauæ conſuetudines non confirmantur ex longo tempore.*

## CAP. XI.

1 PActum. Ex pace.]†vnde & pacis nomen ap pellatum eſt.Eſt autem pactio duo
rum,vel plurium in idem placitum & conſenſus.ff.
de pactis.l.prima.circa principium.[Scriptura] & ẽt
ſine ſcriptura pactum fit,vnde ſubaudi,quandoque,vt facilius ꝓ
bari poſſit,non tamen eſt de ſubſtantia.ff.de pigno. contrahitur,
niſi ſic conueniat,vt in ſcriptis fiat,vbi quidem non valet aliter,
niſi ſcriptura exinde facta ſit & completa.ſ̃. de fide inſtrumento
rum.contractus.ſ̃.de pactis.cap.ij.[Legibus] aliter non valet,niſi
ſecundum leges fiat.ff.de pactis.iuriſgen.§.prætor ait.& C.de pa-
ctis.l pacta.[Ac moribus] ſ.bonis & rationabilibus, contra quos
non facere poſſe credendum non eſt.ff.de condi.Inſti.filius.ad fi
2 nem.quod dic,vt legitur,& notatur.ſ̃.de pactis.capi.fi.†mala au-
tem adinuenta,prauæque cõſuetudines,nec ex longo tempore,
nec ex longa conſuetudine confirmantur.in Auth.vt nulli iudi.
§.nulli vero liceat.colla.ix.& legitur,& not.ſ̃.de conſue.c.fi. [Di-
ctum] ver.[Quaſi ex pace factum] vel quaſi pacis actus.ff. de pa-
ctis.conuentionum.

### SVMMARIVM.

1 *Prætoris tuitio facit ualere,quod alias non ualeret.*
2 *Auari omnis oratio eius eſt ad Deum pro pecunia obtinenda.*
3 *Peccatum non dimittitur,niſi reſtituatur ablatum.*

## CAP. XII.

IVs dictum eſt. Hoc enim iure] verſic. hæc verba habes.14. q̃-
ſtione quarta.quid dicam.in fine.[Quod iuſte] non
tamen econuerſo.ſecundum leges. quia ſecundum
ipſas iure poſſidet,qui mala fide pręſcripſit, non tñ iuſte ſ̃m ca-
nones.ſ̃m quos,cum mala fide non pręſcribitur.ſ̃.de præſcri. vi-
gilanti.& c.fi.[Hoc iuſte quod bene] puta authore prætore.ff. de
1 acq.poſ.iuſte poſſidet† pelerunq; enim prætoris tuitio facit uale
re,quod alias non valeret.ff.quod cum falſo tuto.l.j.Et excuſat ẽt
ab infamia.ff.de his qui not.infa.furti.§.qui iuſſu. ſed & quocun
que alio modo, dummodo nec contra Deum, nec contra iura
res temporalis fuerit acquiſita,iuſte poſſidetur, de quibus modis
multa exempla habentur.Inſtit.de rer.diui.& ff.de acq.rer. dom.
per totum.Spiritualia vero nunquam ſine authoritate iuris, uel
ſui iudicis eccleſiaſtici bene acquiruntur,vt patet in eo, quod le.
& no.ĩ.eo.c.j.ver.quicunque.[Quod autem] ver [Alienum eſt.]
ideſt aliis debitum,ergo eis reddendum. 14.q.v. ſi quid inueniſti.
nec ſciens

nec ſciens & malam fidem habens poteſt præſcribere. quod dic,
vt legitur,& notatur.ſ̃.de præſcrip.c.j.& fi.& ſ̃.eo.ca.verſi.j. Sed &
omnes ſcire debent,quod ſuum non eſt hoc ad alios modis oĩ-
bus pertinere.C.vnde vi.l.fin.[Male autem] ver. [Vtitur] prodi-
ge expendendo.ſ̃.de conſuetu.c.pen.ſub.vel qui non bene vtitur
auare retinendo & concupiſcendo,vt auarus,qui nec reſtituit a-
lienum,vt in præcedenti glo.& cui totus mundus abolus non vi
2 detur,& gratioſius intuetur aurum quam ſolẽ.† Oĩs etiam orõ,
omnis ſupplicatio eius ad Deum eſt pro pecunia obtinenda.47.
diſt.ſicut hi.& 14.qu.4.quid dicam nec compoſſeſſorem quærit.
23.q.vii.ꝙ autem.[Vel aliena præſumit]contra mandatum Dei
recipiendo,ut vſurarius.ſ̃.de vſu.conſuluit.& per totum.vel ſub-
ripiendo vt fur.ſ̃.de furtis.qui cum fure,& per totum,vel inuadẽ
do,vt prædo ſiue raptor.ſ̃.c.i.& per totum. & quicunque iniuſte
pugnat,quod dic,vt leg.& no.ſ̃.de iureiur.ſicut & j̃. Vel per Ho-
ſtium non intrando,vt no.ſ̃.capit.j.verſi.quicunq; igitur.in oĩb.
enim talib.& conſimilib.veriſſimum eſt verbum beati Auguſti.
3 dicentis.†Non dimittitur peccatum,niſi reſtituatur ablatum.14.
q.vj.ſi res.ſ̃.de vſuris.cum tu. §.j.

*S V M M A R I V M.*

1 *Oblatio,nomen eſt generale.*
2 *Deus in ſignum uniuerſalis Dominij,decimas ſibi retinuit. quas clericis conceſſit.*
3 *Oblatio nomen gratuitum eſt.*
4 *Sacrilegus quis dicatur.*

## C A P. XIII.

CAuſa Carpen. plebis. & infra. Primitiæ, & decimæ] de quib.dic,vt le.& no
1 ta.ſ̃.de decimis.c.j.[Et oblationes.] †hoc no-
men generale eſt,vt patet.j̃.§.j.& c.cum inter vos. [In ſolis eccle-
ſiarum bonis.] Sed quid appellatur hic eccleſia? Dñs Albericus
dixit,ꝙ bona ipſa ſunt loci concluſi muro. i. eccleſiæ muro con-
cluſæ,hoc eſt,ad ipſam pertinẽt,& ſm hoc dicitur eccleſia dña,
& ipſa bona poſſidere ad inſtar vacantis hæreditatis. quæ vicem
perſonæ obtinet.ff.de acq.rerum dom.hæred. Alii dicunt,ꝙ ſunt
vniuerſitatis loci illius.argu.xii.q.ij. nulli liceat.H.dixit,ꝙ res iſtæ
ſunt Dei,& quamuis omnia ſint eius,iſta tamen ſpecialius.arg.j.
q.3.ſaluator.15.q.j.in canonibus.23.q.8. conuenior.xvi.q.j. deci-
mæ.& q.7.omnes decimæ.& ſ̃.de decimis.tua nobis.§.j.verſic. ni
2 mis profecto,†vbi dicitur, ꝙ Deus in ſignum vniuerſalis domi-
etiam ſi in veritate erat ſubditus, & etiam ſi iura denegata debe-
bat,ſed ſi erat exemptus , pronunciabitur ſententiã nullã fuiſſe.
In vtroque tamen tutius eſt, ſi conuentus priuilegio exhibito ap
pellet,ne prælatus procedat,vlterius contra ipſum, nam lata po-
ſtea ſententia erit nulla . ſupra de appel. ad audientiam . & bene
valet appellatio etiam a futuro grauamine in hoc caſu,cum ex-
tra iudicium appelletur , vt no.ſupra de appel.conſuluit. & c.bo-
næ.Porro,ſi nec priuilęgium,nec inſtrumentum,nec teſtes , vel
alias probationes exhibet,ſed dicit, quòd alibi ſunt,tunc ſi noto
rium eſt,illud quod prælatus petit deberi , puta , quia petit deci-
mas ſuæ parochiæ poterit conuentum, ſiue monitum excom-
municare non obſtante probabili, alias improbabili negatione,
quæ non facit rem dubiam,alioquin,ſi contrarium diceretur,fa
cile eſſet cuilibet iuriſdictionẽ ſuperioris ſui defraudare, & expe
diret negare,vel mentiri,cõtra id,quod legitur.ff.de tributo.actio.
l.illud . in hoc caſu ſuperior iudex excommunicatum abſo-
lutionem petentem ad cautelam abſoluere poteſt de parendo
iuri & mandatis eccleſiæ præſtita cautione, & ipſo abſoluto quæ
ret,quare non dedit decimas,vel aliud,quod petebatur, & ſi pro-
bauerit iuſtam cauſam denegationis, abſoluet eum a præceptis,
alioquin condemnabit ſupra.tit.j.ſacro.§.i.& ij.& §.verum.nam
in hoc caſu præſumptio transferret onus probationis in excom
municatum , vt alias not. ſupra de proba.illud . & qui negat id,
quod de iure debetur,probare tenetur id , quod allegat.ff.de pro-
ba.ab ea parte.nec ſeruatur hic alius ordo , niſi ꝙ hoc probet, vt
in ea.l.patet. quæ nec alium ordinem ſeruari præcepit . Et eſt ra-
6 tio,quia notorium iuris eſt,in notorio † autem iuris, vel facti or
do iudiciarius non ſeruatur . ſupra de iureiuran.ad noſtram . iij
Sed opponitur , videtur enim , quod in omnem caſum habeat.
prælatus cognoſcere,vtrum conuentus ſubditus ſit, vel exẽptus,
& an priuilegium verum ſit vel falſum,& an ſua ſit iuriſdictio.ar
gu.s̃.de reſcript.ſuper literis.ff.de iudi.ſi quis ex aliena . Solu.tunc
habet locum,quòd iudex debet cognoſcere, vtrum iudex ſit , ſi-
cut illa iura loquuntur , quando de hoc contenditur inter par-
tes,quia vna dicit,iudex eſt,alia dicit,non eſt , in hoc enim caſu
non in cauſa propria,ſed in aliena dicitur iudicare.ff.quando ap
pel.ſit.l.j.§.in propria . Secus autem quando iudex cauſam ſuam
proſequitur,vt patet in ſuperioribus caſibus, quando ſcilicet quæ
ritur,vtrum monitus per epiſcopum ſit exemptus, vel nõ,vtrum
priuilegium ſit verum , vel non , vel aliquid aliud proponitur,
quod tangit cauſam principalem,de his vel ſimilibus cognoſce
re non poteſt,quia iam eſſet iudex in cauſa ſua, quod eſſe non de
bet.vt ſupra.no. Hoc autem priuilegium , de quo hæc decre.lo-
quitur,reſtringi debet ad notorie delinquentes.argu.extra.do.no.
de offi.delega.ſtatuimus. lib. vj. Sed nonne vbi conuentus priui-
legium non exhibet,eſt ad arbitros recurrendum? Ita videtur,ar-
gu.xj.quæſt.j.ſi clericus aduerſus.Sed ibi loquitur, quando præla-
tus vult ſubditum conuenire.In hoc autem caſu ſtulte aget prę-
latus, ſi accuſatorem . (alias actorem.& melius)ſe conſtituat:ex-
communicet ergo ipſum , ſi hoc cum bona conſcientia facere
poteſt,& magis eligat conueniri coram ſuperiore, quam conue
nire,quia fauorabilior eſt reus,quam actor, vt patet in eo , quod
legitur,& no.ſupra de proba.ex literis.Exemptus autem compa-
rere non tenetur,ſi notoria eſt exemptio. argu. ff. qui ſatisda. co-
gan.ſi vero.ff.de feriis.l.j.in dubio vero compareat,alleget priuile
gium,& recedat ff.de iudi.ſi quis ex aliena. alioquin tenebit ſen-
tentia in eum lata ex ea ſola cauſa, quia non comparuit ſaltem
priuilegium ſuum allegaturus,vt ibidem.Sed in hoc caſu tutius
eſt,quod appellet,vt not.ſupra.ea.glo.ver. in vtroque ſecundum.
do.no.cuius eſt quam hæc tota glo. quaſi non per omnia appro-
bamus,nam cauſa eccleſiæ non eſt prælati proprie,vt patet in eo,
quod no. ſupra de teſti.cum nuntius . vnde & in ipſa poteſt eſſe
teſtis , aut iudex,vt ibi not.& in Summa de ſen.& re iudi.ſub ru-
brica de ſententia . §.ſed quis debet ſententiam . ſub. §. proprius.
7 quod dic,vt ibi plene not.† Papa etiam , vbi quæritur de iuribus
Romanæ eccleſiæ poterit eſſe iudex,decentius tamen eſt , quòd
alii hoc committat.quod dic,vt no.ſupra de confir.vtili.cum di-
lecta.§.quia vero.& de iudiciis.cum veniſſent.[Dicebant enim].
ver.[Priuilegio].quod dic,vt no.ſupra.eo.c. in prin.[Congrua ſa
tisfactione].ideo nolebant relaxare interdictum, niſi prius ſolue
retur emenda.vt ſupra.e.§.reſpon.j.in fi.[Et infra]. hic contine-
tur,qualiter fuit ex parte comitiſſæ ad archiepiſcopum appella-
tum,& coram eo inter partes ſuper intentione præmiſſę clauſu-
lę & aliis inferioribus diſputatum.Dicebat enim pars comitiſſę,
quòd congrue ſatisfaciebat,ex quo iurabat,& cauebat de ſtando
iuri.Pars vero capituli ſatisfactionem pecuniariam & nõ aliam
congruam aſſerebat. Archiepiſcopus igitur declarationem hu-
ius dubii ſedi apoſtolicę,ſicut debuit reſeruauit,& miſit cauſam,
& partes ad Papam prę́ſigens,eis terminum,quo ſe deberent apo
ſtolico conſpectui præſentare.vt not.ſupra.eo.c.in princ. & ideo
Papa dubium iſtud declarat,vt patet in ſequentibus.¶ Ad intel-
ligendam].iii.pars.[Clauſulam] poſitam ſupra . eo.§.j.ver.dice-
bant . [Vtrum].ver [In aliquem]. contra Carnoten. eccleſiam
delinquentem . [Prolata]. authoritate priuilegii pręlibati . [Pro
contumacia].ſcilicet nuda , & ſimplici , ſed non videtur , quòd
8 hęc diſtinctio locum habeat,quia † nemo excommunicatur,ni
ſi pro mortali,& qui aliter corrigi non poteſt.xj.quęſt.iij. nemo.
ij.in fi.xlv.di.ſed illud.xxiiij.quęſt. iij.tam ſacerdotes. Sed propter
hoc non remouetur,quin locum habeat hęc diſtinctio. quicun
que enim vocatur ad iudicium, venire tenetur & ſtare iuri,quod
ſi non faciat,contumax reputatur,& ideo poteſt excommunica
ri,maxime quando talis eſt res, quòd actor non poteſt in poſſeſ-
ſionem mitti ſupra.vt lite non conteſta. tuę . In hoc ergo caſu ſi
excommunicatus poſtea compareat,& ſe petat abſolui , ſufficit
cauere de ſtando iuri ſine ſatisfactione alia principalis cauſę, pro
qua citatus fuit , & de qua nec condemnatus eſt , nec confeſſus,
nec conuictus,nec alias notoria eſt.ij.quęſt.j.nos in quemquam.
ſupra de conſti. eccleſia ſanctę Marię . & etiam ſi notoria eſſet,
non obſtaret petenti abſolutionem , cum nec pro ipſa excom-
municatus ſit,ſed pro contumacia tantum, nec ſit talis exceptio
admittenda,niſi quantum ad cauſam, pro qua ſentẽtia lata fuit.
Quid ergo ſi is , pro quo ſententia lata eſt , dicat ipſum non eſſe
abſoluendum,niſi primo ſatisfaciat ei de expenſis, vel alio dam-
no,quod incurrit occaſione contumacię,excommunicati? Vti-
que audiendus eſt excipiens , nam & tunc poteſt dici quantum
ad hoc manifeſta offenſa . ſecundum do. no. Nos tamen talem
contumaciam , non nudam, non ſimplicem , ſed pręgnantem
conſueuimus appellare,habet enim in ſe offenſam implicitam,
quę ſatisfactionem requirit.argu.ad hoc ſupra.de dolo & contu.
c.j.ſupra vt lite non conteſta.quantum.§.in aliis.& expreſſius. ſu
pra de iudi.c.j. in fi.quod dic , vt ibi not. Vbi vero condemnatur
aliquis,vel notorie delinquit , & quia monitus non ſatisfacit ex-
communicatur , hic patet , quòd de ipſo maleficio condemna-
tur,& ideo cum notoria ſit offenſa,non debet abſolui,niſi primo
ſufficiens pręſtetur emenda. xxii. quęſt. fi.peſſimam . xvij.quęſt.
iiij.de presbyterorum.xj.quęſt.iij excellentiſſimus. in fi.ſupra.ti.j.
parochianos : per quę iura videtur fuiſſe ſuperfluum hoc priui-
legium in hoc caſu,& in eo,quod dicit,quod ſententia non rela
xetur,niſi congrua ſatisfactione prę́miſſa, quia hoc regulare eſt,
vt in prędictis iuribus appareat, & multis aliis,niſi dicas,quia plus
ſolet timeri &c.xxiij.diſt.quamquam.ſupra de hæreticis. ſi aduer
9 ſus.in princ.† Sed & quod de iure competit , multoties impe-
tratur.quod dic,vt legitur,& not.ſupra de procura.quia in cauſis.
ſupra de iureiuran.& ſi Chiſtus.in fi.in eo vero,quòd capitulum
malefactores ſuos excommunicare poſſet , non eſt priuilegium
10 ſuperfluum,cum capitulum †de iure communi iuriſdictionem
non habeat,vt patet in eo,quod le.& no.ſupra de reſcrip. ex par-
te decani.Quid ſi ſit ita pauper excommunicatus, quòd ſatisface
re

re non poteſt? Reſpon.Caueat, quòd ſatisfaciat,cum peruenerit
ad pinguiorem fortunam.vt patet in eo,quod legitur.& notatur
11 ſupra de ſolut.Odoardus.† & ſi non poteſt aliam cautionem præ-
ſtare,iuret.argumentum.C. de epiſcop. & cleric. auth. generali-
ter.& ſic præter quam poteſt ſupra.de donat.inter virum,& vxo-
rem.capit.penultimo.vigeſimaſecunda. quæſtione ij.faciat.Niſi
forſan ſit,quod valeat imputari. argumen.C.de fur.ſubtracto.nã
12 & quandoque differtur† abſolutio propter delictum excommu
nicati,vt patet.xi.quæſtione tertia.qui iubente.xviii. diſtinctione.
ſi quis autem adeſſe. vigeſimaſexta quæſtione ſeptima. ſacerdos.
xj.quæſtione tertia.ſi quis epiſcopus damnatus.ſupra de offi.ord.
ſignificauit.s̃.de rapt.ſuper eo. quod dic,vt ibi no.Finaliter tamẽ
13 † nulla eſt abſolutio deneganda.vigeſimaſexta quæſtione ſexta.ſi
presbyter,quia eccleſia nulli claudit gremium.C.de ſumma Tri
nitate.l.fina.prope fin.Excipe tempus generalis interdicti, quod
dic,vt plene notatur.ſupra de ſponſali.non eſt vobis . [Citatus. ]
ſubaudi venire.[Vel ſtare] &c. vel quia illicentiatus receſſit. vn-
decima quæſtione tertia.certum eſt.& idem eſt,vbicunque con-
tumax eſt,puta, quia non venit ad conſilium, quinta quæſtione
ij.præſenti xviij.diſtinctione,ſi epiſcopus. & capitu. ſequenti. vel
quia non proſequitur accuſationem cæptam. quarta quæſtione
v.cap.j.in fine.& generaliter quandocunque ſuperior præcipit id
ad,quod officium ſuum ſpectat.ſeptima quæſtione prima. quia
frater.vnde & ſi præcipit ſubdito, quòd non faciat furtum , vel
non fornicetur ſpecialiter cum aliqua, & non obediat,excom-
municari poteſt.ſine alia admonitione, quia contumax eſt, &
pro contumacia excommunicari poteſt,vt dictum eſt.Idem di-
cunt quidam,vbi generaliter monetur, ne fornicetur cũ aliqua.
Domin.noſtr.contra. quia ſicut pro contumacia de expreſſo &
ſpeciali crimine debet excommunicari,ſic & de expreſſo & ſpe-
ciali crimine debet moneri.argumen.ſecunda quæſtione prima.
nemo.extra domin.noſtr.de ſententia excommunication.cum
medicinalis.[Vel etiam pro offenſa ] Supple & contumacia , vt
14 ſequitur, nam pro ſolo crimine † non eſt quis excommuni-
candus ab homine, ſi corrigi ſit paratus. vndecima quæſtione
tertia. nemo. ij. quadrageſima quinta diſtinctione. ſed illud. &
idem eſt in quolibet crimine. ſupra titulo primo.grauem ſupra
de officij delegati. ex literis. [ In primo vero caſu] ſcilicet, quan-
do pro ſimplici, & pro nuda contumacia eſt excommunicatus.
[ Credimus. ] &c. vt ſequitur. [ Sufficiens. ] ergo datis pignori-
bus, vel fideiuſſoribus . ff. mandati . ſi mandato . §. finali. ſupra
de ſequeſtratione poſſeſſio.ad hæc.hic tamen credimus ſuffice-
re , quòd iuratoria cautio præbeatur, vbi tamen nullæ expen-
ſæ petuntur, vt nota. ſupra eodem. §.verſiculo.vtrum aliqua.ſu-
pra vt lite non conteſtat.capit.fina.§. in aliis. [In ſecundo vero.]
verſi.ſcilicet,quando pro offenſa lata eſt ſententia. [Manifeſta.]
ideſt notoria. vt infra ca.j. ſupra de cohabita.clericorum,& mu
15 lierum.cap.veſtra. & cap.fina.† Poteſt tamen de hac materia ſic
diſtingui,cum aliquis excommunicatus petit ſe abſolui. Aut eſt
excommunicatus pro ſimplici & nuda contumacia,& tunc ſuf-
ficit iuratoria cautio , & ſic intellige. ſupra verſiculo proximo.
Aut pro prægnante,& tunc neceſſe eſt, quòd ſatisfaciat de his ,
quæ in ſententia implicita ſunt, ſiue agatur de intereſſe , ſiue de
expenſis.ſupra de iuditijs.capitulo primo.in fin.vbi de hoc. Aut
eſt excommunicatus pro offenſa,ſeu delicto , in quo ſpeciale &
priuatum ac pecuniarium intereſſe hominis principaliter non
verſatur,vel aliud conſimile,de quo ſcilicet, Deus tantum offen-
ditur,vt quia aliquis blaſphemauit,vel de hæreſi eſt ſuſpectus, &
tunc, ſi notorium ſit,niſi pœniteat, & omnino deſiſtat abſoluẽ-
dus non eſt.ſupra de officio ordini.ſignificauit.ſi vero pœniteat,
ſtatim abſoluitur,& ſi adhuc per pœnitentiam non ſatisfecerit.
Niſi alias per eum eccleſiæ,ſit illuſum,vt patet in eo , quod legi-
tur,& notatur.ſupra de hæreticis.ad abolendam.§.illos quoque
alioquin nimis ſtaret excommunicatus, cum regulariter pec-
16 cata † mortalia pœnitentiam ſeptem vel quinque annorum re
quirant . ſexta quæſtione prima . quicunque . & ſecundum hoc
intellige.ſupra de eo,qui duxit in matri.ſignificaſti.Sed in occul-
17 to † petens abſolutionem eſt abſoluendus.ſupra quod met. cau
ſa.capitulo primo.§ fina.ſupra titulo primo.per tuas.in fi.vbi ve-
ro aliquis excommunicatus eſt pro furto,vel rapina, vel alia in-
iuria homini irrogata principaliter, & in quo vertitur ſpeciale ,
ſiue pecuniarium hominis intereſſe,tunc de rigore iuris non ni
ſi præmiſſa ſatisfactione ſufficienti, ſiue cõgrua eſt abſolutio im
pendenda,vt hic.& vigeſimatertia quæſtione vltima . peſſimam.
ſupra de raptor.capi.primo.ſupra de vſur.cum tu.§.primo.Ratio
18 diuerſitatis hæc eſt,quia † Deus principaliter non requirit pecu
niam,ſed contritionem,homo vero econuerſo,& quia Deus tã-
quam benignior & miſericordior facilius remittit offenſam ſibi
factam,quam homo,ſed & quamuis,vbi aliquis offendit homi-
nem,non ſit abſoluẽdus,niſi præmiſſa ſatisfactione.vt ſupra no.
Hoc verum eſt de rigore,nam de benignitate aliter vtimur tota
die vt patet in eo,quod legitur,& notatur.ſupra titulo primo ex
tenore.& capitu. ea noſcitur. & capitulo ſacro.§. primo & adde
quod nota.ſupra de appellat.qua fronte. [Sufficiens.] ad arbitriũ
iudicis.argumentum ſupra de officio delegati. de cauſis.ſupra de
tranſactio.capitulo fin.qui ſi inique arbitretur,poterit appellari.
argumentũ in eo quod legitur, & notatur.ſupra de purgat. can.
nos inter alios. [Si vero dubia] verſi.quomodo ergo iuſſit iudex
maleficium emendare? Graue fuit hoc & indecens . vndecima
quæſtione tertia.graue.& ſi ſententiando hoc fit, facta fuit offen
ſa notoria iuris per ſententiam,& ſic non poteſt eſſe dubia ſupra
de cohabitatione clericorum & mulierum.capit.fina.Sol.Quan
doque iubetur aliquid a iudice ſententiando . vndecima quæſt.
tertia qui iubente ff.de re iudica.quod iuſſit.& hoc non debet fie
ri,niſi cauſa cognita.vndecima quæſtione tertia . graue. Quan-
doque vero non ſententiando,ſed præcipiendo , vt quando quis
vocatus id,ſuper quo impetitur,confitetur, tunc enim præcipit,
quod ſatisfaciat,quia confeſſus pro conuicto habetur. ff. de con-
feſſis.l.prima.C.de confeſſ.l.vnica. nec † tale præceptum dicitur
ſententia,quia nec omnis vox iudicis rei iudicatæ authoritatem
habet.C.de ſenten.& interlocutor.ex ſtipulatione.tertia quæſtio-
ne ſexta.hæc quippe.nam adhuc poteſt reus iudicem recuſare,&
errorem allegare,probare,& reuocare.ff.de confeſſ.l. ſecunda.&
ſic non eſt res manifeſta.ſecundum Ioan. Ego intelligo hoc, ſi-
cut hæc litera ſonat,quando ſcilicet, iudex monet & aliquem, vt
ſatisfaciat de offenſa,quam iudex dicit eſſe notoriam , & qa hoc
nõ facit,excommunicat ipſum, in hoc enim caſu ſi excommu
nicatus petat ſe abſolui , & excommunicator,vel is, pro quo la-
ta eſt ſententia,opponat,quòd non eſt abſoluendus , niſi primo
ſatisfaciat, abſoluendus eſt excommunicatus,niſi incontinenti,
vel infra octo dies,quòd offenſa notoria ſit,fides fiat,& ſic elapſis
octo diebus quo ad abſolutionem vlterius differendam , quan-
tumcunque dicatur hæc offenſa notoria,dubia reputatur,quod
dic,vt legitur,& plene notatur.extra dominus noſter.de ſentent.
excommunica.ſolet.§.in prima.libro ſexto. Multoties enim iu-
dices ferunt ſententias tanquam pro notorio, de quo tamen
poſtea contingit eos dubitare,vt patet in eo, quod legitur,& no
tatur,ſupra titulo primo.ſacro.§. finali. Poteſt etiam eſſe dubia ,
etiam ſi excommunicatus confiteatur cauſam,propter quam di
cit ſe excommunicatum:allegat tamen aliquid ad ſui defenſio
nem, quo probato apparet , quòd non fuerit ſibi ſatisfactio in-
iungenda , puta , confitetur ſe clericum percuſſiſſe , ſed dicit,
quòd defendendo ſe hoc fecit . ſupra titulo primo capitulo ter-
tio.§. ſi vero . Vel aliquid aliud rationabile opponit,etiam con-
tra propriam confeſſionem. ſupra de accuſat. cum dilecti.§. pe-
nultimo.In hoc tamen caſu & conſimili non debet abſolui ſi
ne ſatisfactione,quouſque fidem fecerit de defenſione ſua, quia
ei, qui dicit , non ei,qui negat , incumbit probatio.ff. de proba-
tio.ei qui dicit . Sed nunquid in hoc caſu tenetur hoc probare
infra octo dies, alioquin poſtea præciſe ſatisfacere compellatur?
(ſicut no.ſupra in caſu conuerſo ) Ita videtur , quia in iuditiis æ-
qualitas eſt ſeruanda, & eiuſdem conditionis eſſe debent actor
& reus , vt patet in eo , quod legitur , & notatur ſupra de mutu.
petitio.capitulo ſecundo.§.nos vero.ſupra de arbitris.capitulo fi-
nali. puto tamen contrarium , ratio diuerſitatis hæc eſt , quia
in primo caſu petenti abſolutionem , quæ deneganda non eſt,
niſi ex cauſa rationabili . prima quæſtione ſeptima . ſi quis om-
nem . voluit eccleſia per limitationem temporis ſine alterius
graui præiudicio prouidere . In ſecundo vero ſatis debet ſuffi-
cere illi,pro quo eſt lata ſententia, quòd excommunicatus non
abſoluatur,quouſque ei ſatisfecerit , vel de exceptione ſua fidem
fecerit , ſicut debet, & ſi elapſis octo diebus præciſe cogeretur ex-
communicatus ſatisfacere, poſſet ex hoc nimis grauari , quia
nec ſolutum de facili recuperaret Putamus tamen, quòd ſi ſen-
tentiam contemneret, nec curaret probare intentionem ſuam
poſſet ei tempus a iudice limitari, infra quod de intentione ſua
probaret , quo elapſo præciſe cogi poſſet . argumentum in eo
quod legitur,& notatur. extra dominu. noſt. de reſtitutione ſpo-
liato.frequens. §.penultimo.libro ſexto. & ſupra de probatio.li-
cet.reſponſo primo verſiculo ſuper quo.ſupra de pœnis. capitu-
lo finali.[Competens ſatiſfactio] ideſt ſufficiens, datis ſcilicet pi-
gnoribus, vel fideiuſſoribus , vt nota. ſupra eodem . §. verſiculo
in primo.ſuper verbo, ſufficiens.Et ſecundum hoc nota.hic tres
caſus.Primus eſt , quando quis excommunicatus eſt pro ſim-
plici contumacia , vbi ſufficit iuratoria cautio , vt ibi nota . Se-
cundus eſt , quando quis excommunicatus eſt pro prægnante
inobedientia,vel offenſa manifeſta,ſiue notoria , & hic requiri-
tur emenda congrua ſiue ſufficiens, vt ſupra verſiculo proximo.
Tertius eſt,quando pro offenſa dubia eſt excommunicatus, vbi
quidem requiritur iuramentum,ſine quo abſolui non debet, vt
patet in eo,quod notat.ſupra titulo primo. cum deſideres.§.pri-
mo.& fina. & c.ſuper eo.Requiruntur & pignora ſiue fideiuſſo-
res ratione offenſæ,& ſi dubia reputetur , vt ſi forſan probetur ve
ritas, ad ſatisfaciendum facilius diſtringatur, vt. s̃. titulo j.ſacro.
§.pen.



§.penulti. ver.penul. & arg. ſupra vt lit. pen. eccleſia. j. in fi. Vel
ideo dicit hic competens,quia ſi non poteſt dare fideiuſſores, vel
pignora,ſufficit,quòd præſtet,quam poterit,vt no.ſupra e.ver.j.ſu
per verbo,contumacia.in ver.glo.quæ incipit, quid ſi ſit ita pau-
per.& ſeq.

*SVMMARIVM.*

1 *Anſa quid ſit.*
2 *Notorium iuris triplex eſt.*

CAP. XXIIII.

CVm olim. [ Capitulũ ].i. articulus ſiue clau-
ſula,vt patet ſupra c.proxi.§.ad in-
telligendam.nam ex illo pendet hoc capitulum. ſi.j.
e.c.j.§.j. ver.penul.& fi. & s̃. ti. j. inter alia. [Cõtra te]
o comitiſſa Bleſen.cui loquitur.[Quòd].i.quia.[Dicebant] .ſ.ca-
nonici.vt s̃.e.c.proxi.§.j.ver.dicebant.al.dicebat.ſ. capitulum Car
noten. [Et.j.] Hic continetur , ꝙ canoici dicebant illam iniuriã
eſſe manifeſtam,de qua videbatur eiſdem,& ſic comitiſſa neceſ-
ſe habuit iterum recurrere ad ſedem apoſtolicã pro huiuſmodi
dubio declarando,vt patet infra.§.ſeq.¶ Quia vero] .ij. pars.[Dũ
anſam].i.nodum curſilem , qui ſi caput fili recte retrotrahatur,
facile ſoluitur , alioquin magis ligatur , ſic & Papæ accidit , quia
dum hanc dubitationem intendit ſoluere, in grauiorem incidat
quæſtionem:declarauerat enim,qualiter præmiſſa clauſula, intel
ligenda erat de ligatis.ſ. p manifeſta offenſa,vt s̃.c.proxi.ſed in il-
la ſolutione difficilioris quæſtionis nodus eſt intricatus . hic. ſ. q̃
offenſa dicatur manifeſta , ſiue ad cuius arbitrium ſit ſuper hoc
1 recurrendum,ſic ponitur hic † anſa pro nodo,ponitur & pro au
ricula ciphi,vel calicis,vel vrceoli, vel aliorum vaſorũ, quæ ma-
nu tenẽtur.[Soluimus].i.ſoluere intendimus , ſiue intelleximus.
[Dicimur.]a peruerſe intelligentibus,ſiue interpretantibus. ſ.ca-
nonicis Carnotẽ.vt ſequitur.ſi.ſupra e. venerabili. & c.olim.[Ca
nonicis] ſ.prædictis Carnoten.[Velut].i.ſicut.[Proponentibus.]
& male.[Quæ ſibi tantummodo.]& hoc fatuum erat dicere, vt
eis crederetur in alterius partis præiudicium,ecõuerſo enim hoc
potius ſequeretũ.vt ff.de interro.act.de ætate.§.j.xiiij.q.ij.§.j. ¶Of-
fenſam illam].iij.pars.[Intelligere.]tantummodo.ſic ergo & nos
intelligere oportet,vt no.s̃.e.venerabili. ad fi.[Per cõfeſſionem.]
contra quam,nihil opponitur,alioquin contra.s̃.de accuſa.cum
dilecti.§.penulti.& no.s̃.eo.§.proxi.verſi.fi.[Probationem.]patet
ergo,ꝙ ſuper hoc eſt ad iudicem recurrendum , qui ſecundum
ꝙ coram eo probatum erit,& animi ſui motum,& iuris conſciẽ-
tiã debet hoc diffinire.ſupra de cõſuetu.ad noſtram.s̃. de renũci.
in præſentia.s̃.de teſtibus.in noſtra.ff.de arbi.qualem.iii.q.vij.iudi
cet.in Aut.de iudicibus.§.ſi vero.coll.vj.& de defen.ci.§.iuſiuran-
dum.coll.iij.Sed cuius iudicis ſpectatur arbitrium?Reſpon.illius
coram quo agitur,quouſque fuerit appellatum,& ſi inique arbi-
tretur.ar.ff.de iuſti.& iur.l.fi.s̃. de iudi. quod ad conſultationem.
§.j.ex quo autem appellatum eſt, vel ad ſuperiorem legitimus re
curſus habetur,ſuperioris arbitrium eſt ſpectandum.vt s̃.de pur.
cano.nos inter alios.§.fi.s̃.de appel.vt debitus. Quantumcunque
ergo probatum fuerit coram primo iudice , ſi coram ſuperiore
aliquid rationabile proponatur, quare probatio non ſit ſufficiẽs,
per ipſum erit diffiniendum , qui ſi inuenerit probationem mi-
nus legitimam,vel quia ordo ſeruatus non fuerit,vel quia de cau
ſa non cõſtitit, abſoluetur excommunicatus.ij.q.j.nemo.de aliis
dic,vt nota.ſupra c.proxi.ver.fina.& s̃.ti.j.ſacro.[Legitime].ſ.co-
ram ſuo iudice & ſeruato ordine, vt patet in præceden.glo. [No-
2 ta fuerit.]ſubaudi,vel per ſententiam,& ſic habes hic† triplex no-
torium iuris,quod dic,vt le.& no.ſupra, de cohabi.cleri.& mu.ve
ſtra.[Tergiuerſatione.Hic ergo loquitur de notorio facti, qđ nec
accuſationem,nec probationem requirit.ſupra,de accuſa. euidẽ-
tia.ſupra,de cohabi.cleri.& mulie.ca.fi.& de pur.ca. cum dilectis.
§.his igitur. ver.dicitur enim.ſuper verbo , populus teſtis erat. Nõ
curamus autem de quadam magna glo.do.no.hic poſita, quia p
prædicta omnia explicãtur , & quia in hac materia hodie potiſ-
ſime ſtandum eſt ei,quod legitur,& no.extra. do. no. de ſenten.
excom.ſolet.§.in prima.li.vj.

*SVMMARIVM.*

1 *Apoſtolica ſedes refugium eſt omnium oppreſſorum.*
2 *Tempus non eſt modus inducendi ſiue tollendi obligationem.*
3 *Epiſcopus dicitur dominus principalis , quia ad eum pertinet ordinatio omnium eccleſiarum.*
4 *Vendicatio nunquam incorporalibus datur poſſeſſori.*
5 *In confeſſoria,& in negatoria quæ ueniant.*
6 *Seruitutis natura eſt,quòd potius aliquod non fiat, quàm fiat.*
7 *Conſuetudo non valet,niſi in contradictorio iudicio ſit obtenta.*
8 *Sententia arbitrorum per omnia ſententia non eſt.*
9 *Publicatio coram iudice facta, fidem facit.*
10 *Iudex aliquid non facit ſine cauſæ cognitione.*
11 *Tabellionis authoritas non eſt tanta, quanta eſt iudicis.*
12 *De verbis non eſt curandum quando de mente conſtat.*
12 *Sacræ ſcripturæ nil detrahendum,addendum vel mutandum eſt.*
14 *Lex captioſe non eſt interpretanda.*
15 *Calixtus fuit proximus Paſchali,quia ei ſucceſſit.*
16 *Priuilegium deſtruitur deſtructo monaſterio.*
17 *Differentia inter priuilegium conceſſum ordini, & conceſſum loco.*

CAP. XXV.

ABbate. [S.Iuliani.] cuius monaſterij monachi
cõſueuerãt eligere abbatẽ , vnum de mo
nachis monaſterij ſancti Bertini, vt ſequitur [De ip-
ſius eccleſiæ]ſ.ſancti Siluani.hoc eſt de ſeipſis[ Amo
rinen..epiſcopo.]loci diocæſano.[Obtinere.]monaſterio ſancti
1 Bertini ſe opponẽte,vt ſequitur.[Sede apoſtolica.]quæ†refugiũ,
eſt omnium oppreſſorum.ij.q.vj. ad Romana.j.& ij.& ix.q iij.cũ
cta per mundum.ſupra,de elec.licet.in fi.[Cæterum]ver.[Cõſue-
tudinem.]cõtra ius commune,vt patet ſupra,de elec.c. cum ter-
ra . [Et priuilegia . ]ſic ergo conſuetudo & priuilegium concur-
runt,vt hic,alibi vero & conſuetudo , & ius commune , & ſtatu-
tum,& conſtitutio.s̃.de conſuet.cum dilectus.§.j.& §.dictus. præ
ſcriptio vero & priuilegium concurrunt. ar.s̃.de præſcri.veniens.
§.fi.quod dic,vt ibi no.[Vtpote] ver. [Contra conſuetudinem.]
Ex hoc videtur,ꝙ talis.libellus recipiẽdus eſt , peto talem electio-
nem confirmari,vel infirmari,quia ſecundum, vel contra con-
ſuetudinem facta eſt , & ſi alia cauſa non allegetur , ſic ſupra de
conſuetu.cũ dilectus.ſupra de elec. Cumana.ſupra de cauſa .poſ.
cum eccleſia. xviij.q.ij.ſeruitium. ff. communia prædi.venditor.
§.ſi conſtat.ff.de aqua plu.ar.l.fi.§.fi.ix.q.iij.conqueſtus. lxiiij.diſt.
2 quia per ambitiones. Nec obſtat, ꝙ † tẽpus non eſt modus indu
cendi obligationem,ſiue tollendi.ff.de act. & ob.obligationum.
§.placet.ſupra de præſcrip. ſi diligenti.quia & ſi non tollitur, vel
inducitur tempore,inducitur tamen conſuetudine, in qua non
tempus requiritur, ſed & illius, qui ex conſuetudine taugitur (.i.
cui præiudicatur)conſenſus tacitus,vel expreſſus, vt no. ſupra, de
conſuetudine.c.j.& ex conſenſu tacito, vel expreſſo obligationes
naſcuntur.ff.de pact.l.j.ii.& iij.ad idem.C.de agri.& cen. litibus.li.
xj.Sed quæ actio competit in hoc caſu? Pro iuribus nõ competit
vere,vel proprie negatoria,ſiue confeſſoria,quæ tãtum competit
pro ſeruitutibus,& vſufructu,dẽt ergo agi,& exprimi in libello qđ
ad agentẽ pertinet de iure. ſupra, de cauſa pos. cum eccleſia: vel
de conſuetudine,vt hic,vel ex conſtitutione. ſupra de conſuetu.
cum dilectus.§.dilectus. vel ex priuilegio.lxiij.diſti. Adrianus.& c.
ſeq.Et hæc actio quaſi negatoria, vel cõfeſoria dici poteſt. com-
petit enim quaſi confeſſoria domino,vel quaſi.domino rei.ſcili-
cet eccleſiæ vel potius procuratori, & cuſtodi eccleſiæ , & cui ius
quæritur in eccleſia,& qui nomine ipſius agit, qualis eſt prælatus
eccleſiæ . ff.ſi ſeruit.ven.l.j. Prælatum etiam intelligas quemcum
que miniſtrum legitimum,etiam ſi ſit capitulum, vel conuẽtus
eccleſiæ habẽs bona diſcreta a prælato.ſupra de reſcript. edoceri.
Competit & hoc contra poſſeſſorem rei. i. eccleſiæ in qua agens
dicit ſe ius habere.ff.ſi vsuſf.pe. vti frui.§.vtrum.& cõtra quaſi poſ
ſeſſorem,qualis eſt is qui dolo deſijt poſſidere , vel qui ſe liti obtu
lit.ff.ſi vsuſfru.pe.l.fi.& qui non patitur agentem iure ſuo vti , vt
patet in interdicto vti pos.nam qua ratione facit quominus agẽs
poſſideat,eadem ratione & poſſidere videtur.ff. ſi ſeruit. ven.loci.
§.ſi quis mihi.& l.ſi quis.diuturno. Datur etiam confeſſoria in re
bus non ſpiritualibus etiam creditori.ff.de remis.l.j.§.item Iulia-
nus.& ſuperficiario ff.de ſupfic.l.j.§.fi.& vſufructuario. ff.ſi vſufr.
pet.l.j.§.j.Datur & cõ ſuperficiariũ agri ſeruitutem debentis . ff. ſi
ager vec.l.j.§.fi.Quaſi autem negatoria competit eis,quibus dixi-
mus competere quaſi confeſſoriam . Datur ergo quaſi nega-
toria contra illum,qui poſſidet,vel tenet eccleſiam , vel rem eius
nomine,cuius nomine ius poſſidet , & etiam contra illum , qui
nomine ſuo tantum poſſidet,non eccleſiæ,vt ſi agam contra ali
quem,qui eſt in poſſeſſione archidiaconatus dicens, nego te vel
ipſum habere ius exercendi iura archidiaconatus in mea diocæ.
vel in tali archidiacontu, qui ad me pertinet principaliter , vel
directe,puta, quia ſum epiſcopus , a quo idem archidiaconatus
tenetur , & recipitur , ar.eius quod dicitur de vſufructuario , qui
naturaliter poſſidet.ff.de acquiren.poſ.naturaliter.& tamen con
tra eum competit hæc negatoria.ff.ſi vſufr.pe.l.iiij. §. antepenul.
& fi.Datur & quaſi confeſſoria archidiacono & epiſcopo , a quo
tenetur archidiaconatus eadem ratione, quia eſt prælatus eccle-
ſiæ quæ eſt directa & principalis domina iuris archidiacona-
lis , & archidiaconus , qui hæc iura tenet ab epiſcopo , eſt vtilis,
dominus : & ſic quaſi confeſſoria directa competit epiſcopo
nomine eccleſiæ , vtilis vero archidiacono nomine ſuo.ſicut di-
cimus in domino & vaſallo. argumen. ff.ſi agere . vectigal. peta.
3 l.j. §. fin. Dicimus autem † epiſcopum dominum principalem ,

3 quia ad eum pertinet ordinatio † omnium eccleſiarū. x.q.j.de-
cretum eſt.& ſequētibus.xvj.q.vij.omnes & quia licet ſinguli in
ſingulis ordinationem certam habeant,ipſe enim prçordinator
eſt in cunctis.xxv.diſt.per lectis.Inde eſt, ꝙ poteſt agere pro ſin-
gulis eccleſiis ſibi ſubditis. ſupra de ſuc.ab inteſ.c.fi.x. quæſt.ij.c.
ſi.Cum igitur quaſi negatoria & quaſi confeſſoria ratione domi
nij,vel quaſi competant. Videtur dicendum, ꝙ ſi aliquis ſit in
poſſeſſione alicuius eccleſiæ,& petat alii imponi ſilentium ſuper
ea,vel dicat,ꝙ nullum ius habet in eccleſia: non eſt audiendus,
niſi dicat ſe ius habere in ipſa eccleſia,ſicut etiam in rei vendica-
tione non auditur,licet dicat ſe habere poſſeſſionem,niſi dicat ſe
dominum,vel quaſi.ff.de rei ven.l.in rem.ff.de publiciana.l.j.Ta
lis tamen poſſeſſor poteſt vti poſſeſſoriis iudiciis,puta interdicto,
vti poſſidetis,& ſimilibus.Sed & ſi alius contra hunc poſſeſſorem
agit confeſſoria,vel negatoria, poteſt excipere contra agētem,&
dicere,non eſt tibi ius petēdi.& obtinebit ipſe poſſeſſor, niſi alius
probet intentionem ſuam.C.de rei ven.l.fi. ff. de rei ven.is a quo
fundus.ff.ſi vſufru.pe.vti frui.Competunt & iſtę actiones etiā poſ
ſeſſori illius iuris,quod petit.ff.ſi ſeruit.ven.ſi forte.& l.loci.licet ſe
4 cus ſit in corporalibus,quorum vendicatio † nūquam datur poſ-
ſeſſori.C.de ali.in mu.cauſa.fac.l.vnica.Inſt.de act.§.j.nam & cō
tra quemlibet impedientem dantur hæ actiones, vt not. ſ̄. inde
eſt,ꝙ ſi epiſcopus petit iura epiſcopalia ab aliquo abbate,vel quo
uis alio, nihilominus poteſt ipſum abbatem excommunicare,
& contra ipſum alia iura exercere. Si vero epiſcopus peteret
abbatem quaſi ſuum clericum & ſubditum de iure canonum
ideſt vt ei teneatur in omnibus, in quibus abbas ſubditus tene
tur reſpondere epiſcopo ſecundum canones, hic debet abbas
in omnibus agere ſicut liber, & in poſſeſſione libertatis tueri.
ar.C.de lib.cauſa.lite.& C.de aſſ.toll.l.fin.Et eſt ratio, quia hic vi-
detur epiſcopus intentare præiudicialem, qua pendente non de-
bet abbatem excommunicare, nec aliter procedere contra ipſū,
alioquin fieret præiudicium principali quæſtioni, quia petit eū
in ſubditum ſibi adiudicari. Quamuis autem confeſſoria detur
contra eum,qui agentem vti non patitur iure ſuo ar.ſ̄.de preſcri.
veniens.ſ̄.de decimis.dudum. ſententia tamen dabitur non ſolū
contra perturbantem iura vt.ſ.ceſſet a perturbatione, ſed etiam
dabitur ſententia rei,in qua adiudicabit ſeruitutem actori, vel
aliud ius ab eo petitum. ar.ff.de neg. geſt.qui aliena.§.fi.Sed nec
ſufficit actori probare ſe poſſidere, niſi & probet ius petitum ſibi
deberi.ff.ſi vſufru.pe.vti frui.ff.ſi ſeruit. ven.l.j. tamen per ſenten-
tiam rei ſic datam non fiet aliis prçiudicium, quin contra hunc
vincentem agere poſſint,niſi coniunctio cauſæ aliud inducat ff.
ſi ſeruit.ven.loci.§.ſi fundus:nec mandabitur ſententia executio
ni contra alium,ſed ad intereſſe tenebitur agens. vt diſtinguitur.
ſ̄.de ali.iu.mu.cā. fac.c.fi.ſecundum quoſdam. Melius tamen di-
citur,ꝙ non adiudicabitur ſeruitus hæc actori, quia nec petita
fuit,& ſic pronuntiabitur.Cum talis actor probauerit in tali fun
do ſibi ſeruitutem deberi,præcipimus reo, ꝙ eum non moleſtet.
Sed contra hoc obiicitur,quia idem obtinuiſſet per interdictum
vti poſſidetis,& ſi nihil de proprietate probaſſet, in illo enim nō
oportet aliquid probare de iure ſeruitutis, ſed de poſſeſſione tan-
tum.Reſpon.Multum plus obtinet,quando egit de iure confeſſo
ria,quam quando egit de poſſeſſione per interdictum,quia quā
do egit confeſſoria, & verus hæres condemnati compeſcitur ex
vi ſententiæ a perturbatione illius iuris, de quo actum eſt, ſecus
quando egit interdicto. Ratio diuerſitatis eſt, quia quando quis
ſuccumbit in confeſſoria,cauere debet,ꝙ nec per ſe,nec per ſuc
ceſſores ſuos impediet actorem in iure ſuo vti,in quo obtinuit,&
ideo hæres compeſcitur,sed in interdicto nihil aliud iniungitur,
niſi ꝙ non turbet actorem ſuper poſſeſſione ſua, nec de ſucceſſo
ribus,vel iure ipſorum fit mentio, & ideo hæres non compeſci-
tur.Item in confeſſoria,etiam ſi actor non poſſideat: ſed tātum
ius habeat,fertur ſententia pro actore, & etiam contra poſſeſſo-
rem executioni mandatur.ſ̄.de cā.poſ.ad vltimum.In interdicto
vero quantumcunque actor ius habeat, non prodeſt ei, ſi non
poſſidet,im mo nihilominus dabitur ſententia pro reo poſſiden-
te.Eſt & inter hæc multa alia diſſimilia inuenire. Adhuc tamen
opponitur ſic,nonne actio in factum ex re iudicata datur in hæ-
redem?Vtique.ergo ſi iudicatum eſt in interdicto contra aliquē,
non turbet poſſeſſionem meam,nō ſolum ipſe,ſed & hæres ſuus
per hanc ſententiam compeſcetur?Reſpon.Verum eſt,ꝙ in hoc
caſu actio in factum ex re iudicata dabitur in hæredem, ex per-
turbatione tamen defuncti,contra quem ſententia lata fuit, ſed
non dabitur ex noua perturbatione hæredis,poteſt enim eſſe, ꝙ
iuſte turbat,vt pote qui nec vi,nec clam,nec precario ab aduerſa
rio poſſidet,& poſt mortem defuncti iuſte acquiſiuit poſſeſſionē.
Illud vero notandum,ꝙ quamuis confeſſoria,vel negatoria non
competant niſi domino,vel poſſeſſori habenti ius in re, vt credi-
tori,& ſuperficiario,tamen ſi ille,qui vt dominus agit,eſt in poſ-
ſeſſione,non oportet,ꝙ probet ſe dominum,vel ius ſuum, quia
non cogitur dicere titulum ſuę poſſeſſionis,ſufficit enim,ꝙ poſſi
det.ff.de peti.hære.cogi,C.de rei ven.l.fi.ar.optimū.ff.de lib. cā.li-
beris.§.fi.& l.igitur.§.j.ff.de ingenuis.l.fi.C.de lib.cauſa.tam quæ.
Vbi vero dominus intentat negatoriam contra vſufructuarium,
tunc modis omnibus oportet, ꝙ probet ſe dnm.ff.ſi vſufru.peta.
vti. frui.rn.j.quod illa ratione contingit, quia vſufructuarius na
turaliter poſſidet.ff.acqr.poſ.naturaliter, Nec obſtat.ff.de proba.
l.ij.& l.verius.& C.de proba.actor.vbi dicitur,ꝙ actori incumbit
probatio,quia illud verum eſt, niſi prçſumptio ſit pro ipſo,vt le.
& no.ſ̄.vt bena.c.unico.§.j. Alij.dicunt,quòd ſi agens cōfeſſoria,
vel negatorie eſt in poſſeſſione ſeruitutis, de qua agit, tunc non
eſt neceſſe, vt probet ſe dominum rei, cuius ſeruitus petitur, vel
negatur.ſed ſi nō eſt in poſſeſſione tunc oportet, ꝙ probet domi
num ipſius rei, & hoc not. ff.ſi ſeruit. vend. ſicut. §. ſed ſi queri-
5 tur.Sed primum dictum magis placuit.d.n.† In hanc autem con
feſſoria & negatoria veniunt res ipſa,& cautio.ff.ſi ſeruit.vē.harū
& l.egi.& etiam fructus & damna quæ poſt lit.cōteſta.acciderūt.
nam ea, quæ præceſſerunt accidentaliter, ſpecialiter peti oportet.
ff.ſeruit.ven.loci.§.ij.&.l.ſi cum meus.ar. ff.vti poſ. ſi duo.§.fi.Ve-
rum ſi lata ſententia res cui adiudicata eſt ſeruitus, euincatur a
poſſeſſore, pro quo lata fuit ſententia: ille, cui modo res adiu-
dicata eſt, non pōt agere, vel excipere ex prima ſententia olim
pro poſſeſſore lata. ſecundum.do. no. cuius eſt tota hæc glo. ad-
quod accedit quod le.& not.ſupra,de iudi.ca.penul.& de hac ne
gatoria & confeſſoria. not. ſupra, de iudi. examinata.quod dic,
vt ibi nota. [De monaſterio] &c.ſed cum ſeruitutem ſibi deberi
6 dicat,quomodo poteſt peti,vt aliquid fiat, nam † de natura ſerui
tutis eſt potius,ne aliquid fiat, quam ꝙ fiat. ff. de ſerui.quoties.§.
j.alias ij.Sol. De iure communi neceſſe habent eligere: ſed iure
ſeruitutis debite petitur, ne aliunde eligant, quam de monaſte-
rio ſancti Bertini,& ſic intellige,quod hic dicit,& ȷ̄. e.§.fi.Vel ve-
rius bene petitur iure ſeruitutis,vt aliquid fiat,vt patet. ff. ſi ſeruit.
ven.& ſi forte. §.ij. ſecundum. B.ſed illud ſpeciale eſt in ſeruitute
oneris ferēdi, vt ibi no.& ideo præualet prima ſolutio.Vel dic, ꝙ
hoc petitur non iure ſeruitutis, ſed conſuetudinis & priuilegij.
vt præmiſit. & infra ſequitur: quia nec ſeruitutes tempore ac-
quiruntur. vt ff.de ſeruit.ſeruitutes. ij. in princ. ¶Nos igitur].ij.
pars.[Depoſitionibus] receptis & remiſſis a iudicibus,quibus cau
ſa commiſſa fuit, ſicut hic continetur in proxime præmiſſa de-
ciſione. [A.xl.annis & ȷ̄.]ſi.ſupra, de proba.licet. §. ex præmiſſi:
ver.ſufficienter.vbi de hoc. [Et cum quadam vice.] ver. [Guari-
num Alciaten.] de monaſterio ſancti Iuliani.q.d.de ſeipſis vnum
elegerunt, ſicut & modo. vt ſupra,e.ca. reſpon.j. [Monachum.]
hoc modo bene probatur ſeruitutis poſſeſſio, ſcilicet quia prohi-
bitio facta, admiſſa fuit,ne ille eſſet abbas: per hoc enim ꝙ pro-
hibeantur præſumitur, ꝙ credebāt vti iure ſuo,quod exigitur in
ſeruitutibus, Si vero caſu vtaris non credens te iure tuo vti, licet
paratus ſis prohibere,nō acquiris tempore ſeruitutem.ff.de itine.
actuque pri. l.fi. ff. quemadmodum ſer. amit. l. fi. Quid igitur, ſi
vicinus tuus propter paupertatem, vel forte quia non curauit,p
cētum annos habuit ædificium ſuum depreſſum nō extollens il
lud, nunquid ſi modo de nouo extollat, potes eum prohibere,
quaſi tibi debet ſeruitutem alterius non tollendi?Reſpon. non,
quamtuncumque in mente geſſeris hanc acquirere ſeruitutem,
hoc enim non ſufficit, niſi credas te ius habere, quod præſumi-
tur,ſi aliquando prohibuiſti eum ædificare:ſi ergo vſucapere vis,
debes ſeruitutem interpellare.ff. quemadmodum ser.ami.ſi quis
alia.§.ſi cuius.hæres.[Eiuſdem loci]ſcilicet ſancti Bertini.[ex pri-
uilegijs quoque] ver. monaſterio ſancti Bertini conceſſis [Nam
in priuilegio]ver. [Subrogationem.]Hic incipiunt verba priuile
gij iſtius Paſchalis Papæ. [Iuxta præteriti] al.ſecundū præteriti.vt
ȷ̄.e.§. contra quod ver. j. [In veſtra] Loquitur monachis ſancti
Bertini.[Perſiſtere]al. [Conſiſtere]vt ȷ̄.e.§.contra qđ.ver.j. ibi ex
ponitur hæc clauſula diuerſis modis.[In priuilegio etiam] verſi.
[Caplm].i.clauſula.ſic.ſupra,ca.proxi.in prin. [Porro.]Hic inci-
piunt verba priuilegij Calixti.[Iuxta Paſchalis.]non aliunde &c.
vt ſtatim ſequitur.[Decretum.] quod habuiſti ſupra, ver. proxi.
Hic ergo videtur facta fuiſſe interpretatio illius clauſulę,& decla-
ratum,qualiter ſit intelligenda.[De veſtro monaſterio]loquitur
monachis ſancti Bertini.¶Ad hoc autē.] ȷ.pars.[Pars.aduerſa.]
ſcilicet.monaſterij ſancti Iuliani.vt ſupra e.ca.j.in prin.[Prædicti
tēporis.]ſcilicet.a.xl.annis.& ȷ̄.vt ſ̄. §. ꝓxim.in prin.[Ex hoc dici
8 nō poterat]ver.[Cōtradictorio iudicio].q. d.aliter non valet † cō-
ſuetudo, niſi contradictorio iudicio ſit obtenta,puta, cum ego al
legarem talem conſuetudinē,aduerſarius negauit, & iudicatum
fuit,ꝙ erat conſuetudo, ſicut enim in ſeruitute, vel libertate præ-
ſcribenda requiritur interpellatio.ff.quemadmodum.ſer.ami.ſi qs
aliqua.§. ij. ſic videtur, ꝙ in conſuetudine præſcribenda requirat
contradictio. ſecundū. Io. ſecundum quem & multa alia requi-
rūtur,vt no.ſupra,de conſueta.ca.fi.Nos dicimus, ꝙ hæc opinio
euidenter hic reprobatur:nam hic ſecundum hanc conſuetudi-
nem iudicatur, & tamē contradictorio iudicio non fuit obten-
ta,vt hic dicit:licet enim non valeat tanquam obtenta contradi-
ctorio iudicio, valet tamen, quia ſic obtenta eſt nulla contradi
ctione præualente. ſecundum dominum noſtrum immo &
quia



quia ſic obtenta eſt in illa contradictione nulla interruptio-
ne interueniente. Aſſerimus tamen,ꝙ iſte eſt ūnus modus pro-
bandi per ſe, quando.ſcilicet.probatur,ꝙ contradictorio iudicio
eſt obtenta, vt hic, ff. de legibus. ſi de conſuetudine. Secundus
quia ita bis factū eſt, & prçſcriptum. ſ̄. de cauſa poſ. cum olim.
Tertius,quia non extat memoria.ȷ̄.e.ca.j. §.j. ver.fi.Quartus,quia
ſic obtentum eſt ab omnibus communiter & præſcriptum ſine
interruptione aliqua, vt ſ̄.no.& de hoc no.plenius.ȷ̄.de cōſuetu.
c.penul. [Introducta]ſubaudi nec obſtat,qđ dictum eſt de Guari
no monacho electo in abbatem.ſ̄.e.§. j. ver.j.cum in memorati
&c.vt ſequitur. [Cum in memorati]verſi.[Extra iudicium]licet
pro bono pacis & extra iudicium hoc fieret, quia tamen inten-
debant ſuo iure vti, quod ex contradictione apparet, conſuetu-
do introducitur,quod dic,vt in præceden.glo. Sed & ſi ſentētiatū
fuiſſet per arbitros pro cōſuetudine, iudicio cōtradictorio ex tali
ſentētia non infirmaretur conſuetudo, quia ſententia arbitrorū,
nec nomē ſentētiæ habere meretur.C.de arbi.l.j. ſecundū do.no.
8 vnde nec infamat,† qa nō ꝑ omnia ſentētia eſt. ff.de his qui no.
infa.quid ergo.§ .ex cōpromſſo.[Præterea] ver.[Subrogationē.]
vt ſ̄. eodem. §. proxi. ver.nam in priuilegio [ Fiat fides.] Ex hoc
videtur,ꝙ ſi in priuilegio vno fiat mentio de alio, vel de conſue-
tudine, vel ſententia prçcedēte nō ſtatur ei, niſi exhibeatur, vel
probetur id, de quo fecit mentionem. ad idē. c.di.contra morē.
lxxvj.diſti.ieiunium.ix. di.vt veterum.xxv. q. ij.ſancimus.in Aut.
vt ſpon.lar.§.& hoc inſuper iubemus.colla.ix.poſita. C.de eden.
aut.ſi quis in aliquo documento,ad idem. ſ̄. de fide inſtru. inter
dilectos.§.cæterū.ver.fi.Sed cōtra,quia videtur, ꝙ nihilhominus
fidem faciat,ex quo publica ſcriptura eſt.ar.in Auth.vt fratrū filij.
§.j.coll.ix.C. de dona. ſi ea quæ.ff. de dona. ex hac ſcriptura. ff.de
admi.tu.chirographis.xix.diſt.ſi Romanorum.Solutio.Quidam
dicūt,ꝙ in priuatis ſcripturis locū habent prima iura,ſecūda ve-
ro in publicis.Secūdi dicunt,ꝙ ſi totus tenor primi priuilegij in-
ſeratur in ſecundo, tunc facit plenam fidem, vt in contrarijs. &
ar.ſ̄.de cōfir.vti. c. penul.ſi vero ſolum mentionē facit, tunc ne-
ceſſe eſt,ꝙ exhibeatur, vt hic, & ſi.Sed iſtæ duæ ſolutiones repro
bantur,quia & ſi etiam in publico inſtrumento totus tenor pri-
mi inſeratur, adhuc tamen non debet facere fidē: poſſet enim
eſſe,ꝙ & ſi primum exhiberetur,fidem non faceret,puta,quia vi
tioſum eſt.ar.ſ̄.de priuil.cū olim.j.§.fi.ſ̄.de fi.inſtru.inter dilectos.
§.ſed contra.& §.inſtrumentum.& præceden.multo minus ergo
crdedendum eſſet in hoc caſu ſecūdo inſtrumento.ar.ſ̄.de hære-
ti.fraternitatis.cum ſuis concor.Tertij dicunt probabilius. ſ.ꝙ ſi
authoritate iudicis primum inſtrumentum renouatum eſt, vel
in alio inſtrumento inſitum fidem facit, nec eſt neceſſe primū
9 exhibere:nam publicatio † coram iudice facta fidē facit,licet ma
teria poſtea amittatur.C.de teſta.plubicati.C. de re iudi. geſta. &
ſic intelligunt cōtraria ſupra ſignata.Si vero tabellio,vel ſcriptor
per ſe ſine authoritate iudicis hoc faciat,non facit fidem, immo
primum neceſſe eſt exhiberi,vt hic.& in fi. Ratio diuerſitatis eſt,
quia præſumitur,ꝙ iudex ſingula diligentius examinet,quā tabel
10 lio,nec eſt credendum, ꝙ iudex † aliquid faciat ſine cauſæ cogni-
tione.ar.ſ̄.de offi.deleg.ex parte.j.& ſ̄. e. forus.§.in omni. ver. non
eſt.Sed prædictis omnibus obuiat. ſ̄.de re iudic. cum inter vos.in
fi.ſ̄. de fide inſtru.inter dilectos.Sol.Si conſtat, ꝙ inſtrumentum
ſit publicatum coram iudice, non eſt neceſſe, ꝙ primum exhi-
beatur niſi aduerſarius velit docere de falſitate ipſius,tunc enim
debet exhiberi, licet de ipſo primo fuerit facta fides, vt in cōtra-
rijs,nec is,qui ſecundo vtitur, iuret ſe perdidiſſe primum.C.de fi.
inſtru.l.fi. ſecundū Io. Tu dicas, ꝙ hæc tertia opinio vera eſt.Sed
alia eſt ratio diuerſitatis.hæc.ſ.quia publicatio fieri non poteſt ni
ſi authoritate iudicis interueniēte, nec valet niſi fiat vocatis om-
nibus,quos res tangit,& alia ſua forma ſeruata,quod dic, vt le. &
no.ſ̄.de fi.inſtru.c.j.& ij.& c.pe.& fi.Si ergo fieret publicatio, etiā
per multos tabelliones cum authoritate iudicis forma ſua non
ſeruata fidē non faceret,vt hic,& in fi.Vbi vero forma ſeruata eſt,
plenam fidem faciat, vt in cōtrarijs, hoc ergo ꝙ plenam fidē fa-
ciat,operatur non ſolum authoritas iudicis,ſed & obſeruatio for-
mę.Non ergo ſola authoritas iudicis ſufficeret, vt patet ſ̄.de pro-
ba.quoniā contra falſam.ſi ergo ſecūdum prædictā formam oēs
quorum intererat citati fuerunt,imputent ſibi,ſi nihil obiecerūt,
ar.in eo quod le.& no.ſ̄.de re iudi.inter monaſterium. Si autem
quæras, quare aliud iuris ſit quando ſolus tabellio ſcribit, quam
quando authoritas iudicis interuenit,de hoc non eſt hæſitādum,
11 Certū eſt enim,† ꝙ non eſt tanta authoritas tabellionis, quanta
iudicis authoritas,quia hæc.ſ.iudicis authoritas, tanta eſt,ꝙ quan
doque facit valere,quod alias non valeret,vt patet.ff.quod cū fal.
tu.l.j.§.penul.in fi. ff. qđ me.cauſ.l.fi. ff. de pig.act.l.fi.ff.de mino.
ait prætor. §.j.verſi.quid tamen ſi prætor. Sed quid ſi iudex dicat,
noueritis, ꝙ talē ordinauimus, vel ꝯfirmauimus,vł inſtituimus
quēs nō de p̄ſenti,ſed de p̄terito,nūqd ꝑ hęc verba ꝓbat ordinatio
cōfirmatio,vel inſtitutio?Videt,ꝙ nō.ar. hic cum ſuis ſimilibus.
& ff.de leg.ij.Titia cum teſtamento.reſp.j.ff. de leg.iij. cum qs de
cedens. §.codicillis. Dicas tamen contrarium,quia fert teſtimo-
nium veritatis. ſupra, de probatio. poſt ceſſionem. cum ſuis
ſi.xj.q.iij.præcipue. & hoc eſt ſatis expreſſum. ff.de dona.ex hac
ſcriptura.ff.rem ra.ha.ne ſatisdatio.ff.de hære.inſti.qui volebat.ff.
ff.de alimē.vel ciba.leg.cum vnum.§.verbis. cum ſuis ſimilibus:
videtur expreſſius.ſ̄.de iure pa.ꝙ autem.§.j.ſic enim conſueuerūt
formari tales literæ non præſens tempus, ſed potius præteritū ex
primentes,quę cōſuetudo ſpectanda eſt, ar.ff.de pig.act.l.vniuer-
ſorū.ſ̄.de p̄ſump.mandata.cū ſuis cōcor.& quia abſurdum eſſet
12 tantā multitudinē condēnare.ar.ff.de offi.præſ.Barbarius.† & qa
nō eſt curandū de verbis,ex quo de mēte conſtat.ſ̄.e.in his. & c.
intelligentia.non ergo refert,vtrum tabellio dicat,vendit,vel ven
didit,ſicut nec refert vtrū formet inſtrumentū in perſona tertia,
vel in prima.ſ̄.de cōuer.cōiuga.dudum.§.ſed ab iſta.nec eſt ſimi
le,ſi fit mentio inſtrumēti, vt p̄miſſum eſt,qa illud pōt eſſe vitio
ſum,nec ex literis epi pendet, nec ex facto ſuo, ſed hæc ex facto
ſuo pendent.Item ibi fertur teſtimoniū de contractu habito co-
ram alio,hic vero iudex fert teſtimoniū de habito corā ipſo, &
hoc approbat curia, & ſimilia ſicut eſt priuilegiū Calixti Papæ,
qđ ex eo ſequutum eſt.¶Contra qđ].iiij.pars. [Ex aduerſo].ſ.ex
parte monaſterii ſancti Bertini.[ſ̄m præteriti]immo dicit iuxta,
vt patet.ſ̄.§.j.verſi.nam in priuilegio:ſed hæc duo æquipollent,qđ
enim ſignificat iuxta.hoc idē ſ̄m ſignificat in hoc caſu, alia aūt
dictione cōſignificatiua vtitur ad reprehenſionē illorum, qui ea-
dem verba actoris requirunt,nec ſunt contēti mente, ſed nimis
ſunt curioſi.ar,hic & ff.de leg.ſcire leges.ſ̄.e.in his.& c. præterea.
& c.nihil.& c.intelligētia:hoc tamē in authoritatibus ſacræ ſcri-
13 pturæ videtur fallere,in † quibus nihil addendū,nihil detrahendū
vel mutandū,vt patet Apoca.c. fi. qđ & de lege humana videtur
ſentiendū,vnde & ne aliqd immutaretur ſtatutum fuit,& per cō
ſequētiā literarū ſcriberetur lex.C.de veteri iure enu.l.j.§.fi.Illud
verū eſt de additione,vel multatione,per quā veritas ſubuertitur.
Secus de illa,per quā non mutatur,ſed clarius eluceſcit:alioquin
nō liceret ſacrā ſcripturā exponere,vel gloſſare.qđ falſum eſt,q̄uis
gloſæ ſanctorū patrum non ſint nouis capitaneis expoſitionibus
ſubuertendę,ut patet.xxxvii.diſt.relatum.ſ̄.de conſti.ne innitaris.
Sed nec ſunt nouitates rationabiles reſpuendæ. vt patet in dicto
ca.relatū.ad fi.& ix.diſt.neque quorūlibet,& in eo quod le.& no.
ſ̄.de ſacra vnc.c.vnico.§.penulti.nam & in verbis priuilegiorū,in
ſtrumentorū,& teſtiū ſpecialiter eſt magna vis facienda,vt patet
in eo,qđ le.& no.ſ̄.de priuileg.porro. & c.ex ore. §.j.& de teſti.cū
tu.& tamen non eſt vis quandoque,ſi verba mutentur,dūmodo
veritatis mēs non lædatur,vt hic patet, & in iuribus ſuperius alle-
gatis.[Cauſalis]vt ponatur pro quia,& ſic intelligitur,ſi verbū de
terminet perſonale.ſ.concedimus,vt ſequitur.[Conditionalis.]ut
ponatur pro ſi,& ſic intelligitur,ſi verbum determinet imperſo-
nale.ſ.conſiſtere, vt ſequitur. Inſt. de iure nat. §.ex non ſcripto.
quod & innuitur.ſ̄.proxi.vbi dicit ſemper fuit q. d. ſine interru-
ptione [Perſonale]. ſ.concedimus. [Imperſonale] ſcilicet con-
ſiſtere.[Si.n.]ver.[Verbū imperſonale.]ſcilicet cōſiſtere. [Id eſt ſi
mos.] & iſte ſenſus reprobatur,qa captioſus videtur, vt ſequitur.
[Si vero verbum.]ver.[Perſonale].ſ.concedimus.[Cauſatiter.]&
ſic exponēdū eſt.ſi.i.quia.& ſic intelligitur cauſaliter,& hic intel-
lectus approbatur, vt ſequitur.[Hic autē ſenſus.]verſi. ſ.vltimus,
vt cauſaliter intelligatur.[Rectior].Rectiſſimus aūt eſt,ꝙ ſubro-
gatio abbatis ſine vlla conditione & dubitatione ſit apud mona
